Sacræ Regiæ

VISITATIONIS

PER SICILIAM

A

JOANNE-ANG. DE CIOCCHIS

CAROLI III REGIS JUSSU

ACTA DECRETAQUE OMNIA

Vol. I.

VALLIS MAZARIAE

Panormi

EX TYPOGRAPHIA DIARII LITERARII

NUNC PRIMUM SUPERIORI NUTU EDITA

MDCCCXXXVI

PRAESULIBUS MAGISTRATIBUS JURISPERITIS

ERUDITISQUE VIRIS OMNIBUS

RERUM PRAESERTIM

ECCLESIASTICARUM SICILIENSIUM

STUDIOSIS

Sacra principum auctoritas, regumque veneranda majestas talem et tantam dignitatis ac potestatis accessionem ex luculentissimo singularique sacrae apostolicae legationis privilegio hoc uno in regno consequutae sunt, ut quidquid juris caeteri reges, sive principatus, sive patronatus nomine, sibi vindicant in sacris, id siculi in sola siciliensi monarchia veluti pleno suo jure, sacerdotii et imperii quasi collatis viribus, cumulatissime exequantur ac peragant. Caeteri quippe reges, sive principes sive patronos agant, solo regio nomine, regendae reipublicae causa, in qua est ecclesia Dei constituta, consulere quidem et possunt et debent, nequid detrimenti respublica capiat ab inordinato ecclesiarum statu, aut ab clericorum moliminibus ac turbis. Regum enim est, nec sacri canones abnegant, cum sint ecclesiae protectores, ejus disciplinam et pacem tutari, praesules sacrosque ministros in officio retinere, rem ecclesiasticam omnem sive temporum injuria, sive hominum vitio collapsam sua ope erigere, sacris denique rebus, divinoque cultui praesto esse. Neminem item latet, et uti reges et uti patronos, sive in regii patronatus ecclesiis, ab sese aedificatis vel dotatione auctis, sive in aliis omnibus a Christi-fidelibus excitatis, quae etiam in manibus regum sunt, iisdem regibus curae esse debere, ut earum fundi ac bona sarta tecta serventur, ut fundatorum dispositiones suum consequantur effectum, ut redditus demum in fabricae usus expendantur, inque pauperum levamen distribuantur, neque ex iis quidquam praeter necessaria sibi suisque attribuere audeant antistites ecclesiarumque rectores. Haec quippe omnia et regum sunt et patronorum. Cumque nemo ullus sit, qui reges supremi numinis consilio ac providentia ad ecclesiae regnique tuitionem constitutos esse non noverit, nemo ullus est, qui in dubium vocare audeat, quin haec omnia et reges et patroni probe ac rite possint.

Verum enim vero qui inter illos de republica aeque ac de ecclesia Dei solliciti fuerunt, nullam aliam certiorem viam, melioremque rationem et reipublicae et ecclesiae simul consulendi omni tempore ac loco repererunt, quam visitationes ac lustrationes civitatum, atque existentium in eis ecclesiarum; quo et malorum, quibus subjecti sibi populi premerentur, ac injuriarum, quae cuique imminerent, non absentes solum cognitores, sed et inspectores essent, et praesentaneum illis remedium adhiberent, et vindicias extra ordinem quoque edicerent.

Qua propter ab antiquis usque christianae religionis temporibus, siqui reges essent, qui urbes et ecclesias perlustrandas censuissent, non probatissimos modo viros ac magistratus, sed et praesules quoque sibi adsciscebant, et in partem sollicitudinis suae advocabant. Si qui vero illas, tot ac tantis reipublicae negotiis distracti, minime visere possent, aut locorum longinquitate absterrerentur, ad eas quavis ratione perlustrandas, plaudentibus quoque conciliis, summisque romanis pontificibus adnuentibus, aut regios praefectos, aut insignes alios pietate viros allegabant, et quae regis ac patroni essent, ea per hos missos, quos dominicos tunc temporis vocabant, exequebantur. Qui quidem hujusmodi legitima legatione functi, et sacrorum canonum observantiam inculcabant, et antistitum instituta vitaeque rationes pernoscebant, et ecclesiarum pauperumque lites definiebant, et sacrarum aedium instaurationibus ac necessitatibus prospiciebant, et usurpata bona restituenda curabant, omnia denique peragebant, quae principi uti regi et ecclesiae protectori ac patrono convenirent. Hac enim ratione et reipublicae simul et ecclesiae consultum iri putabant; nec aliam quam convenientem principi potestatem exercere se autumabant. At licet reges haec omnia recte plenoque suo jure se perficere posse sibi persuadeant, ac pro certo habeant, in sacra tamen, sive in sacramentorum administrationem, et quae ad spiritualem animarum curam pertinent, nunquam jus sibi arrogarunt; nec ea omnia, quae siculi reges possunt, se posse censuerunt. Nullam quippe in iis Gelasius papa jam edixerat principi esse potestatem, quippe cum ad universalis ecclesiae curam pertineret, legatorum id juris erat summorum pontificum. Apostolica etenim sedes, divina institutione caeterarum mater et magistra, ita munere suo per legatos aliquando et ecclesiarum lustratores fungebatur, ut vices suas aliis committendo, ipsa per eos facere videretur. Et si quando summus romanus pontifex, universalis pastor, omniumque ecclesiarum caput, ubique praesto esse nequiret, nec omnia sui officii munera per se implere posset, viros e latere suo saepe mittebat, qui vicaria potestate ecclesias perlustrantes, ea providebant, quae illarum utilitatem ac commodum respicerent. Cum itaque siculi reges apostolicae legationis privilegio fruantur, et omnia praeterea possunt, quae pontificiorum legatorum sunt, et praeter illam potestatem, qua reges omnes, principatus ac patronatus jure, in regno quisque suo, pollent, plenior apostolicae legationis potestas ipsis accessit.

Quo quidem privilegio concessum, ut quae per legatos suos ea tempestate romanus pontifex facere atque exequi consueverat, cuncta Rogerius posthac ejusque legitimi in regno haeredes legati nomine adimplerent. Siquidem immanis illa legatorum potestas, quae aliis regibus offendiculo tunc temporis aliquando fuerat, Rogerium magnum illum Siciliae comitem excivit, ut sibi novoque suo principatui perpetuo id caveret, et tantum ac tale incommodum vitaret; omnique ope sibi adnitendum censuit, idque egit, ut sibimetipsi suisque successoribus perpetuae apostolicae legationis jus in regno suo committeretur. Quod quidem romanus pontifex, cum jam antea verbis pollicitus esset, fideliter postea, tot ob merita et benefacta in pontificem maximum, et ob siciliensem ecclesiam ab Saracenorum manibus ereptam, atque a constantinopolitana sede avulsam, romanoque pontifici jam tandem restitutam, celeberrima illa, quam vocant, bulla, a pontificiis acriter toties depugnata, a nostratibus vero vehementius propugnata ac defensa, exequutus est, et suarum litterarum auctoritate firmavit.

Qua propter tres insunt in unis siculis regibus in sola siciliensi monarchia circa sacra potestatis species: prima scilicet jure principatus, quo civilis ecclesiasticaeque societatis rectio supremae imperantium potestati attribuitur: altera patronatus jure, quae quidem non solum ab ecclesiarum fundatione et dotatione, verum ab earum libertate etiam ex Saracenorum servitute, et a restitutione romanae sedi in eosdem demanat: tertia denique sacro apostolicae legationis jure, quae sacra tota cognataque pontificiae curae potestas est, ab ipso romano pontefice magno illi Rogerio optime merito suisque perpetuo demandata. Unde possunt siculi principes, uti reges, ecclesias quoque, quae reipublicae partes sunt, vel per se ipsos, vel per alios visere ac perlustrare: possunt ut patroni de earum bonis solliciti quidem esse: verum utraque illa auctoritas ac potestas minime spiritualis est, nec ultra temporalia, exterioremque ecclesiarum curam extenditur. Tertia inest, accessione scilicet perpetuae apostolicae legationis, qua partum quaesitumque siculis principibus est, ut cum apostolicam quoque ecclesiarum siciliensium visitationem instituant, nedum de praesulibus, de sacris ministris, deque illorum rebus, sed et de sacramentis, deque omnibus sacris pontificium etiam agere lustrum recte queant. Primo alteroque nomine siculi reges possunt, quae et caeteri reges; quippe uti principes et patroni, omnes regni ecclesias in potestate et fide habent sua; postremo autem, apostolicae scilicet legationis titulo, quae legatis atque apostolicis missis ecclesias perlustrantibus tunc temporis attributa erant, ea omnia siculo competunt regi, tanquam nato romanae sedis legato. Et haec tria hujusmodi nomina in uno conjuncta siculo principe, cum externam omnem sacerdotii jurisdictionem civili conjunxissent imperio, duarum potestatum discrimina ac limites in Sicilia sustulerunt; adeo ut rex ipse regnum peragrando, principem, patronum, et legatum simul agens, omnes indistincte urbes aeque ac ecclesias, regios

praefectos ut episcopos, civilem πολιτείαν simul et ecclesiasticam disciplinam, sacra una et profana omnia viseret, ac perlustraret.

Nec prorsus deessent ejusmodi per regnum ab ipsis regibus habitarum visitationum exempla aut monimenta, si ob turbatam temporum conditionem, earum, quae forte gestae fuerunt, acta in unum collecta, et adservata fuissent: nec minime dubitandum reges nostros aliquando ecclesiàs non minus quam urbes perlustrasse, et ut politicam, ita ecclesiasticam quoque rem inspexisse. Quin et verosimillimum est, quando reges Siciliam coluerunt, nec sedem alibi collocarunt suam, cum saepe et variis ex rationibus insulam peragrandi occasionem nacti essent, minime aut perraro legandorum talium visitatorum indiguerunt. Verum traducto tandem ab Nortmannis et Svevis ad Aragonios et Castellanos, et hinc ad Austriacos, et ad Borbonios denique regno, cum nulla amplius restituendae regiae sedis spes aut ratio Siciliae affulserit, reges quidem nostri sui esse muneris atque officii usque censuerunt ecclesiarum visitationes instituere, virosque sapientes et Deum timentes ad eas destinare, qui vice sacra lustrum peragentes, earum decori et commodis, ut par esset, consulerent. Licet enim istiusmodi visitationes, postquam lata et promulgata fuerunt sacrae tridentinae synodi decreta ac reformationes, per alia regna jamdiu desueverint, in hoc tamen unius Siciliae regno usque valuere. Nam siculi reges, apostolicae legationis honore ac jure praediti, eas semper instituendas peragendasque curaverunt; nec ullam tam singularis, tamque excellentis praerogativae intermissionem aut imminutionem sibi fieri siverunt, passique sunt. Novimus quae Victorius Amedeus Sabaudiae dux, novimus quae Carolus VI Germanorum imperator, Siciliae tunc quoque reges, ad hoc tutandum, et sartum tectum servandum jus egerint, aduixique sint.

Hinc, obsequenti erga apostolicam sedem et romanum ponteficem animo, eam potestatem exercentes, quemadmodum legati nati jure, ipsis summis pontificibus adsentientibus, vel quidem non abnuentibus, sacras constituerunt aedes, et dioeceseôn episcoporum fines stabiliverunt, et earum metropolitas destinaverunt, et ecclesiasticas caussas cognoverunt, litesque dirempserunt, et praesulum exemptiones aut concesserunt aut abnuerunt, et poenas etiam suarum ecclesiasticarum legum transgressoribus comminati sunt, et saepe etiam expetiverunt: ita nullam hujus sacri muneris curam vel sollicitudinem abnegantes, solemnes rite, vel extra ordinem, earumdem ecclesiarum ἐπισκέψεις instituerunt, inspectores in eas allegantes, qui et divinum cultum promoverent, et sacram disciplinam instaurarent, et templorum sacrarumque aedium splendorem ac decus reficerent, et usurpata ecclesiarum bona restituenda curarent, et eam denique pacem, idque auxilium ecclesiis adferrent, quod nunquam, nec aliunde expectare eae sibi poterant, quam ex hac duarum in uno rege potestatum praesenti conjunctione.

Cujus rei memoria quamquam altius repeti possit, certum tamen est a Fer-

dinandi catholici aevo ejusmodi ecclesiarum visitationes firmius invaluisse, et secundum ordinem ita peractas, ut a MCCCCXX ad MDCCXLI annum haec, cujus eduntur nunc acta, una supra vicesimam celebrata sit solemnis ecclesiarum per Siciliam visitatio(1).

Atque haec profecto cum secum reputaret, felicis sempiternaeque recordationis Carolus III, religiosissimus, Siciliaeque carissimus rex, praesentemque animo haberet suam hanc apostolici legati dignitatem, magnique faceret unicum hocce ac primarium siculorum regum decus atque ornamentum, non secus ac pretiosissimum regiae siciliensis coronae margaritum; cumque sciret, praeter principatus ac patronatus indita regi in Dei ecclesiam jura, hoc etiam sibi incumbere vicarium nempe pontificiae potestatis officium, praedecessorum suorum sollicitudinem imitatus, qui hujusmodi saepe ἐφόρους in ecclesias allegandos curabant, nihil sanctius, nihil antiquius, nihil auspicatius jam usque a regni sui initio habuit, quam huic tanto muneri pro viribus satisfacere; proindeque apostolici legati nati partes et ipse fungens, juraque exercens, regiis litteris IV nonas majas ejusdem anni MDCCXLI Neapoli datis, clarissimum, et insigni pietate, egregiaque doctrina praeditum virum Johannem Angelum De Ciocchis in regium generalem omnium in Mazarae valle existentium ecclesiarum regii patronatus visitatorem elegit atque allegavit(2). Qui ut imposito sibi oneri pro virili faceret satis, et religiosissimi regis curae sollicitudinique responderet, hanc sibi mandatam provinciam ab ipso argumento illustrando, quemadmodum clarissimus rerumque canonicarum scientissimus canonicus Stephanus de Chiara observavit, auspicandam censuit; ut quae siculo regi ad sacras hujusmodi visitationes decernendas instituendasque insit auctoritas, facilius cunctis innotesceret. Quapropter tres *de jure sacro siculi regis* dissertationes perscripsit, quibus amplissima regis nostri in res sacras potestate, ex tribus uberrimis principatus, patronatus, et apostolicae legationis fontibus defluente, stabilita, veluti viam sibi stravit ad demonstrandum (docta sane et laboriosa *diatribe*, quam laudatus Stephanus de Chiara edidit) plenum jus eidem regi inesse regni sui ecclesias perlustrandi, uti principi nempe, uti patrono, atque uti apostolico le-

(1) Videsis diatriben Johannis Angeli De Ciocchis ab clarissimo canonico Stephano De Chiara editam, (pag. 24) ubi de visitatoribus a rege in Siciliae ecclesias allegatis egit, eorumque seriem per annos digessit.

(2) Johannes Angelus De Ciocchis Carolo Regi carissimus, sacrae theologiae et juris utriusque doctor, protonotarius apostolicus, et palatinus comes, tunc temporis canonicus, et generalis sanctae metropolitanae et primitialis ecclesiae salernitanae vicarius erat; posteaque tot ob praeclara merita in siciliensem ecclesiam, regiaque jura asserta, et ob eximiam pietatem, insignemque doctrinam, et sacram eruditionem ad brundusinum archiepiscopatum provectus fuit, et anno MDCCLIV inter vivos adhuc agebat; nec de ejus vita et moribus, deque ejus scriptis quidquam amplius scire adhuc datum. Ejus imago in tabula picta, Monteregali in regiorum XVIII sanctae illius metropolitanae ecclesiae praebendatorum aula, quorum ipse privilegia juraque omnia in sua visitatione asseruit, grati animi ac memoriae ergo asservatam, huic operi graphice expressam adjicere est in animo.

gato nato(1). Quorum primum et alterum jus cum caeteris fere regibus commune habere ostendit; tertium vero uni siculo in solo Siciliae regno adeo convenire statuit, ut hoc potissimum usi reges nostri priora illa huic postremo, sacerdotii et imperii quasi consociatis viribus, semper conjunxerint. In hac enim diatribe agit primum doctissimus auctor de sacris principum visitationibus, et de legitima patronorum parte in ecclesiarum lustro; tum de sacris visitationibus per pontificios legatos circa undecimum et duodecimum saeculum habitis, ubi de iis, quae a visitantibus legatis jure gerebantur. Verba dehinc facit de regiis siciliensium ecclesiarum visitationibus, ac de visitatoribus a siculis regibus in Siciliae ecclesias allegatis, deque formulis, et ratione, quibus ab regibus delecti semper fuere; atque hic specimen actorum exhibet, quae regii siculorum ecclesiarum visitatores digessere. Unde novem veluti consectaria eruit, de regis scilicet potestate in ecclesiarum visitationes, deque visitatorum in ipsas facultate. In quibus consectariis et legitimi Siciliae regum tituli adstruuntur, et vetus eorum instituendarum hujusmodi perlustrationum possessio summis quoque pontificibus consentientibus, vel saltem haud abnegantibus; regiaque ipsarum allegandarum visitationum potestas, necnon regum, ipsorumque visitatorum jura, quae ad omnes regni ecclesias, et nedum in temporalia, sed et in spiritualia quoque omnia extenduntur: ubi et hanc visitatorum in temporalia et spiritualia omnia potestatem ordinariam et pastoralem esse arguit; ostenditque quid praesertim circa temporalia visitatoribus licuerit: nihilque praeterea justo bonoque, nihil ecclesiarum spiritui, nihil visitatorum praxi magis esse consentaneum, quam regem, patronum, et legatum, ipsiusque vice περιοδευτήν, libero antistitum arbitrio lubitoque eas ecclesiasticorum reddituum partes subtrahere, quae ecclesiae sive ministris sive fabricis, et pauperibus attributae sunt. Quo in loco, quid praecipue a visitatoribus de ecclesiae rerum usurpationibus vel distractionibus actum decretumve sit docet; qualis cognitionum ordo; quis hac in re ultimus sit status; quae regum profunda sententia et ratio in decernendis visitatoribus; qui eorum nisus; quaeque tandem regia in eos munificentia; atque hic, capite VII et VIII, aliquot de regiorum visitatorum dignitate et qualitate adjectis verbis, ac recensitis denique regiae visitationis praeludiis omnibus, antistitum erga visitatores obsequiis, praesertim solemni exceptionis die, et praelatitiis eorum praerogativis, doctae huic diatribae, ex qua plura huc intulimus, finem imponit. Eximium sane opus, et non modo parente

(1) Videsis etiam *de regio sacrarum visitationum per Siciliam jure diatribam* ab eruditissimo doctissimoque Stephano De Chiara, sub clarissimi Alphonsi Airoldi auspiciis anno MDCCCXVI Panormi typis Laurentii Dato editam (pag. 1 et pag. 102), ubi de his tribus dissertationibus ipsemet auctor verba injecit; quae, si extarent, omnes fere juris ecclesiastici siculi fontes aperirent, ac constituerent. Verum nullibi locorum adhuc eae inveniri potuerunt, et nisi in hoc ipso regni conservatoris, aut aliquo alio tabulario, vel Brundusii, vel penes eruditum aliquem virum reperias, cum auctore suo periisse forte fortuna dicendum est.

suo, sed eorum etiam curis dignum, quorum et auspiciis et diligentia impressum fuit! (1).

Probe quidem ac erudite, ut par erat, impositam sibi spartam tribus iis disceptationibus et diatribe doctissimus auctor aspicatus est. Sed non minori studio et sapientia, ac pro rei dignitate, tantae moli satis fecit; adeoque simul religiosissimi regis sollicitudini cogitatibusque respondit, ut nullam aliam siciliensium ecclesiarum visitationem tam diligenter, tam prudenter, tam solemni ritu, tam ecclesiasticae disciplinae proficuam, tam denique divino cultui consentaneam aut peractam unquam fuisse, aut persimilem postbac confici paene posse, recte ac sine ulla dubitatione dicendum sit.

Ubi enim eximius hic ecclesiarum inspector regias commissi sibi oneris accepit litteras, nil magis praecipuum, nil auspicatius habuit, quam se parem huic adimplendo muneri reddere, totumque se illi dedere, suaque omnia in id studia suasque curas conferre.

Ac primum omnium, ut cuncta rite pergerent, juxta sibi factam ex regiis litteris potestatem, quatuor delectos probatissimosque viros sive adjutores sive officii sui administros sibi adscivit, quos a fisco, a secretis, ab actis, et ab auditione vocant, quibus et inferioris ordinis apparitorem adjecit. In Siciliam tandem advectus, postquam proregi se stitisset, regis rescriptum per regni logothetam exequutioni mandandum, publicandumque curavit; sacraeque regiaeque visitationis initium praesulibus cunctis, quibusque par erat, publice annunciavit; dispositisque, uti ex ipso auctoris prodromo conspici potest, atque praeordinatis, quae ad sancte religioseque peragendas perlustrationes opus essent, diem statim indixit, in qua solemni ritu sanctae metropolitanae ac panormitanae ecclesiae primum omnium visitationem sibi incipiendam constituerat; ut protinus ad caeteras totius sibi commissae regionis ecclesias perlustrandas inspiciendasque rite procederet. Quarum singularum omnium ἐπισκέψεων acta, quae circa localem, ut ajunt, formalem, et realem ecclesiarum statum sunt, decretaque omnia in id ab se facta, tanta dein diligentia et studio, tantaque doctrina ac sanctitate describenda curavit, ut sacrarum visitationum omnium, quae posthac peragerentur, certa veluti regula et norma sine ulla dubitatione jure meritoque dicenda sint. Religiose enim studioseque et ad amussim perscripta, quae publicarum tabularum fidem auctoritatemque haberent, sua subsignavit manu, subsignataque in unum colligi, regioque tabulario inferri jussit. Experientia quippe doctus erat praeteritarum visitationum gesta aut temporum injuria et barbarie concidisse, aut veterum scriptorum inscitia, non eadem, qua peractae perlustrationes essent, cura vel descripta vel regiis archiviis illata, aut custodum negligentia minime, uti oportebat, asservata fuisse.

(1) Consule, quae doctissimus De Chiara de hac diatriba, et de benemerentissimo Alphonso Airoldo, a quo manuscriptum codicem ab se editum acceperat, praefatus est.

Non omnium quidem omnino siciliensium ecclesiarum visitationes acta haec et decreta complectuntur; eae quippe teterrimo illo messanensi contagio turbatae ac interruptae fuerunt; cum ad praecipuas tamen, et fere omnes regii patronatus ecclesias pertinerent, earumque et bona, et leges, et consuetudines omnes respicerent, et tanta sanctitate tantaque doctrina perscripta essent, rex ipse Carolus, qui illam siciliensium ecclesiarum patronatus sui visitationem jusserat, regiumque hunc ἔφορον legaverat, sanctione sua rata paene omnia habuit et solemni decreto edixit, ut ab omnibus per ipsas ecclesias observarentur, et legum publicarum vim haberent, non secus ac si a summo legumlatore edita essent (1). Jamdiu itaque in regii conservatoris tabulario pluribus manuscriptis voluminibus, cum cumulata monimentorum omnium mantissa, quae ex ipsis ecclesiarum tabulariis, ex manuscriptis codicibus, aliisque publicis instrumentis regius ipse visitator describenda curasset, non sine periculo adservata; ac solum paucis ab hinc annis, ne adesis chartis penitus perirent, ex veteri exemplari non sine aliqua cura et diligentia exscripta etiam fuerunt.

Verum cum et a magistratibus, et ab ecclesiasticis judicibus, a praesulibus etiam cunctis, et ab ecclesiasticarum caussarum actoribus, nec non ab ecclesiis ipsis, et ab earum moderatoribus, curatoribusque saepe exquirerentur; nec eorum habendorum spes ulla illis esset, et frustra in perquirendis illis laborem atque operam ignari omnium aliquando insumerent; aut non sine magna impensa, nec absque amanuensium exscriptorumque assiduis peccatis, spississque lapsibus, et membratim, et eae solum partes, quae earum ecclesiarum res respicerent, haberi possent, factum hinc est, ut ea serenissimus Syracusarum comes Leopoldus Borbonius regis tunc locum in Sicilia tenens, edi jusserit.

En itaque regis Ferdinandi II, Caroli III abnepotis, ut par erat, sub auspiciis, ejusque locum tenentis Principis consilio ac providentia, nec non Antonio Lucchesi Palli Campifranci Principe a regis consiliis, Stephano Sammartino regio administro, et Marcello Fardella rei ecclesiasticae moderatori, adnitentibus, juvantibus, tandem aliquando prodeunt ex ἐφημερίδων siciliensium typographio sacrae regiae visitationis per Siciliam habitae acta decretaque omnia, quam Caroli Borbonii regis jussu Johannes Angelus De Ciocchis mira tum intelligentia et doctrina, cum felicitate ac prudentia peregit ac celebravit.

Eorum edendorum cura praecipua, superiori nutu, demandata fuit Vincentio Mortillario ejusdem typographii moderatori: exscriptorum σφάλματα ac mendas, typorumque specimina emendabat corrigebatque diligentissimus sacerdos Gaspar Rossius a sanatus panormitani bibliotheca: haec omnia sacerdos Benedictus Xaverius Tertius praefatus est.

---

(1) Quemadmodum rex Carolus jussit, ita factum est: et variis posthac rescriptis ab regis administris hoc edictis confirmatum est. Consule, si jubet, rescripta Panormi nunc edita III nempe nonas junias, ac V idus octobres anni MDCCCXXXIV; quodque V idus novembres anno MDCCCXXXV editum est; nec non ipsum rescriptum, quo hocum edendorum actorum jussum datum est.

CAROLUS

DEI GRATIA REX ET APOSTOLICUS PER SICILIAM

LEGATUS NATUS

Nos Johannes Angelus de Ciocchis Regius Gen. Vis.

Cum in S. Regali Visitatione Ecclesiarum Vallis Mazariae, habita per Nos, jussu, et auctoritate Regis, tamquam Apostolici per Siciliam Legati nati, gesta per Nos omnia in hoc volumine compilari, describique fecerimus, volentes modo quod de ipsorum genuitate ac sinceritate nulla in posterum subdubitatio oriatur, acta omnia in hoc volumine descripta a fol. I, usque ad fol. genuina, et sincera esse testamur, ipsisque eam adhiberi indubiam plenamque fidem quocumque tempore, locoque posse, ac si fuissent per Nos sigillatim subscripta. In quorum etc. Datum Panormi die 27 mensis Junii anni 1743.

Johannes Angelus de Ciocchis R. Vis.

Pro Magister Notarius
De Mand. Illmi Dni Ignatius Archiopoli Sec.

Sanc. Reg. Visitationis Universae

PRODROMUS GENERALIS

Si qua operi cuiquam tum rectè, tum utiliter praenotiones quaedam praemitti consueverunt, id tanto opportunius Actis S. Regalis Visitationis faciendum putamus, quo plane necessarium est, in publicis monumentis tam eximiae, et singularis Regnni Siciliae praerogativae, et potestatis, vel nihil prorsus deesse, quod ad eorum integritatem lumen et legitimitatem spectare quoquomodo posse videatur.

§. I.

De Regis, et Visitatorum potestate, et munere in Ecclesias Siculas.

Visitationem Ecclesiarum, quam Reges mox jure Principatus per Missos implerunt suos, mox jure Patronatus explicarunt, cum Northmanni egregiis in Religionem, Apostolicamque Sedem meritis dignitatem Pontificiorum Legatorum ab Urbano II, sibi, suisque per Siciliam successoribus comparaverint, Reges Siculi jure quoque legationis peregerunt. Eam hinc omnem in Ecclesias Silicienses potestatem exercuerunt, quam non tantum Principes, et Patroni suffragio Canonum exercuerant, sed et Legati Apostolici spiritualia, et temporalia omnia Ecclesiarum visitando, corrigendo, restaurando, et reformando, amplissime seculo XI retinebant.

Hoc jure, quo Sacerdotium, Imperiumque in Principe Siculo veluti coaluit, functi sunt semper Reges pro suo libito, judicioque prout res postulavit, mox Visitatores in nonnullas, mox in omnes Regni Ecclesias mittendo, mox in cunctas, quae Regiae nominationis erant, mox in aliquas earum; idque Romanis Pontificibus nedum tacitè, sed et expressè Visitatorum Decreta, ac gesta laudantibus: Episcopus vero solemni formula, Officiisque in Visitationis exordio

Regiam in id potestatem implorantibus, totoque Regni corpore in Comitiis interdum postulante.

Qui praesertim electi leguntur Visitatores Generales sunt, Petrus Puyades Abbas S. Mariae de Nohara, anno 1511, et anno 1514, et anno 1516 in omnes Regni Ecclesias; Johannes Petrus Riccius Archimandrita Messanensis, anno 1525, pro omnibus pariter; Franciscus Ventus Canonicus Mazariensis anno 1542 pro Ecclesiis Regalibus trium Vallium: Jacobus Arnedus Vicarius Generalis Syracusanus anno 1552, et iterum anno 1557 pro iisdem Regalibus totius Regni; Didacus Arnedo Regius Capellanus anno 1570 in ipsas; Caesar Marullo, Hernandus de la Cerda Abbas S. Mariae de Mandanice, et Petrus Manriquez de Buytron Capellanus Major, et Abbas S. Mariae de Roccadia anno 1576, unusquisque pro Regalibus Ecclesiis cujusque Vallis; Thomas de Afflicto Canonicus Panormitanus anno 1579, pro Regalibus Ecclesiis Vallis Mazariae, et Nemorum; Nicolaus Daneo Abbas S. Mariae de Terrana eodem anno pro eisdem; Franciscus de Puteo Regius Capellanus anno 1580 pro ipsismet; Philippus Jordius Archidiaconus Confluensis, et Canonicus Poenitentiarius Ecclesiae Elmenensis anno 1603 pro Règalibus trium Vallium; denique Franciscus Fortezza Episcopus Syracusanus anno 1683 pro Regalibus totius Regni. Sunt, et quamplurimi alii, sed particularium Dioecesium, sive Abbatiarum Visitatores tantum. His autem omnibus non semper aequalis potestas fuit, aliquibus enim a Rege auctoritas dumtaxat data visitandi, et referendi, aliis vero et visitandi, et decretis, et ordinationibus suis providendi.

Horum, quae mox existunt in Officio Conservatoris acta, sunt Francisci Vento, Jacobi Arnedo, Petri Manriquez, Nicolai Daneo, Francisci de Puteo, et Philippi Jordii.

Caeterum etsi, ut plurimum ad Regales mox Ecclesias perlustrandas Visitator potissimum mittatur, sua tamen auctoritas in omnes Regni extenditur, prout plures Rex ad omnes misit: hinc Visitatores, et si missi pro Regalibus, solent decreta sua pro aliis quoque Ecclesiis extendere his, aliisque similibus clausulis: *Quod in omnibus Ecclesiis Civitatis, et Dioecesis observari mandat*. Praeterea Visitatoris potestas in spiritualia, et temporalia omnium Ecclesiarum est, eaque tum Pastoralis, et ordinaria, cum Legatialis. Visitat Sacramenta et Sacramentalia, disciplinam, et mores Praelatorum, et aliorum Ecclesiasticorum: corrigit, decernit, mandatque quidquid judicat expedire. Praeterea visitat bona, res, juraque omnia Ecclesiarum Regalium, et modo Palatino, ac summario de causis usurpationum cognoscit, Ecclesiasque reintegrat, appellatione remota. Uno verbo, regula generalis est, quod Visitator in visitatione exerceat, quicquid Praelatus visitando exerceret, quicquid Visitator Apostolicus, quicquid Legatus, eiusque ordinationes perpetuae constitutionis vim obtinent, pro quarum exequutione, et poenam, et exequutores adjicit.

Gaudet Visitator praeeminentiis omnibus Praelatorum, iisque Officiis, titulis,

ac cultu eum omnes observant, quibus tum Episcopum visitantem, cum praecipuum Regis Legati Nati administrum convenit revereri.

Ut primum in Regno advenit, se Proregi sistit, Regias Electionis suae literas exequutorialibus instrui curat, scrutatores eligit, edictum promulgat, tum visitationem exequitur, ac decreta Praelatis, et Capitulis, aliisque Rectoribus Regalium Ecclesiarum per Magistrum Notarium Sanctae Visitationis intimari facit, relicta copia, a quibus nonnisi ad Regem datur proclamatio, et recursus, atque in devolutivo dumtaxat.

Uniuscujusque Episcopatus visitatione peracta, Regem datis literis certiorat de gestis suis, sacrumque super occurrentibus oraculum deposcit. Cum vero visitationem integram omnium Ecclesiarum sibi commissarum tandem expedierit, acta publica, debito ordine descripta, ac compilata Regiae Majestati praesentat una cum visitatione secreta, sive relatione de regimine, et residentia Praelatorum, ac de vita, et moribus subditorum. Acta publica subin in Archiis Regiis, tabularioque officii Conservatoris Regalis Patrimonii Regni Siciliae inferuntur, una cum voluminibus, quae Visitator digeri faciet, Revelationum habitarum vigore edicti S. Regalis Visitationis, et caeterorum monumentorum, actorumque ad eam, Regiumque Patronatum pertinentium.

Cum Visitationis scopus is esse debeat, ut localem, formalem, et realem statum Ecclesiarum Visitator perlustret, examinet, atque reformet, scopo ejusmodi Visitationis methodum, et actorum ordinem aptabit.

Caetera, quae ad munus, ritum, et praxim S. Regalis Visitationis pertinent, erui ex actis antiquarum Visitationum, et ex subjectis licebit.

§ II.

De literis Electivis, et Exequutorialibus Illmi, et Rmi Dni D. Johannis Angeli de Ciocchis.

Ut primum imperio Pientissimi Regis Caroli Borbonii, beneficio summi Numinis restituiti fuimus, id in praecipuas Regiminis curas Princeps providentissimus adsciscendum putavit, ut quas decessores sui visitandas curaverant Sicilienses Ecclesias, ipse quoque ut Principis, Patroni, et Legati nati partes impleret, perlustrandas, et reformandas etiam mandaret. Nam a Philippi Jordii aetate, qui anno 1604 eo Regii Visitatoris Generalis munere functus erat, cum nemo alius illud obtinuisset praeter Franciscum Fortezza Episcopum Syracusanum, qui senio praepeditus, mox confectus, aliquas tantum visitavit, tanta irrepserant in Ecclesias illas, praesertim Regii Juris Patronatus mala, tot Regalium Jurium praejudicia, tot bonorum Ecclesiasticorum damna, ut toto pene conclamante Regno, Regii Generalis Visitatoris necessitas adesse videretur. His itaque consulturus Rex optimus, de Visitatore mittendo cogitavit, atque

post multa, quae opus erant perpensa, atque discussa, Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis U. J., et S. T. Doctorem, Vicarium Generalem S. R. Metropolitanae, et Primitialis Ecclesiae Salernitanae delegit in Generalem Visitatorem omnium Ecclesiarum, et Beneficiorum Regalium Vallis Mazariae cum facultate adsumendi Fiscalem, Secretarium, Magistrum Notarium, et Porterium sibi benevisum, prout ex Regalibus literis datis Porticibus die 4 Maii 1741.

His itaque acceptis literis idem Dnus Visitator cum Sacrae Regiae Majestati se praesentasset, ac Supremis Aulae Regiae Administris, sacrumque Principis oraculum excepisset, sibique insuper comparasset in Sanctae Visitationis Fiscalem admodum Rdum D. Paschalem Rossi Sacerdotem Tarentinum, et U J., et S. T. Professorem.

In Mrum Not. Can. D. Cyriacum La Manna.

In Secretarium Rdum D. Ignatium Archiopoli.

In Porterium denique Nicolaum Bruno.

Solvit è portu Neapolitano, una cum Rmo Auditore, quem sibi adjungendum putavit, et praedictis Officialibus, reliquoque pro dignitate famulatu, die 2 Julii, hora 23, Festo Visitationis Gloriosissimae Virginis, quam in Sanctae Regalis Visitationis auspicem delegit, atque provectione faustissima Panormum appulit die 4 ejusdem mensis hora 13.

Postquam navi descendit, ac in Divi Francisci coenobio Conventualium, in locum suae habitationis electo resedit, ad Proregem Principem Corsinum contendit, eique Regias electionis suae literas tradidit, ut exequutorialibus pro more Siculo literis Proregiis instruerentur.

Sequentibus diebus Archiepiscopus Panormitanus, Episcopique omnes, qui Parlamenti causa Panormi agebant, in habito Praelatitio felicem adventum gratulatum accessere, item et Regiae Monarchiae Judex: Supremus Sacrae Inquisitionis Praefectus, et omnes fidei Quaesitores: Vicarius Generalis Panormitanus, Capitulum Cathedrale, et Capitulum Capellae S. Petri Regii Palatii, omnesque Abbates, et praestantiores de Clero, tum Saeculari, cum Regulari. Praetor etiam Urbis, Supremus Sacri Concistorii Praeses, Consultor, aliique Ministri togati, et Baronum, ac Nobilium ordo iisdem officiis coluerunt. Quibus tandem peractis cum Regium electionis diploma in Officio Protonotarii, aliisque de more fuissent excriptae, ac Proregiae Exequutoriales literae jam emanassent, Dnus Visitator eas, quae muneris sui partes erant adimplere aggressus est.

Regiae autem Electionis literae, et Proregiae Exequutoriales sunt ejusmodi.

D. Carlos por la gracia de Dios Rey de las dos Sicilias, de Jerusalem etc. Infante de España, Duque de Parma, Placentia, Castro etc. y Gran Principe hereditario de Toscana etc. Respecto à que ha muchos anos, que no se visitan las Yglesias, Abbadias, Prioratos, Encomiendas, y otros Benefi-

cios de nuestro Patronargo Real del Reyno de Sicilia, por cujo motivo hemos entendido, que se han introducido diferentes desordenes, y abusos en perjuicio del servicio de Dios nuestro Senor, y del culto Divino, y doviendo nos cumplir con la obligation, que tenemos como Legado nato de la S. Sede Apostolica, en el dicho Reyno de Sicilia llamada Monarchia, para descharg de nuestra Real conciencia hemos resuelto destinar un Visitador, que execute la visita de todas las Yglesias, Abbadias, Prioratos, Encomiendas, y otros beneficios de nuestro Padronargo, que estan situados, y comprehendidos en el Valle de Mazara, a fin de corrigir los absurdos, y excesos, que avviere, y applicar el remedio corrispondiente à evitarlos: y concurriendo en vos el Venerable, y bien amado nuestro D. Juan Angel de Ciocchis, Vicario General de la Mensa Arçobispal de la Ciudad de Salerno en este Reyno las circunstancias de letras, sufficiencia, e integridad, y demas que se requieren para su desempeno, hemos venido en eligiros, y nombraros por Visitador del riferido Valle de Mazara, como en virtud de las presentes de nuestra ciertu ciencia deliberadamente, y consulta, y por nuestra Real Auctoridad os eligimos, y nombramos por tal Visitador, y como a tal os cometemos, y mandamos, que tomando per Procurador Fiscal, Mro Notario, Secretario, y por Portero, las personas, que os parecieren suficientes, y de vuestra satisfacion, las quales Nos desde à hora aprovamos, y diputamos para el effecto espressado, y teniendo presente un exemplar de las Visitas executadas antecedentemente, y particularmente la mas posterior, y mas cerca a nuestros tiempos os sirva de regla, y quia en vuestra mejor derecion, y govierno, os confirais al expressado Reyno de Sicilia, y empereis desde luego à visitar, y reconocer en la forma y manera, que os paraciere, y sus gareis mas conveniente, y proprio todas las Yglesias, Prelatias, Abbadias, Priorados, Encomiendas, miembros, y otros Beneficios de Nuestro Padronargo Real de qualquiera dignidad, y calidad que sean del mencionado Valle, y os informereis con todo cuydado, y diligencia si hay en ellas el numero conveniente de Ministros, Clericos, y Monses que conforme a su calidad, y renta, y a las ordenes, estatutos e Istrucion de cadauna de las citadas Yglesias deve haver si han celebrado, y celebran en las mismas las misas, y Divinos Officios, que son obligados: si se han reparado las fabricas de los templos, y si estan estos con la decencia, y decoro, que se requiere, segun lo que desponen los sacros canones: si hayen las espressadas Yglesias la joyas, ornamientos, aras, corporales, Purificadores, Altares, y otras cosas necessarias, y pertinencientes al Culto Divino: si los Prelados, Abbates, y Priores han hecho, y hacen bueno tractamiento a los monses, y clericos, o ya lo contrario: si los han dado la porcion correspondiente à sù victo, y vestuario: si cadauno respetivamente vive en el decoro, honestidad, y buen exemplo, que es obligado, y hallando haverse cometido faltas, negligencias, omissiones,

y discuidos provehereis sobre ellas conforme a derecho lo que os pareciere convenir a la buena reformacion, correcion, y emienda, segregando, y deputando para este efecto, si fuere necessario las rentas de sus Yglesias, y obligando los a cumplir, lo que ordinareis assimismo os informareis con toda puntualidad de las enagenaciones, que se havieren hecho de los bienes de las proprias Yglesias: si han sido bien hechos, y con la confirmacion, y approvacion, que se requiere, y si per algunas personas particulares se han occupado, y usurpado, y mal levando algunos de los bienes de las Yglesias, hareis que se reconoscan, y examinen los titulos, con que lo posehen por si son legitimos, y en los que se halleren estar occupadas, o injustamente detenidos, y usurpados, y se tienen sin titulo, se proceda sumariamente a la reintegracion de ellos conforme a la Justicia Dunq. los Posehedores sean personas Ecclesiasticas, o legas, y de qualquiera fuero, que para este caso no estar obligados defando a los que pretendieren ser gravados el poder recurir a Nos, y que si se hallieren poseidos con titulos non legitimos, o que la enegenacion, y concession non se dubiera por iusta segun lo dispuesto por lo sacratos canones me informareis con toda distincion de la utilidad, o inutilidad, que ha havido en ella para que en vista de vuestra relacion pueda dar las ordenes convenientes, bien entendido, que verificandose usurpaciones sean obligados los usurpadores al remplazo de los gastos que se hicieren en la reintegracion, y consequientemente a las Dietas, que se vacaren por vos, y por vuestros subalternos, cujo producto se introytara en beneficio de nuestro Real Erario, y a que por el mismo se os satisfaran a vos, y a vuestros subalternos, las Dietas, que vacareis durante esta comision. Tambien os informareis si los Prelados han instituido en sus Yglesias los Seminarios, que conforme al Concilio Tridentino son obligados a hacer, si en las Yglesias hay libro, o Rollo de las rentas, que cadauna tiene con annotacion de los nombres, y sobrenombres de los que la posehen, y de las contribuciones, y gravezaz, a que estan obligadas, y si los privilegios de las expressadas Yglesias estan bien conservadas, y guardados como convien, y no haviendo en esto el concierto limpieza, y buen recaudo, que se requiere, ordenareis, que se hagan los libros necessarios con las annotaciones, que os parazieren convenir, y que los citados privilegios se pongan en Archivos, donde se guarden, y conserven como se deve: Mirando assimisma de si en caso, que en el citado Valle aviere Abbadias de la orden de S. Basilio, haya falta de persona de letras, que entiendan, lo que tratan, y dicen, y en caso que se haya provehereis en las que os pareciere ser menester; se tengan Maestros, que los ensenes, is que de las otras Abadias, embienen algunos Diaconos, paraque aprenda: Ademas que lo expressado reconoscereis si se posehen algunas Abbadias, o otros beneficios de mi Padronargo Real sin nuestro consentimiento, y sin Bullas Apostolicas, y si las personas Ecclesiasticas haun

en sus Yglesias, la residencia, que segun a lo que disponen los Capitulos del Reyno estan obligados, y generalmente os informareis de estas, y de qualesquiera otras cosas que convengan y os parecieren ser necessarias para su reparo, reformacion, y entera claridad, de lo que se os ha cometido haciendo para este efecto venir, y comparazer ante vos a todas, y qualesquiera personas de qualesquiera calidad, y condicion que sean, y os pareziera que tengan noticias, y quedan advertir alguna cosa à cerca del assumpto para que despongan, y declaren ante vos con juramiento lo que sapieren, constringendolas à ello con las penas y en la forma, que os pareziere, y estimareis convenir à las quales, y cadauna de ellas respectivamente mandamos, que comparescan ante vos, y obedescan en esta parte vuestros mandamientos, como se emanassen de nos y hecha la dicha Visita, y reconoziemento provehereis en la conformidad, que pueda expressada para el major servicio de Dios, reparo, decoro, y buen govierno de las enunciadas Yglesias, y a la indemnidad, recuperacion, reintegracion, y complimiento de todo lo demas que va expressado, y nos dareis cuenta distinta, y clara por medio del Virrey de a quel Reyno, de lo que irà occurrido en la Visita y fuere digno de nuestra R. intelligencia, como tanbien de las rentas, y valores de las dichas Yglesias, Abadias, Prioratos, y otros qualesquiera beneficios del citado Valle, de los pesos, que pagan, en que cumo y lo que queda en limpio a cadauna, y de lo demas, a qui contenido y desordenes, que ubiere, y merecieren remedio, advirtiendo de cerca de cadauna de ellas, lo que a vos paraciere por mas a proposito, a fin que nos entendido de todo podamos mandar lo que jusgaremos conveniente al servicio de Dios Nuestro Senor, y nuestro, para cujo efecto, y para lo demas que fuere anexo, dependente, y emergente en qualquiera manera, que sea pertineciente a la referida Visita, os damos, y conferimos nuestras vezes, poder, y auctoridad cumplida por las presentes, con las quales, y en virtud de nuestra cierta ciencia, y R. Authoridad encargamos, y mandamos a los Ill. muy Ryverendos, Venerables, Spectables, Magnificos, y Amados Consellers nuestros, el Virrey Luogotenente, y Capitan General dicho nuestro Reyno de Sicilia Arçobispos, Obispos, Prelados, Abbades, Priores, y otras Ecclesiasticas, y Religiosas personas, Mro Justitiario, Presidente de la G. C. Patrimonio, y sacra conciencia. Ives de lo: referidos Tribunales, Thesorero, y Conservador de nuestro Real Patron., Abogados, y Procuratores Fiscales, y subditos nuestros assi mayores, como minores, y sus Luogotenente, Principes, Duques, Marqueses, Condes, Barones, Cavalieros, Joratos, Universidades, y otras qualesquieras personas y a cadauna de ellas, que a hora son y por tiempo fueren en el citado Reyno vayo pena de incurrir en nuestra indignacion, y en la de dos miloncas de sus bienes, que irremisibilmente se exigiran, y aplicheran à nuestro Real Erario, y en quanto a las personas Ecclesiasticas

rogamos, y enchargamos, que os recivan, y tengan por tal Visitador nuestro para los expressados assumptos, y os horren, y respecten, como a tal, y para exequcion, complimiento y effecto dello siempre que por vuestra parte fueren requiridos, os asistan, y fanrezcan, den, y presten todo calor, favor y audya necessaria, y las tengan guarden, y observen, y hagan tener, guardar, y observar inviolablemente por qualesquiera personas, guardandose de lo hazer, y permitir, que se haga el contrario, en manera alguna por quanto las enunciadas personas Ecclesiasticas Nos desean complacer, y servir, y los otros Officiales, y Subditos nuestros por quanto tienen cara nuestra gracia y vayo las mencionadas penas. En testimonio de lo que mandamos Despachar las presentes firmadas de nuestra Regal mano, y selladas con el sello de nuestras Regales Armas, y referendada de nuestro infrascipto Secretario de Estado, y del Despacho por lo toccante a lo Ecclesiastico. Dado en el Regal Sitio de Portici à 4 de Mayo de 1741.—Yo el Rey — Gaetano Maria Brancone — Adest sigillum — Instruciones para el Visitador, destinado en el Valle de Mazara en el Reyno de Sicilia.

Literae vero exequutoriales sunt, quae sequuntur.

Carolus Borbonius, Dei gratia, utriusque Siciliae Rex, Hierusalem Infans Hispanus, Dux Parmae, Placentiae, et Castri, Magnus Hetruriae Princeps Haereditarius etc.—Vicerex, et Cap. Generalis in hoc Siciliae Regno—Illustribus, Spect., Mag. et Nobilibus Regni ejusdem, Magistro Justitiario, Praesidentibus Reg., Tribun. Judicibus M. R. C., Mag. Rationalibus, Thesaurario, et Conservatori R. P., Judicibus Concistorii S. R. C., Advocatis quoque, et Procuratoribus Fiscalibus, caeterisque demum dicti Regni Officialibus, maj. min. praesentibus, et futuris, cui, vel quibus ipsorum praesentes praesentatae fuerint, aut quomodolibet pervenerint. Cons. Reg. Fid. dil. sal. — La S. R. M. del Re Nro Sre con sua Regal Cedola spedita per via della Real Segreteria di Stato, e del Dispaccio Ecclesiastico in Portici sotto li 4 Maggio p. p. 1741, ordina lo che segue — D. Carlos etc. — ut supra — Praesentata Panormi die 19 Julii 1741, Reg. Cons. Conserv. Regii Patrimonii recognoscat et referat — D. Blasius Miano Secret. Mag. Not. — Eodem facta recognitione, et relatione praedictis E. S. mandat, quod fiant exequutoriae — D. Thomas Antonius Laredo, et Serthuca Conserv. — Perciò in esecuzione di quanto la prefata M. S. ordina nella preinserta R. Cedola, ed in osservanza della suddetta nostra provvista, vi diciamo, ed ordiniamo, ed a chi spetta incarichiamo, che vogliate, e debiate, e per chi si deve facciate eseguire, ed osservare la preinserta Real Cedola seu Istruzioni di parola in parola, secondo in esse viene ordinato, e della prima linea sino all' ultima secondo la sua serie, continenza, e tenore, prout jacet, guardandovi di fare il contrario, per quanto la grazia di S. M. tenete cara. Datum Panormi die 20 Julii 1741. — El Principe Corsini — D. Blasius Miano Sec. Mag. Notarius —

Laredo Conserv. — Esecutorie di Regie lettere per le quali S. R. M. elige per Visitatore delle Chiese, ed altri Benefizii di Regio Patronato esistenti nel Val di Mazara di questo Regno il Rmo D. Giannangelo de Ciocchis Vicario Generale della Mensa Arcivescovile della città di Salerno colle Istruzioni toccanti a detta Visita — Ex Officio — Pellegrino — D. Joseph Maria Merlo Reg. Coad. — D. Petrus Battaglia Reg. Coad. Off. Prot. — D. Ferdinandus Terracina Reg. Mag. Not., Reg. Cancell. — Adest sigillum — Registrata in Off. Sp. Cons. Regii Patrimonii — D. Bartholomaeus Fiore Adjut. — Reg. in Off. Regni Fid. Prop. — D. Franciscus Virgilio de Officio.

§ III.

Sanctae Regalis Visitationis Pracambula.

Cum aggredi Dnus Visitator ea vellet, quae ad commissum sibi Visitationis officium pertinebant, ac acta omnia praeteritarum Visitationum ex Officio Regii Conservatoris sibi afferri fecisset, de Congregatione instituenda cogitavit, in qua praeparatoria S. Regalis Visitationis ritè, ac maturè agerentur. Constituit hinc, ut singulis diebus ipse Dnus Visitator, Dnus Auditor, Dnus Fiscalis, et Secretarius simul convenirent, quibus cum opus esset, tres alii probatissimi viri in dignitate Ecclesiastica constituti, ac S. Th. DD. et Magistri accederent, quos nominatim in scrutatores secretos delegit. In praescriptorum autem implementum habitae fuerunt sequentes Congregationes.

Die 21 Mensis Julii 1741 in aula Illmi, et Rmi Dni Visitatoris.

Habita est prima Congregatio, atque Dominus Visitator intelligens a Patre Luminum Deo auxilia omnia expetenda, quibus tam sanctum, et grave Regalis Visitationis opus, ritè, ac feliciter perficeretur, accitis ad se familiaribus opera pietatis diurna praefinivit, eamque vivendi rationem praescripsit, quae aedificationi omnibus essent; integritatem enixè commendans, omnemque munerum sortem rigorosissimè vetans.

Item singulos Officiales proprii cujusque muneris admonuit, et quae praeparanda, et agenda ab unoquoque essent, laboremque singulorum quolibet die subeundum praefinivit, ut justa methodo expeditius, quae opus erant, perficerentur.

Praeterea Fiscali injunxit, ut ex voluminibus antiquarum Visitationum excerperet, 1°, quae ad potestatem Visitatoris pertinerent, potiora, et ad disciplinam Ecclesiasticam refingendam oportuniora decreta. 2.° Methodum Visitationis. 3.° Agenda, ut usurpata restituerentur, et futurae usurpationes evitarentur. 4.° Ritus, caeremonias, et praeeminentias Visitatorum.

Denique Secretario mandavit, ut ex Regiis Electionis literis summa capita excerperet, super quibus secreta animi instructio erat comparanda.

Die 22 mensis Julii etc.

Habita est secunda Congregatio, atque cum primis R. D. Fiscalis retulit de veteri potestate Visitatorum, nedum quoad temporalia, sed quoad spiritualia, allegatisque exemplis Visitatorum, praesertim Arnedi, Danei, Manriquez, Putei, et Jordii, qui de Sacramentis, et Sacramentalibus, et Disciplina Praelatorum, et Subditorum suas ordinationes ediderant, atque lectis locis actorum ab ipsis desuper compilatorum, tandem post plurium discussionem, ac post examinatas nonnullas rationes, quae hinc inde afferri poterant, fuit conclusum ad Visitatorem spectare omnem potestatem legatialem in spiritualia, et disciplinam pastoralem, et Clericalem, et in iis tamquam ordinarium, et pastorem versari posse juxta dispositionem Cap. 2. de Offic. Legat. in 6', et prout decessores Visitatores, et Manriquez potissimum, atque Jordius eam exercuerunt.

Ad haec dictus Dnus Fiscalis communicavit decreta ab ipsis Visitatoribus edita, institetique alia opportuna ad restaurandam disciplinam edi, quae omnia Dnus Visitator R. Dno Auditori excutienda remisit, et ab eodem proponenda in alia Congregatione, simul cum opportunis dispositionibus pro restituendo in Seminariis optimarum literarum studio.

Quo ad potestatem denique Visitatoris in temporalibus Ecclesiarum, cum Dnus Fiscalis retulisset, fuit conclusum, posse super redditibus Ecclesiarum, et Abbatiarum divisionem canonicam, cum pro Divino Cultu, Ministris, fabricis, et pauperibus, expediens fuerit, reformare, augendo, aut minuendo veterem taxam, sive adscribendo usibus praedictis peculiares redditus, et deputando curatores, qui eas seorsim administrarent, prout ab Arnedo, Manriquez, Puteo, et Jordio factum constitit.

Quae denique supererant de temporalium usurpationibus ad aliam Congregationem agenda remisit.

His itaque peractis, fuerunt per Secretarium S. Visitationis lecta summa capita, super quibus secreta informatio judicabatur necessaria, eaque a Dno Visitatore probata fuerunt scrutatoribus tradita, ut quam citius super illis scripto referrent.

Ad haec fuit eidem Secretario injunctum, ut Edictum S. Visitationis disponeret, sub cura Dni Auditoris, qui simul curaret, ut jus Regis in illo eniteret juxta instructionem.

Die 23 Julii etc.

Habita est tertia Congregatio, in qua R. Dnus Fiscalis retulit de methodo Visitationis a singulis Visitatoribus servata, cumque post diligens examen meliorem ordinem Dnus Visitator desideraret, sequentem rationem ineundam, ac in actorum descriptione servandam constituit.

Schema Actorum Visitationis.

TITULUS I.

DE VISITATIONE LOCALI, ET STATUS MATERIALIS.

§ I. *De Ecclesia Cathedrali.*

§ II. *Sanctae Regalis Visitationis solemnis aperitio.*

§ III. *De Visitatione SSmi Sacramenti.*

§ IV. *De Fonte Baptismali, et oleis sacris, atque Sacrario.*

§ V. *De Sacris Reliquiis.*

§ VI. *De Confessionalibus.*

§ VII. *De Altaribus, caeterisque Ecclesiae partibus.*

§ VIII. *De Palatio, et Curia.*

§ IX. *De Archiviis, et Privilegiis.*

TITULUS II.

DE VISITATIONE STATUS FORMALIS.

§ I. *De Archiepiscopo, et Pastorali cura.*

§ II. *De Vicario Genli, et Archiepiscopali audientia.*

§ III. *De Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae.*

§ IV. *De Vivanderiis, sive Beneficialibus.*

§ V. *De Sacristis, et servientibus Ecclesiae.*

§ VI. *De Servitio Chori, Divinisq. Officiis, et cultu.*

TITULUS III.

DE VISITATIONE STATUS REALIS, ET BONORUM ECCLESIAE.

DECRETA GENERALIA

PRO CONSERVATIONE, RERUM, ET BONORUM REGII JURIS PATRONATUS.

Ad haec Dnus Visitator statuit, ut mane discuterentur domi, quae ad Visitationem realem pertinerent: vesperi Visitatio localis: sero personalis et de statu formali examen haberetur.

Die 24 Julii 1741.

Habita est quarta Congregatio, in qua Dnus Fiscalis materiam usurpationum proposuit examinandam, retulitque:

Primo, a Visitatoribus, et praesertim a Jordio practicatum fuisse, cum de usurpationibus rationabile dubium, aut proclamatio alicubi fuit, ut Edicto praeciperetur, quod omnes, qui terras, et jura Ecclesiarum Regalium possidebant, eas revelarent, alioquin pro usurpatoribus haberentur, et debitas poenas incurrerent.

Secundo, cum Rectores Ecclesiarum Visitatori quid effective usurpatum denunciarent, fuisse in more positum, ut docto per illas de veteri pertinentia, dominioque ex antiquis concessionibus; Detentores in Officio S. Visitationis citarentur ad edendum titulum, eoque non producto, ad restituendum summariae, et de plano, ac appellatione remota cogerentur.

Ad haec fuit in Congregatione examinatum an praescriptio immemorabilis suffragari possessoribus posset, super quam fuit etiam auditus Dnus Advocatus Fiscalis Regalis Patrimonii, et in congregatione lectum, et consideratum ejus votum.

Hisque peractis Dnus Visitator ad faciliorem usurpatorum cognitionem extrahi ex actis Visitationum praeteritarum per Mrum Notarium S. Visitationis jussit notitias bonorum Ecclesiasticorum Regalium. Item Edicto omnes, et quoscumque requiri ad usurpationes revelandas: Praelatosque, et Abbates insuper adigi ad subministranda Fisco S. Regalis Visitationis monumenta primarum concessionum, notitiamque usurpationum inde resultantium.

Praeterea ad occurrendum futuris usurpationibus, et indemnitati Regii Juris Patronatus, ac praeeminentiarum Regalium, praefinita a Dno Visitatore nonnulla fuerunt in omnibus Ecclesiis ordinanda.

Die 25 Julii 1741.

Habita est quinta Congregatio, in qua Dnus Fiscalis exposuit ritus, et caeremonias, quibus Dnus Visitator in solemni aperitione S. Regalis Visitationis excipiendus esset, produxitque in medium ex actis Regalis Visitationis Philippi Jordii, et ex memoriali Sacerdotis Josephi Marchisii typis impresso Panormi anno 1688 ritum observantum, cum Jordius ipse, et Simon Fimia Sanctam Regalem Visitationem aperuerunt.

Ad haec praeeminentias omnes Praelatitias Regii Visitatoris recensuit, quae omnia fuerunt examinata, et demum praefinita per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem.

Cumque idem Fiscalis exposuisset, Archiepiscopum Panormitanum a nonnullis annis sibi praeferre facere syrma, seu virgam jurisdictionalem more hispanico, ac instetisset pro suo munere, ne id Dnus Visitator pateretur cum Archiepiscopus ipsum esset excepturus in Cathedrali, ex quo summum praejudicium inde inferreretur Dignitati Legati nati, quam Sacra Regia Majestas habet, et a Visitatore in eo solemni actu repraesentatur, fuit ejusmodi negotium ad sequentem Congregationem remissum ad tramites Canonum examinandum, et interim fuit resolutum, quod integrum caerimoniale servandum communicaretur Magistro Caerimoniario Archiepiscopi, cui, et insuper verbum fieret de Virga jurisdictionali.

Denique Secretarius S. Regalis Visitationis legere coepit partem Edicti Generalis a se dispositi pro indictione Visitationis, qua quidem parte discussa,

et correcta in Congregatione, additis mutatisque nonnullis; fuit dictum, quod reliquum in sequenti Congregatione legendum, et expendendum proponeretur.

Porro Illmus et Rmus Dnus Visitator injunxit Magistro Notario, ut excerperet Decreta omnia edita in ultima Regali Visitatione Ecclesiae Panormitanae, ut quae temporis cursu desuevisset, actutum restituerentur.

Die 26 Julii 1741.

Habita est sexta Congregatio, in qua Secretarius legere porrexit Edictum Sanctae Regalis Visitationis, quod et mutare fuit consideratum, atque correctum; quare Illmus et Rmus Dnus Visitator mandavit illud extendi in forma signandi.

Subinde Dnus Auditor proposuit quidquid sibi videretur circa usum virgae jurisdictionalis Archiepiscopi, quare examinatis in Congregatione canonibus, ac Disciplinae monumentis, ex quibus ad facti speciem argui ritè poterit; fuit resolutum quod coram Visitatore jure legationis non possit Archiepiscopus virgam jurisdictionalem sibi praeferre facere, idque eidem Archiepiscopo significari mandavit.

Ad haec Dnus Visitator injunxit Fiscali, quod requireret in antiquorum Visitatorum modum, quo Decreta Visitationis extendi, et intimari Praelatis deberent, atque in Congregatione sequenti referret.

Denique Illmus, et Rmus Dnus animi pendens Visitatoris partes cum primis esse, ut quidquid pertineret ad jus sacrum Regis Siciliae, sive ad jura Regii Patronatus, et perpetuae Apostolicae Legationis sarctum tectum servaretur, imo ubi collapsum, laesumve esset, aut absoletum, instaurari, restituique curaret, Dno Auditori commisit, ut eorumdem Sacrorum Jurium Regalium seriem concinnaret, eaque in Congregatione undecima proponeret.

Die 27 Julii 1741.

Habita est septima Congregatio, in qua Mag. Notarius legit Decreta ultimi Regii Visitatoris Jordii edita anno 1604 in Visitatione Archiepiscopalis Ecclesiae Panormitanae; quibus lectis et mature consideratis, Illmus et Rmus Dnus Visitator Fiscali tradidit, ut in Visitatione agenda, status materialis, formalis, et Realis ejusdem Ecclesiae eadem continuo legi faceret, ac attente invigilaret, an in viridi observantia essent.

Subinde ipse Dnus Fiscalis retulit, quod perquisitis actis praeteritarum Visitationum invenit Petrum Puyades, qui inter primos Regios Visitatores sub Ferdinando et Carolo V fuit, consuevisse intimare Praelatisae memoriale dumtaxat Decretorum Visitationis, quae sub poena observanda mandabat, committens eorum exequutionem Regio Consiliario, et Nobili, et Ecclesiastico Urbis viro. Praeterea Jacobum Arnedo Visitatorem sub Philippo II Decreta pariter dumtaxat intimasse, atque addita poena mandasse observanda. Verum Franciscum de Puteo integra acta Visitationis cujusque Ecclesiae a prima li-

nea ad ultimam intimare adjecta poena; ac legere fecisse per Mrum Notarium Visitationis, Praelato coram testibus relicta integra copia, manu Notarii extracta, ac suo sygillo vallata. De Jordio non liquet; videretur autem integram actorum copiam minimè reliquisse Praelatis. Quare his perpensis Dnus Visitator prae oculis habens, quod intimari soleant per Mrum Notarium in omnibus visitationibus, sive Episcopalibus, sive Apostolicis non acta omnia, sed dumtaxat decreta, mandavit, ita quoque observari in praesenti Visitatione; ita quidem ut Decreta eadem Capitulis Ecclesiarum, et quoad temporalium conservationem Regiis civitatum Secretis pariter notificarentur.

Postremo Illmus, et Rmus Dnus Visitator injunxit Dno Fiscali, ut de commodiori ordine peragendae successive Visitationis per totam Mazariae Vallem inquireret, et in nona Congregatione referret, simulque de omnibus, quae ad illam pertinere possent; signanter vero seriem proferret omnium Ecclesiarum Regalium Vallis Mazariae Visitationi, sive de jure, et consuetudine subjectarum, sive de jure subiicendarum.

Die 28 Julii 1741.

Habita est octava Congregatio, in qua Scrutatores secreti suas in scriptis relationes protulerunt singula capita ipsis communicata, easque Illmus et Rmus Dnus Visitator Dno Auditori tradidit expendendas, de quibus subinde referret simul cum decretis pro disciplina, et literis.

Postmodum expositum Congregatis fuit, qualiter Magister Caeremoniarius Archiepiscopalis retulit, quod certior Archiepiscopus factus de ritu, et caerimoniis servandis in solemni exceptione, et Visitationis exordio, se promptum, paratumque exhibuit ad omnia ad amussim servanda, nec usurum in eo actu virga jurisdictionali, quare Illmus Dnus Visitator iniunxit Fisco, ut ita observari curaret totumque actis praesentis Visitationis consignari.

Subinde Secretarius protulit edictum S. Visitationis in forma signandi, quod cum de verbo ad verbum iterum in Congregatione lectum fuisset, illud Dnus Visitator subscripsit, mandavitque Porterio, quod publicaret, affigens valvis Ecclesiae Cathedralis coram testibus, et Magistro Notario; qui ejusmodi affixionis publicis Visitationis actis consignaret; prout subinde fuit peractum; editum autem ita subscriptum, publicatum, et affixum, est ut sequitur:

3

EDICTUM GENERALE

QUO S. REGALIS VISITATIO FUIT SOLEMNITER INDICTA.

CARLO

PER LA GRAZIA DI DIO

RE DELLE DUE SICILIE, E DI GERUSALEMME

INFANTE DI SPAGNA

DUCA DI PARMA, DI PIACENZA, DI CASTRO EC. EC.

GRAN PRINCIPE EREDITARIO DELLA TOSCANA EC. EC. EC.

GIOVANNANGELO DE CIOCCHIS Dottore in Divinità, e di Leggi, Protonotaro Apostolico, Conte Palatino, Vicario Generale della S. Metropolitana, e Primizial Chiesa di Salerno, e Visitatore Generale delle Chiese, Badie, e Benefizii di Regal Patronato della Valle di Mazara.

Intento, e sollecito il Re Nostro Sovrano (che Iddio sempre più prosperi) a soddisfare ai doveri della perpetua Apostolica Legazione, chiamata Monarchia, di cui sono forniti i Re di questo Nobil Reame, e tenendo presente così la precisa obbligazione, che per ciò l'assiste, di mandarvi de' Visitatori, come i mali, gli abusi, ed i disordini, che ode introdotti nelle Chiese di Regal Patronato, per non essere stati da molti anni visitate, ha stimato con sua Regal carta spedita in Napoli sotto li 4 Maggio di quest'anno 1741, ed esecutoriata nelle forme in questa Capitale sotto li 20 del corrente mese di Luglio, destinare, come Legato nato della S. Sede, un Visitatore Generale dell'Esistentino nel Val di Mazara, ed assumer noi per sua Real Clemenza a tal grado, acciò visitando tutte le Chiese, Badie, e Priorati, Commende, ed altri Beneficii di Regal Patronato di detta Valle, di qualunque dignità, e qualità elle fossero, e dietro l'orme de' nostri antecessori prendendo una esatta cognizione dell'intiero stato formale, e materiale di esse in tutte, e ciascune parti, e lor annessi, e de' disordini, eccessi, abusi, e cose degne di riforma, o mutazioni, che mai vi fossero, come pure delle usurpazioni, alienazioni, pregiudizii, e tutt'altro, che le gravasse, vi provvedessimo cogli opportuni ripari,

regolamenti, e decreti, contro qualsisia persona Ecclesiastica, o Laica, di qualunque ordine, dignità, esenzione, privilegio, e foro, che la M. S. vuole, che a questo effetto non suffraghi loro, prescrivendoci un proceder stretto, e sommario, nè permettendo alle parti, che il solo appello, e ricorso immediato alla sua Regale Persona.

A tal Sovrana destinazione adunque, di cui non senza nostra confusione parlar ci permette la cognizione del nostro niente, volendo noi coll'ajuto del Signore *sine quo nihil est sanctum, et a quo omnis sufficientia nostra*, corrispondere opportunamente con ogni possibile accuratezza, intimiamo, notifichiamo, ed annunciamo col presente pubblico editto l'Apostolica Regal Visita agl'Illmi, e Rmi Prelati, Abbati, Dignità, Canonici, Priori, Prebendati, Rettori, Beneficiati, e qualsivoglian altri possessori, o amministratori di Chiese, Badie, Prebende, Beneficii, e Patrimonii di Regal Patronato di detta Valle di Mazara, o di Masse, Maramme, Monti, e rendite alle medesime spettanti, o annesse, e dependenti da quelle, come altresì a' Cherici, e Religiosi a dette Chiese, Badie etc. addetti, e ad ogni altra qualunquè persona per diritto, o per consuetudine a somiglianti visite sottoposta, acciò tutti, e ciascheduni di essi prevenuti di quanto dal Re Nostro Signore ci viene commesso, si preparino alla Visita, che saremo per fare, e che apriremo coll'ajuto del Signore in questa Cattedrale di Palermo martedì primo del prossimo Agosto circa le ore 21, per proseguirla indi nelle Badie, Beneficii, ec. di questa Diocesi, e così poscia ordinatamente nelle altre.

Quindi esortiamo, e ricerchiamo, ed essendo d'uopo colla Regia Apostolica autorità ordiniamo sotto pena di once trecento ed altre ad arbitrio da incorrersi ed irrogarsi senz'altra citazione per ogni mancanza.

Primo. Che tutti e singoli, a' quali appartiene debbano nel giorno, che si aprirà la Visita, nelle Chiese, Badie, e luoghi proprii di cadauno ritrovarsi in esse nelle forme solite e convenevoli, e rispettivamente far ritrovare il tutto ben disposto, e preparato a visitarsi, con deputare ancora persona Ecclesiastica ben'intesa, la quale il tutto ben dirigga, e risponda a tutto ciò, che per discarico del nostro uffizio ci occorrerà domandare.

Secondo. Che tutti gl'Illmi, e Rmi Prelati, Abbati, Benefiziati, e Rettori di dette Chiese, Badie, Benefizii, ed altri Ecclesiastici luoghi, e Cappelle di Regal Patronato di detta Valle, o loro dipendenti, ed annessi debbano nel termine di dieci giorni, decorrendi dal dì della pubblicazione del presente editto nelle proprie rispettive Cattedrali farsi esibire, e rispettivamente presentarci un distinto ragguaglio in foglio soscritto da essi, o da altri, a' quali spetta, dello stato formale, e materiale di quelle, descrivendovi in volgar favella colla possibile brevità, e chiarezza in paragrafetti separati il lor titolo, fondazione, e jussi; la loro struttura materiale, i palazzi annessi, e stato delle fabbriche, la loro rendita, e pesi in genere, i capitoli, i collegi, ed altri incardinati in esse;

l'estensione, e luoghi delle loro Diocesi, Provincie Metropolitiche, territorii Badiali; il numero delle Parocchie, Benefizii, Chiese, Luoghi pii, Monasteri, Conventi, con ispiegare i piccoli, e degni di supprimersi; il numero delle anime, e degli Ecclesiastici di ciascuna Città, e Luogo, ed ogni altra cosa in ristretto, che lor parerà confacevole.

Terzo. Tutti i Rmi Capitoli, Collegi Canonicali, e Cleri recettizii delle dette Chiese, Badie ec. di Real Patronato di detta Valle, e gli Amministratori di Masse, Maramme, e rendite ad esse spettanti, daranno nel medesimo termine un notamento da essi soscritto della loro erezione, forma, insegna, regolamenti, statuti, rendite di un decennio, pesi, ed intiero stato, con nominare, e cognominare i Canonici, Ministri, ed altre persone ad esse addette; nel qual termine i Marammieri, e gli Amministratori presenteranno ancora i conti della loro amministrazione.

Quarto. I Sacristi, ed altri, a' quali spetta ci presenteranno nello stesso termine un pieno dettaglio in foglio da essi parimente soscritto di tutti i pesi, ed obblighi di Messe, che sono annessi a dette Chiese, Badie, Benefizii, Luoghi pii, Maramme, Monti ec. come altresì del numero delle Messe manuali, che giornalmente si dispensano, con ispiegare, ove debbansi celebrare, e dove effettivamente si celebrano, e produrre le tabelle, ed i libri, e documenti della soddisfazione.

Quinto. I Tesorieri, i Sacristi, o coloro, a' quali spetta, debbano nello stesso termine produrre innanzi di noi in due separati fogli, pure da essi soscritti: primo un notamento di tutte le Reliquie esistenti nelle suddette Chiese, Badie ec.: e secondo un altro notamento distinto di tutte le supellettili, mobili, giogali, ed altri ornamenti di quelle, con descrivere il peso, e qualità degli argenti, e il valore e pregio delle gioje, e di altre pietre preziose, e più considerabili.

Sesto. Tutti i Procuratori Generali, gli Economi, ed altri Uffiziali, a' quali spetta, ed in loro mancanza gl'istessi Prelati, Abbati, possessori, ed Amministratori, come sopra, ci presenteranno, e rispettivamente ci faran presentare da persona legittima entro lo stesso termine un chiaro, copioso, e minuto inventario in foglio soscritto di tutti i beni, feudi, diritti enfiteutici, e censuali, e di ogni altro corpo, e capo di rendita, ed ovvenzioni appartenenti alle loro Chiese, Badie, Benefizii, Masse ec. con indicare da chi furono donati, e lasciati, e quali siano i loro confini, e pesi. In oltre daranno nota distinta di quanto ognuno rende annualmente, specificando con chiarezza la rendita attuale solida, e poi la liquida, o sia quella, che resta, dedottine i detti pesi, e citando gli strumenti, e scritture degli affitti, convenzioni, colonie, e simili da un triennio a questa parte, per comprovare lo stato attuale di rendita.

Settimo. Che gl'Illmi, e Rmi Prelati, Abbati, Commendatarii, Priori, Bene-

fiziati, Rettori, Prebendati ec. ed ogni Amministratore di dette Chiese, Badie, Benefizii, Prebende ec. di Regal Patronato di detta Valle, o di Capitoli, Collegi, Cleri, Monasterii, Luoghi, Monti, e Maramme, ad essi spettanti, o loro annessi, e dipendenti, debbano entro lo spazio medesimo di giorni 10 promuovere, e proporre innanzi di noi le loro istanze, ed azioni contro le usurpazioni, ed occupazioni de' loro beni, jussi, giurisdizioni, libertà, e rendite, e contra le alienazioni illegittime, e senza l'Apostolico, e Regal Assenso, ed altre solennità; di più contro le concessioni dissutili, e lesive, e finalmente contro i debitori di censi, decime ec., che pretendono non esser tenuti al pagamento, e contemporaneamente esibiranno le scritture, e documenti, che hanno per giustificare dette loro istanze, ed azioni. Per tali cause terremo pubblica udienza ogni giorno la mattina, dovendo impiegare le ore pomeridiane alla Visita locale, quale terminata terremo udienza, così la mattina, come nel dopo pranzo. Ricerchiamo intanto ogni e qualunque persona, che avesse delle notizie, e documenti di simili occupazioni, o alienazioni illegittime, e dissutili, che per quanto ama la grazia della M. S. voglia opportunamente somministrarcele.

Ottavo. I Rmi Abbati; Benefiziati, ed ogni altro possessore, o Amministratore di Badia, Benefizio, Prebenda, o Prestimonio ec. di Regal Patronato di detta Valle, ci presenteranno nell'istesso termine li documenti delle loro provviste, ed elezioni, le nomine, assensi, o conferme Regali, e rispettivamente le Bolle Apostoliche, ove son necessarie, e solite a spedirsi; quali non esibite si apporrà il sequestro sopra il loro temporale. Ricercando parimente tutti coloro, che mai avessero alcuna cognizione di Benefizii, Badie, Prebende ec. di Real Patronato oggi perduti, ed ignoti, che vogliano pienamente, e sollecitamente informarcene.

Nono. Gli Uffiziali delle Curie, a' quali spetta, i Maestri Notari, o rispettivamente i Borzarii, i Depositarii delle multe, e transazioni debbano nello stesso termine presentarci un foglio soscritto dello stato, disposizioni, Uffiziali, riti, e tasse, o tariffe, che si osservano, e l'intiera annua rendita delle medesime, come altresì un dettaglio della somma di dette multe, e transazioni, di cui ragguagliato un anno coll'altro di un decennio, potrebbe in ogni anno farsi introito per i bisogni delle Chiese.

Decimo. Gli Archivarii, i Conservatori di scritture, e i Bibliotecarii di dette Chiese, Badie, Benefizii ec. di Regal Patronato di detta Valle, o de' Capitoli, Collegi, Maramme ec. loro appartenenti, e ad ogni altro a cui spetta, ed in loro mancanza gl'istessi Prelati, Abbati, Benefiziati ec. ci forniranno nello stesso termine di una distinta relazione in foglio soscritto dello stato, ordine, spezie di scritture, e bisogni de' loro Archivii, Biblioteche ec., e di un esatto inventario di tutte le Pontificie Bolle, Diplomi Regali, e di altre membrane, Carte, Codici M. S., Libri in istampa, conclusioni capitolari, e statuti, e di

ogni altro volume, e scritture, che in essi si conservano, con dare un picciol saggio, o argomento del contenuto, e date delle dette Bolle, Diplomi.

Undecimo. I Rettori, e Deputati de' Seminarii, Conservatorii, e Scuole appartenenti alle Chiese, Badie ec. di Regal Patronato di detta Valle, ci esiberanno una piena relazione da essi firmata, del loro stato, origine, struttura, statuti, beni, rendite, pesi, Ufliziali, Lettori, e Maestri, numero e nomi dei medesimi, e degli alunni, e convittori, loro disciplina, studii, profitto, ed obbligazioni, e del bisogno, che vi fosse di altra tassa, unione, e rendita, delle usurpazioni, ed illegittime, ed inutili alienazioni de' loro beni, de' renitenti, o tardi a pagare le rate secondo la tassa, e di ogni altro disordine, ed abuso, che avesse bisogno di riparo, e provvedimento.

Per fine esortiamo, preghiamo, e ricerchiamo tutti coloro, a' quali è a cuore il Divin culto, il bene delle Chiese, il sovvenimento de' poveri, e la grazia di S. M., che vogliano con quel zelo, che per così fatte cose conviene informarci pienamente di quei sconcerti, e mali, che vi fossero nelle Chiese, Badie ec. circa cadauno degli enunciati capi, assicurandoli, che saranno le loro occulte notizie ricevute, e tenute con ogni cautela, e secreto. E nel tempo stesso pregheranno incessantemente il Signore, che ci assista col suo Divino ajuto, e ci fornisca di quello spirito di consiglio, e fortezza, che possa più conferire al suo Divino servizio.

Ed acciò delle cose come sopra prescritte, ed ordinate niuno allegar possa causa d'ignoranza, vogliamo, che il presente nostro editto si affigga alle porte delle quattro Cattedrali della detta Valle di Mazara, ed in tal guisa si reputi, come se fosse stato ad ognuno personalmente intimato — Dato in Palermo dal Convento di S. Francesco, luogo di nostra solita residenza, questo dì 30 Luglio 1741 — Giannangelo de Ciocchis Regio Visit. Genle — Ignazio Archiopoli Secretario.

Testor ego infrascriptus Sanctae Regalis Visitationis Magister Notarius praesens Edictum fuisse hoc ipso die solemniter publicatum, affixumque valvis Eccles. Cathedralis Panormitanae, per Nicolaum Bruno Porterium ejusdem Sanctae Regalis Visitationis coram me, ac testibus ad hoc specialiter vocatis etc. et in fidem etc. — Can. Cyriacus de Manna Sanctae Regalis Visitationis Magister Notarius.

Die 29 Julii 1741.

Habita est nona Congregatio, in qua Dnus Fiscalis verbum fecit de commodiori ordine peragendae Visitationis per Mazariae Vallem, propositque attenta asperitate viarum, et periculis in transitu fluminum tempore hyberno, quod peracta Visitatione Panormitana, iter sub autumno susciperetur, Agrigentum versus, Urbem in extima, et asperiori Vallis parte positam, ut subin ingruente

hyeme facilius per alia commodiora Vallis loca, haberi visitatio posset. Quare fuit praefinitum, ut perlustraretur.

Primo, Archiepiscopatus Panormitanus, Ecclesiaeque Regales omnes tum Urbis, quam Dioecesis.

Secundo, Episcopatus Agrigentinus, aliaque per Urbem et Dioecesim visitanda.

Tertio, Episcopatus Mazariensis, caeteraque ut supra.

Quarto, Archiepiscopatus Monregalensis, Urbesque illius, et Dioecesis Regales Ecclesiae.

Ad haec fuit per Illmum, et Rmum Visitatorem mandatum, ut quae pro Visitatione Panormitana fuerunt acta, eadem quoque in Visitationibus caeterorum Episcopatuum servarentur.

Subinde cum duo Episcopi Siculi Illmum, et Rmum Dnum Regium Visitatorem scripto informassent de quampluribus, quae in Ecclesia, et Republica Sicula irrepserant, malis, quae disciplinam, mores, et justitiam labefactabant, quaeque remedium in ipsa S. Regali Visitatione exposcere videbantur, idem Dnus Visitator eumdem integre legi fecit, tum communicari Auditori, Fiscali, et scrutatoribus mandavit, ut in sequenti Congregatione de remediis suam sententiam dicerent.

Denique cum Dnus Fiscalis retulisset de numero Ecclesiarum, et Beneficiorum Regalium, quae in Valle Mazariae visitare oportebat, fuit in Congregatione dispositum subsequens schema ex actis omnium Visitationum, ex Libro Deputationis Regni, et ex Regali Capibrevio, Praelatiarum Regni, aliisque monumentis Regiae Cancellariae.

Schema Ecclesiarum, et Beneficiorum Regalium Vallis Mazariae, citra praejudicium aliarum, quae ex diligentiori perquisitione Regiis juribus obnoxiae.

ARCHIEPISCOPATUS PANORMITANUS.

Abbatia S. Joannis de Bayda, nunc Conventus PP. S. Francisci de Observantia adnexus Archiepiscopatui Parnormitano.

Prioratus S. Mariae de Gratia, nunc Conventus Fratrum S. Francisci de Observantia adnexus Archiepiscopatui Panormitano.

Abbatia S. Michaelis de Gulfa, adnexa Archiepiscopatui Panormitano.

Ecclesia Parochialis Divi Jacobi, vulgo *della Marina*, adnexa Archiepiscopatui Panormitano.

Abbatia S. Johannis, et Hermetis, sive Eremitarum adnexa sex Canonicatibus Regiis Cathedralis Ecclesiae Panormitanae.

Regia Capella S. Petri in Palatio Regio Civ. Panormi.

Ecclesia S. Mariae Magdalenae de Galca suffraganea Capellae S. Petri de Palatio.

Ecclesia S. Pauli in Militum statione dicta de Galca suffraganea dictae Regiae Capellae.

Ecclesia, et Beneficium S. Mariae de Itria, seu de Pinta suffraganea dictae Regiae Capellae.

Ecclesia S. Johannis Baptistae in Castro ad mare suffraganea dictae Regiae Capellae.

Ecclesia S. Antonii in Regia Dohana.

Ecclesia S. Jacobi Hispanorum in Militum Statione.

Abbatia S. Domus Mansionis SSmae Trinitatis Urbis Panormi.

Ecclesia S. Johannis De Leprosis adnexa Abbatiae S. Mariae Mansionis.

Magnum Valetudinarium, sive Hospitale Panormit.

Hospitale S. Bartholomaei Urbis Panormi.

Abbatia S. Spiritus adnexa dicto Magno Valetudinario Panormi.

Abbatia S. Mariae de Crypta, et Collegii Societatis Jesu Panormi in magna Cassari via.

Abbatia S. Georgii in Kemonia, membrum Abbatiae De Altofonte.

EPISCOPATUS AGRIGENTINUS.

Ecclesia S. Johannis Theutonicorum in civitate Agrigenti unita S. Mansioni Panormi.

Beneficium, seu Canonicatus S. Johannis, vel S. Crucis de la Moschita, seu Judaeorum.

Oratorium Militum, et Ecclesia S. Salvatoris Emporii Agrigentini.

Capella Assumptionis B. Mariae Virginis in majori Ecclesia Nari, adnexa Regio Decanato Agrigentino.

Prioratus S. Jacobi De Altopassu civitatis Nari.

Ecclesia et Hospitale S. Jacobi civitatis Leocatae, suffraganeum S. Jacobi De Altopassu.

Abbatia, seu Monasterium Monialium Sanctae Mariae de Jummariis civitatis Xaccae.

Ecclesia S. Salvatoris, et SSmae Annunciatae ordinis Carmelitarum.

Ecclesia S. Margaritae Theutonicorum civitatis Xaccae et Hospitalis ei adnexi sub cura PP. Johannis De Deo.

Prioratus S. Nicolai la Latina civitatis Xaccae.

Ecclesia S. Calogeri a civitate Xaccae mille passus distans, et adnexa Prioratui S. Nicolai la Latina.

Beneficium S. Catharinae de Belici.

EPISCOPATUS MAZARIENSIS.

Abbatia S. Nicolai De Regali intus civitatem Mazariae adnexa Cantoratui Panormitano.

Abbatia, sive Prioratus SSmae Trinitatis Deliae ad duo millia passus distans a Castroveterano.

Ecclesia, et Beneficium S. Laurentii intus civitatem Marsalae.

Ecclesiae unitae Abbatiae S. Mariae de Crypta existentes in civitate Marsalae nempe:

Ecclesia S. Mariae de Crypta extra maenia.

Ecclesia S. Johannis de Boeo, sive in promontorio Lyliboei extra maenia.

Ecclesia S. Crucis intus maenia dictae civitatis Marsalae.

Ecclesia S. Veneris, seu Venerandae extra maenia Marsalae etc.

Ecclesia S. Angeli in feudo Rinacii dictae Abbatiae.

Ecclesia, et Beneficium S. Angeli lo Scopello ad radices Montis Erycis, seu de Drepano, a quo distat ad sex millia passus.

Ecclesia curata SSmae Annunciationis terrae Partenici, membrum Regalis Abbatiae S. Mariae de Altofonte.

ARCHIEPISCOPATUS MONREGALENSIS.

Abbatia Sanctae Mariae de Altofonte, sive de Parco.

Die 30 Julii 1741.

Habita est decima Congregatio, in qua Dnus Auditor recensuit, atque examinavit Decreta antiquorum Visitatorum, quoad disciplinam, proposuitque ea quae ipsemet post inspectas, ac consideratas relationes scrutatorum censuerat in praesenti S. Regali Visitatione statuenda. Item proposuit quicquid foret opportunum ad optimarum literarum cultum, et progressus; quibus omnibus mature in Congregatione examinatis, fuerunt per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem praefinita desuper capita in visitatione Ecclesiarum mandanda, ad disciplinae, et literarum instaurationem, et incrementa.

Ad haec cum per Secretarium de mandato Illmi et Rmi Dni Visitatoris singula capita malorum ab Episcopis, ut in externa Congregatione denunciata legerentur, unusquisque ex Congregatione suam mentem in singula aperuit; et denique Dnus Visitator, postquam diu praefatus esset, ac exempla aliarum nationum proposuisset; tandem fuerunt dispositae quaedam ordinationes generales ad occurrendum ejusmodi malis.

Praeterea fuit per ipsum Dnum Visitatorem injunctum Secretario, et Mro Notario, ut revelationes, quae vigore Edicti fierent, diligenter compilarent in

volumine una cum monumentis ad Visitationes singularum Ecclesiarum pertinentibus, servato eodem ordine, ac in actis; cordi etiam eis futurum jussit, ut acta diligenter describerentur, et Auditori, ac Fiscali commisit, ut iisdem describendis praeessent; Juraque Regia omnia enitere curarent. Ita quidem, ut eadem ita compilata, et descripta, coram ipso Illmo et Rmo Dno in Congregationibus particolaribus legerentur, ut si quid addendum, minuendumque esset fieri, tempestive posset.

Porro cum pro parte Fiscalis fuisset instatum caveri ne ex enunciativis, sive relationum praesentandarum, sive actorum S. Regalis Visitationis, ullum Fisco, et Regiis Juribus praejudicium generaretur, Illmus et Rmus Dnus Visitator, re in Congregatione mature perpensa, mandavit disponi declarationis actum, quo praecaveretur juxta instantiam, et in prima Congregatione sequenti proponi.

Quoniam vero mos est Visitatoribus praeter publicam Visitationem aliam secretam scripto mandare, Regi praesentandam, *quoad Regimen, et residentiam Praelatorum, et mores ac Disciplinam Subditorum*, descriptionem ejusmodi Secretae Visitationis sibi Illmus et Rmus Dnus reservavit, mandans, ut quicquid ad eam pertinere posset, tum Officiales, cum scrutatores deferre satagerent.

Ad haec, ut per ipsum Illmum et Rmum Dnum singulae notitiae, quae desuper deferrentur, possent pro memoriae levamine adnotari octo libellos, seu quinternos per Secretarium praeparari jussit, duos scilicet pro singulis Archiepiscopatibus, vel Episcopatibus certis rubricis ab ipso Dno Visitatore dictatis, ac ordine alphabetico disponendos, ut scilicet in uno, quae ad Ecclesiasticam Disciplinam, et literas, in altero, quae ad mores laicorum pertinerent, adnotarentur.

Die 31 Julii 1741.

Habita est ultima preparatoria Congregatio, in qua primum Dnus Auditor proposuit seriem in scriptis omnium jurium, et praeminentiarum sacrarum Regis Siciliae, quae potuit colligere, nempe:

Primo, uti Principis: Secundo uti Patroni: Tertio uti Legati: qua quidem serie lecta, ac mature considerata, fuit per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem injuctum Fiscali, quod in cursu S. Visitationis de illis, sive promovendis, sive vindicandis, aut restaurandis parem muneri suo sollecitudinem gereret, et exhiberet.

Subinde idem Dnus Fiscalis legit declarat onem ab se dispositam ad praeservationem jurium Fisci, non obstantibus quibuscumque enunciativis sive in actis, sive in relationibus praesentandis. Quare post maturam rei considerationem Dnus Visitator mandavit, eam praefigi actis, et voluminibus relationum; hoc enim addito, ut relationes praedictae referentibus tantum obessent, non aliis, ac proinde, quod intelligantur receptae in Officio Sanctae Visitationis,

et probatae si, et in quantum Fisco, et partibus ex adverso non afficiant, eamque clausulam in descriptione auctorum, cum opus fuerit, semper inseri.

Postremo, cum ad idem crastinum facienda esset solemnis apertura S. Visitationis, mandavit disponi omnia pro ritu, ac pro nobilium, et titulatorum comitatu, ac praemoneri per Magistrum Caerimoniarum Archiepiscopum, et Capitulum de hora exceptionis; atque his Visitationis actis praeparatoriis impositus finis ad laudem Omnipotentis Dei, et Beatae Virginis de Visitatione felicissime auspiciis. Amen.

DECLARATIO

ILLMI ET RMI DNI VISITATORIS PRAESERVATIVA JURIUM FISCI.

Nos Johannes Angelus de Ciocchis Regius Generalis Visitator.

Quoniam plerumque contingit, ut qui revelationes in Visitationibus agunt, jura, bona, et actiones Praelatiarum et Ecclesiarum Regalium reticent, sive non recte describunt, quandoque vero sibi adserunt, quod praetendunt in praejudicium partium; multoties vero Regales Ecclesias cum non Regalibus confundunt, et privatis jura quaedam in illis perperam addicunt; aut denique quoquo alio modo Regalibus Ecclesiis, Fisco, et partibus praejudicium irrogant. Considerantes nos quantum haec a ratione, et aequitate abhorreant, tenore praesentium omni meliori modo declaramus, quod per rivela ejusmodi, eorumque receptionem, nullum Fisco, et tertio praejudicium generatum intelligatur, sed ea admissa, et acceptata censeantur in parte, et partibus Fisco favorabilibus tantum, et ita declaramus etc.

SANCTA REGALIS VISITATIO

REGALIS METROPOLITANAE ECCLESIAE ARCHIEPISCOPALIS

PANORMITANAE

CAEPTA DIE I. AUGUSTI ANN. MDCCXLI.

PRAELUSIO

DE PANORMITANAE ECCLESIAE ORIGINE, ET STATU.

PANORMUS, urbium nunc sicularum clarissima caput Regni, et Proregis Sedes, hominum multitudine, aedificiorum superbia, civium opulentia insignis, Carthaginensis jam olim in Sicilia ditionis caput, ac propugnaculum fuit munitissimum, tum vero sub Romanis Civitas foederata, ac reipublicae titulo insignita, senatus, praetoris, et magistratus honorem retinuit. Fuit, et Romanorum colonia, pontificum collegio, templis deorum magnificentissimis, theatro, aliisque operibus publicis, praestantissima. Ad eam Petrum Apostolum appulisse, fidem praedicasse, ecclesiam fundasse, et Philippum Episcopum constituisse traditio est, quam Panormitani nonnullis fulciri argumentis enituntur. Ad haec proferre solent Concilium quoddam Provinciale, caeteroquin non ab omnibus agnitum, quod anno 125 Panormi habitum credunt, adversus Heracleonis haeresim, cui Theodotum Episcopum Panormitanum, et Eustachium Episcopum Lilybetanum interfuisse legitur. Praeterea Divam martyrem, virginemque Agatham Panormi, christianis parentibus ortam circa annum 234, et S. Mamilianum eodem saeculo persequutionis tempore Episcopum Panormitanum fuisse, dicunt.

Cum Sicilia, tamquam Regio suburbicaria, Vicario Urbis Romae subesset, Siculenses omnes Episcopi a Romano Metropolita consecrationis honorem accipiebant, quemadmodum ex 6° Can. Niceno, ex parafrasi Rufini arguere liquet, et expresse declaravit s. Leo. Videntur tamen non aliis Metropoliticis Juribus usque ad s. Leonem ipsum fuisse obnoxii, quandoquidem absque auctoritate Metropolitae Concilia cogebant, in Insula pro fidei formulis probandis, ac in communionem suam Episcopis dubiae orthodoxiae recipiendis, ut factum in Sicilia Socrates narrat anno 365 pro Macedonianis quibusdam Episcopis. Item non accedebant ad synodos Romanas, quas juxta canonem Nicenum bis in anno Romanus Pontifex habebat. Et denique *unde consecrationis honorem*, *inde legem totius observantiae* minime sumebant, ut idem s. Leo innuit. Hic Pontifex primus fuisse videtur, qui ad haec omnia Episcopos Siculos charitatis dulcedine attraxit, atque in primis ad Romanum iter ternos semper ex illis in annos singulos Romanis conciliis voluit adfuturos; sed nihilominus pristinae libertatis umbra ecclesiae Siciliensi, vel ex parte superfuit. Nam Episcopi Siculi concilia nationalia in Insula iniebant juxta Nicenum, et Calcedonense, quorum observan-

tiam inculcat etiam s. Gregorius Magnus ad Felicem Messinensem Episcopum indulgens, ut vel semel in anno Catanae, aut Syracusiis haberentur. Praeterea cum concilium Sardicense, de jure confugii ad Metropolitanum decrevisset, constituit Gregorius suum in Sicilia Vicarium, ut pro minoribus causis, non cogerentur Siculi ad transmarina judicia, et Romam usque circumcursare. Denique Romanam Siculorum Episcoporum profectionem, quae in singulos annos, mox in triennium fuerat constituta, ad quinquennium distulit. Hoc itaque jure, ut Episcopi omnes Siciliae, ita et Panormitanus Episcopus censebatur.

Liquet et his nullum tunc in Sicilia fuisse Metropolitam, sed Metropolitae Romano, Episcopos paruisse Siculos Gregorii evo: concessit autem idem summus Pontifex Johanni Episcopo Panormitano pallii honorem et authoritatem, sed nihil exinde metropolitici juris tunc derivasse eruditi norunt. Quo tempore itaque metropolitanus evaserit, incompertum plane est, quamquam nonnulli eo temporis intervallo, quod a Gregorii obitu ad Saracenicam adgressionem effluxit, id factum conjiciunt, indulto fortasse alicujus summi Pontificis, aut Panormitani, aut Siculi, alii vero post defectionem Episcoporum ad Costantinopolitanum Patriarca, ab eo ejusmodi honorem accepisse rantur. Ita, et Graeci ea aetate Episcopos praesertim Italos ad defectionem allicere, aut in ea confirmare, fucato Archiepiscopatus honore solebant. Alii denique Romanis Pontificibus indulgentibus ad ejusmodi dignitatem Panormitanos Episcopos, post Saracenos ejectos, evnsisse autumant.

Quod certi est, Gregorium VII anno 1083, datis ad Alcherium Panormitanum Antistitem literis, apostolica authoritate confirmasse eidem ecclesiae, quicquid dignitatis, et antiquitatis tenuisse probatur. Item omnes suffraganeos Episcopos, vel si qui destructis illis in eorum locum statuti sunt, vel opitulante Domino statuentur, ut in praefatae Ecclesiae redeant potestatem. Deinceps Panormitanus Antistes tum a Romanis Pontificibus, cum a Principibus Archiepiscopatus dictus est. Verum cum quicquid Gregorius edixit, suum effectum non fuerit consequutum; sive ob non absistentiam juris, sive facti, et Panormitanus Praesul nomine tenus Archiepiscopus, et Metropolitanus diceretur, Hadrianus IV anno 1156 camdem Ecclesiam vere Metropolitanam effecit, supponens eidem Agrigentinam, Mazariensem, et Melitensem in suffraganeas, quod et Alexander III subinde confirmavit.

Caeterum Panormitanam Ecclesiam, ut et caeteras Sicilienses, quae Metropolitae Romano suberant, Leo Isaurus in sacras debaccatus imagines, Romanae Provinciae et Patriarcatui subtraxit, atque Patriarcae C. P. attribuit, quod, et in Novella Leonis Philosophi, et apud Theodorum Balsamonem, aliosque legitur. Episcopi Siculi principio obnisi, tandem acquievere. Et Hadrianus II Romanus Pontifex cum in cassum pro Siciliensis Ecclesiae restitutione Throno Romano cum Irene A. egisset, apud Carolum M. quoerelas instauravit, quae inaniter quoque cesserunt; suas denique partes implevit Nicolaus I, ann. 859, ut avulsas Siculas Ecclesias revindicaret, sed et ipse a Michaele A. impetrare nil potuit.

Interea Saracenorum vi Sicilia occupata anno circiter 827, sacra et profana omnia, injuriam barbari dominatus per biscentum, et amplius annos substinuerunt; ut quidem Ecclesia Sicula vel penitus defecerit, templis, aris, Episcopisque disjectis, ac christiana religione fere prorsus deleta. Saracenis Nortmannorum virtute exactis, dux Robertus Guiscardus, et Comes Rogerius Panormitanam Ecclesiam velut pro re nata restabiliverunt, eamque dote amplissima, et privilegiis donarunt, Archiepiscopum Nicodemum palantem, et latitantem e tenebris revocarunt, religionem in ea instaurarunt christianam, et patriarcatui Romano reclamantibus Graecis, Ecclesiam Siculam restituerunt.

Ita Sicilia a Nortmannis recuperata, Ecclesia Panormitana, et sacra omnia Sicilientia, tum jure belli, cum ob restitutae religionis beneficium, et ob fundatos, aut dotatos Episcopatus, eosque Romano Throno redditos sub juribus principis esse coeperunt; ut quidem Rogerius Rex subinde edita constitutione omnes Regni Ecclesias in manu, et potestate sua esse dixerit. Comes Rogerius in ordinationibus Ecclesiarum, imo in sacra omnia, sive Principatus, et Patronatus jure, sive Apostolicae Legationis, ei, et successoribus ab Urbano II

factae, miram explicuit potestatem. Eam vero cum invidere coepissent variis de causis Romani Pontifices, tandem concordiam inter Guillelmum I Regem, et Hadrianum IV inita est de legatione, de appellatione, de consacratione, et visitatione, nec non de canonica electione, quae quidem juxta canones fuit restaurata, sed reservato principi assensus jure. Sub Svevis in capitulis investiturae Friderici II ejusmodi Regium jus perstitit, sed in parte labefactatum, donec instauravit illud Rex. Subinde reservationes, et expectativae Romanae illud sub Aragoneis penitus vulneraverunt. Ipsius tamen loco Principes illi, jus patronato titulo non semel a summis Pontificibus expresserunt, ut in ordinationibus Ecclesiarum, Principem sibi partem resumerent. Interea post celebres de pragmatica santione in Gallia concertationes, cum fuerit illuc firmiter inductum, ut ad nominationem Regis Episcopatus conferrerentur ea in caetera regna paullatim disciplina defluxit, quae sub Ferdinando II ex indulto Innocentii VIII, uberius vero, certiusque sub Carolo V anno 1525 in Sicilia derivavit, Hadriano VI Pontifice Maximo, ita Regii Patronatus Jura, illi per omnia suae ditionis regna restituente, quod et Clemens VII anno 1530, et Paulus III anno 1536 confirmarunt, etsi incuria, aut per obitum Cardinalium vacarent, qua pariter clausula jus Regium sarctum tectum voluit Philippo II, summus Pontifex Sistus V.

Post ejusmodi Regii Patronatus restaurationem constans hujusque Ecclesiae Panormitanae status est, ut Archiepiscopum ad nominationem habeat Regis, cujus est etiam spolia decedentium Antistitum et Sedis, ac Beneficiorum vacantium redditus percipere jure Regaliae.

Cathedrale templum, ac Episcopum peramplum, atque magnificum est, in quo clarissimum, ac insigne capitulum tribus dignitatibus, nimirum cantore, archidiacono, et decano, et 23 canonicis constans, divinis quotidie vacat, una cum quadraginta praebendatis, aliisque clericis; dignitates, et canonicatus omnes nominat Rex, praeter Archidiaconatum, qui liberae pontificiae collationis creditur.

Episcopio Seminarium Clericorum adjacet, in quo adolescentes clericali tyrocinio addicti, moribus instituuntur, et literis. Sunt praeterea quatuor Collegia, alterum nuncupatum Borbonicum, in quo sub Regis nostri Caroli Borbonici auspiciis, et sub cura Theatinorum primariae nobilitatis juvenes erudiuntur; alterum nobilium pariter sub cura PP. Societatis Jesu; tertium sub cura PP. Scholarum piarum; quartum adolescentium Epirotarum, sive Graecorum sub cura PP. s. Philippi Nerii.

Collegiata Ecclesia Panormi una est, in Ecclesia s. Petri Regalis Palatii. In Ecclesia tamen s. Domus Mansionis, quamplures sunt Cappellani, illius servitio addicti, et in ea commorantes.

Tresdecim Parochiales Ecclesiae in Urbe sunt; scilicet decem latinae; unaque Graeci ritus, ad quarum undecim nominat Parochos Senatus Panormitanus, qui subinde ab Archiepiscopo instituuntur; duodecima in Regio Palatio, et decimatertia in Regio Castro sub Regii juris Patronatus. His accedunt septem aliae rurales Ecclesiae Parochiales in districtu Panormitano.

Existunt praeterea Panormi Ecclesiae, et Oratoria 160, et 48 in districtu, nec non Monasteria, Domus, et Conventus Religiosorum Ordinum 61, Sanctimonialium Claustralium Caenobia 24, Domus aliae Religiosae Feminarum 15, Hospitalia quatuor, Montes Pietatis quatuor.

Archiepiscopatus Panormitanus habet annexas Abbatiam s. Mariae de Bayda, tertio ab Urbe lapide positam, cui nunc deserviunt PP. Minores Riformati.

Prioratum s. Mariae de Gratia tertio etiam lapide procul Urbe, et eorumdem PP. curae traditum.

Abbatiam s. Michaelis de Gulfo, cujus Ecclesia jam inter Soluntum, et Thermas olim fuit solo aequata, et celebre Archangeli signum a Gagino sculptum ad Cathedralem fuit translatum.

Denique medietas Parochiae s. Jacobi de la Marina in Urbe.

Archiepiscopatus Panormitani Dioecesis mediocriter ampla, conterminas habet Cephaludensem, Monregalensem, Mazariensem, et Agrigentinam Dioeceses. Numerantur in ea duae Civitates praeter Metropolim, et sexdecim Oppida, Pagique, in quibus omnibus censentur hominum capita videlicet.

Panormus habet Animas
Civitas Thermarum
Civitas Caccabi
Ciminna
Marineum
Mediojusum
Vicaris
Altavilla
Baucina
Calamigna
Trabia
Godrianum
Villafratrum
Oleastrum
Misilmerium
Alcara Frigida
Columba
S. Christina, et Bagaria

Animas in totum

In Urbe et Dioecesi numerantur in summa
Presbiteri Saeculares
Diaconi
Subdiaconi
Clerici

Quorum ad titulum Beneficii

Conventus, et coenobia virorum et in his animae
Monasteria Santimonialium et in his animae
Ecclesiae curatae
Ecclesiae reliquae
Beneficia residentialia
Beneficia simplicia
Cappellaniae
Onera Missarum
Conventus suppressione digni

TITULUS I.

DE VISITATIONE LOCALI, ET STATUS MATERIALIS S. METROPOLITANAE ECCLESIAE PANORMITANAE.

§. I.

De Ecclesia Cathedrali.

Quodnam, et ubi fuerit Catedrale Panormi templum ante saracenicam adgressionem non satis constat; Saracenis autem exactis cum Nortmanni, quam jam olim fuisse audierant Ecclesiam, restaurassent eam Gualterius II Archiepiscopus anno 1185, demoliendam ratus, novam, ubi nunc stat, a fundamentis excitavit, dedicavitque Beatae Virgini in Coelum assumptae.

Templum ejusmodi peramplum, atque superbum triplici navi opere arabo, sive ut ajunt Gothico constat. Ejus positus ab occidente, in oriente protenditur, illinc majoribus foribus hinc ara maxima existente, bisque ad latera portis, porticibusque. Navim majorem marmorae substentant columnae. Aram vero maximam hemiciclum arcuatum continet, quo nil in Sicilia spectabilius, atque magnificentius; habet enim duplici ordine quadraginta duas e marmore statuas Antonii Gagini sculptoris celeberrimi opus; e quibus praecipue sunt Virginis Assumptae, et duodecim Apostolorum signa, superimpositas basibus, quae egregiis, ac mirabilibus e marmore anaglyphis, eorum martyrium referentibus exornantur. In media consistit navi chorus, cui antestat marmoreus Thronus regius, et Archiepiscopi Cathedra. In navis dexterae capite cappella SSmi Sacramenti praeminet, in qua praetiosissimum e lapide lazulo tabernaculum insignis magnitudinis, maximique valoris inspicitur. Cappella a Mro Cappellano gubernatur, ac regitur, qui primus in urbe Parochus est.

Sunt in eadem navi quatuor sepulcra regia porphiretica a magnitudine, pretioque admiranda, nempe regis Rogerii, Henrici VI Imperatoris, Constantiae A. ejus uxoris, et regis ac Imperatoris Friderici II extat, et quintum e marmore pario aliarum, ut dicitur, regiae stirpis personarum. Legitur in visitatione Panormitana habita anno 1552 a regio visitatore Jacobo Arnedo Archiepiscopum Gualterium, ut regia ejusmodi monumenta in Panormitana Ecclesia statui impetraret, pollicitum fuisse celebrationem unius missae cantatae quolibet die.

Secunda ejusdem navis cappella est SSmi Crucifixi, miraculis longe celeberrimi, ea lapidibus pretiosis undique enitet, ac elemosinis fidelium uberrimis pollet, quibus administrandis duo canonici praesunt.

Huic subsequitur
Cappella SSmi Michaelis, et Leonardi
Cappella B. Virginis sine labe conceptae
Cappella S. Luciae
Cappella S. Agathae
Cappella SS. Ignatii Loyolae, et Francisci Xaverii
Cappella S. Triphonis
Cappella S. Athanasii, et
Cappella S. Mariae de Litera, olim S. Mamiliani, et Nimphae.

Sinistrae navi praeeminet cappella S. Mariae de Praesentatione, quae vulgo dicitur libera infirmos. Eam magna erga virginem fidelium devotio ditissimam reddidit elemosinis, legatisque oblatis, quibus administrandis, et duo quoque praesunt canonici.

Succedit cappella S. Francisci de Paula ab Archiepiscopo Josepho Gasch erecta, columnis, ornatuque marmoreo decorata, ac dote congrua donata, quam ecclesiae Maragmerii administrant.

Item cappella S. Petri, et Philippi Nerii, et S. Franc. de Sales.
Cappella S. Mariae Gratiarum, olim de Flore.
Cappella S. Rosaliae, in qua ejus arca custoditur, ipsique ad latera adjacent duo fornices, seu ediculae in quibus et variae reliquiarum arcae servantur. Est sub cura duorum canonicorum a Senatu Panormitano electorum, eaque clathris, cancellisve ferreis munitur, et duobus clauditur clavibus, quarum alteram Senatus, alteram Ecclesiae Thesaurarius habet
Cappella S. Antonii de Patavio
Cappella S. Annae
Cappella S. Nicolai Barensis
Cappella S. Agatonis P. et M.
Cappella S. Mamiliani fundata ab Archiepiscopo Petro Martinez Rubio, et
Cappella SSmi Rosarii
Omnes Ecclesiae cappellae sunt viginti duo.

In regia Cathedrali, jura sepulcrorum privatorum nemo habere potest, et praeter Regia, ac Archiepiscoporum in cappella S. Francisci de Paula, et S. Mamiliani nulla alia existunt monumenta, quam capituli sepulcrum in cappella S. Luciae ex privilegio, ut asserunt speciali.

Praeterea in eadem, in qua rex patronatum habet cum nemo patronatum absque licentia Regis in altaribus jure valeat adepisci, non alia beneficia juris patronatus privati existunt, quam in altari S. Mariae Gratiarum ex antiquo, ut praesumunt, privilegio.

Cathedrali insunt sacraria duo, alterum canonicorum, quae, et aula capitularis est, reliquum praebendatorum, in quo archivium capitulare; Item Thesaurus, in quo reliquae, Jocalia, suppellectiles, et privilegia custodiuntur a Thesaurario. Denique elegans turris campanaria e regione januae majoris, in qua campanae extant. Adjacet Ecclesiae area quadrangularis perampla ad meridiem, eaque elegantissimo latere templi, et septo lapideo, marmoreisque statuis Sanctorum Panormitanorum exornatur.

Siculorum Regum coronatio a Nortmannis huc usque in cathedrali celebratur: verum e regione septentrionali edicula est, olim sub titulo Virginis Mariae de Incoronata, et nunc ad Cathedralem pertinens, ferturque in ea olim coronatos reges fuisse. Ipsius ad alios usus modo redactae, pars a maragmeriis detinetur pro aula Deputationis, et Archivio, pars alia schola est minorum edituorum.

§. II.

Sanctae Regalis Visitationis solemnis aperitio Kalendis Augusti festo Dedicationis Cathedralis ecclesiae Panormitanae anno salutis 1741. Regni vero gloriosissimi Regis nostri Caroli Borbonii anno V.

Quum Illmus, et Rmus Dnus Regius visitator generalis Sanctam regalem visitationem Metropolitanae ecclesiae Panormitanae ad eum diem indixisset atque per terminatorem, seu cerimoniarium Archiepiscopi circa horam vigesimam primam certior factus esset, quod jam parata essent omnia, ipse Rocchetto, et Mantelletta indutus, ac una cum Rmo Dno Auditore, R. Dno Fiscali, secretario, et Mro Notario, reliquoque famulatu; nec non cum magnatibus, et primoribus titulatis, ac Baronibus Regni, qui ad S. Francisci coenobium frequentissimi convenerant, previa encydica evocationis singrapha per Dnum Principem Aragonae emissa currum ditissimum conscendit, in quo primus assedit, consedentibus Dno Principe Carini ad sinistram, et e conspectu Dno Principe Catholicae et eodem Dno Principe Aragonae, sicque solemni pompa inter faestivam omnium campanarum sonitum procedens, subsequutibus quatraginta quatuor aliis curribus, quos Principes caeteri, Duces, et Marchiones, aliique regni proceres ascenderant; per superbam Alcassaris viam regiam

populo refertissimam, ad Cathedralis templi maximi majorem portam pervenit, ubi ut e curru descendit Rmum Capitulum Canonicorum, et Clerus cum suis insignis, cruce Capitulari praecedente, processionaliter ei occurrerunt, atque a cantore prima dignitate et decanum tertia dignitate exceptus, solemni fuit ritu, honoribusque dignitati regiae, ac legati nati apostolici, quam repraesentabat debitis, quibus acceptis, porrectoque eidem a cantore aspergillo aquae lustralis, cum manus osculo, respersoque ab ipso Dno Visit: quatuor ductibus populo, ecclesiam inter primam, et tertiam dignitatem, praecedentibus processionaliter caeteris, ut supra, ac pulsantibus organis ingressus est, in magna Ecclesiasticorum tum saecularium cum regularium, ac nobilium, et populi frequentia. Post ingressum excepturus, eumdem obviam processionaliter se fecit Dnus Archiepiscopus D. Dominicus Rossi, roccheto, et mozzetta indutus, et insignis Equestris, ac Regalis ordinis S. Januarii ornatus, una cum Archidiacono secunda dignitate, Canonicis, aliisque absque tamen virga, seu sceptro jurisdictionali, quem reliquit ob reverentiam visitatori, jure legationis debitam; excipiens autem Dnum visitatorem praedictus Archiepisc. post Urbana erga ipsum officia, brevi pro more oratione; Regiam electionem in personam ipsius summis laudibus complexus est ac gratias egit Sacrae Regiae Majestati, quod pro sua pietate, ac munere visitatorem misit Ecclesiarum pro veteri, ac costanti regum Siciliae more, ut Divini cultus incremento, et Ecclesiarum decori consuleret, ac Episcopos in pastorali regimine adjuvaret; subinde ipsemet Archiepiscopus se promptum, paratumque exhibuit ad omnia in visitatione peragenda, et personalem ipsi Dno visitatori assistentiam, et officia obtulit. His vero comiter, et urbane per eumdem Dnum Visitatorem illi remissis, tandem Archiepiscopus palatium reversus est suum et dictus Dnus visitator ad altare SSmi Sacramenti eodem ordine, et comitatu se contulit, ubi genuflexus super faldistorio, pulvinari, ac tapeto sericis villosis rubri coloris paululum oravit; indeque inter easdem dignitates una cum Canonicis, et Clero, ad altare majus processit, ibique sedi sericae cum pulvinaribus, et strato assedit, et orationem latinè habuit de Regis pientissimi amore erga Siculam Ecclesium, ac illius sollecitudine, et zelo in decernenda Visitatione, cujus rationem scopumque aperuit, oratione habita ad altare SSmi Sacramenti cum dignitatibus, Canonicis, aliisque ut supra, rediit; ibique exutus mantelletta, et amicto, stola, ac pluviali, proelatitio more indutus, intonavit hymnum, *Veni Cretor Spiritus*, quo alternis vocibus cantato, Dnus visitator versiculos, et praeces pro ritu dixit, respondente clero, et sic actum solemnis aperitionis sanctae Regalis Visitationis expediit.

Latina autem oratio per dominum visitatorem habita, est ejusmodi.

ORATIO

Habita in solemni S. Regalis visitationis Instauratione.

Si in tanta clarissimorum, ac doctissimorum hominum frequentia, ei viro Siciliensem Ecclesiam vice sacra perlustraturo dicendum esset, qui orationis vi, et elegantia praestaret futuram fuisse puto, ut arte dicendi ipsa vos, animumque vestrum sibi et muneri compararet. Ego vero, auditores, qui nec de me tam honorifice sentio, nec tanti orationem meam facio, quanti ad haec esse oporteret, cum Principis erga vos eximium, lustro indicto, amorem, suamque sacrorum vestrorum curam contempler; satis utrumque ita esse reor consequendum hac in re ingenium vestrum, ut si orationis nitor omnis desideraretur, nil tamen quo magis alliciamini deesse videatur. Lustrum sane, quod Siculi Reges pro sua apostolici legati nati dignitate, summo Siculorum profectu, instituerant, acerbitas temporum, tot jam diu difficultatibus praepedidiverat, ut a saeculo, et amplius interceptum, memoria pene exciderit hominum. Frequens interea vestrum expostulatio villicaverat quidem Regum animos, sed non adeo, ut voti compotes efficeremini, donec sa-

pientissimi nostri Regis Caroli Borboni clementiam excivit, ac postulatis vestris reddidit promorem. Nam ratus ipse non ere, ac pietate sua fore Ecclesiam Siciliensem suae in id sollicitudini comendatam, concepta diutius spe frustrari propositum restituendi lustri facta nobis potestate maturavit. Et adegit quidem instaurationi Principem pientissimum cura sacrorum, atque ea quam de summi numinis cultu, de cleri disciplina, de templorum nitore, de bonis Ecclesiasticis servandis, Religio indiderat mentem. Sed omnia, cum animo tantum Regio revolverentur, solus in Siculam gentem amor eximius, ardensque juvandi studium sollicitavit. Et utinam ego is essem, qui opere saltem ita respondere confiderem Regiis cogitatis, ut cum, et diligentia mea, de his certiores redderemini: cum vero futurum ea ratione desperem, ut arrideat vobis legatio mea; impetrabo saltem identidem, si vos ipsi singularem semper in Siciliam amorem Regium pensantes, conjeceritis, et hoc in lustro minime defuturum. Tum si visitationem ipsam proprius spectantes, eam, et in priscis Regibus attenderitis monimentum fuisse per celebre eorum pietatis, et amoris erga Ecclesiam vestram, et illustrius in vos studium nostri Regis ostendere festinantis, ita de Ecclesia benemereri vestra atque supra captum solliciti, ut per eam investigetur abs me via, qua rem ecclesiasticam Siciliensem novis beneficiis affunderet.

Et quidem cum de omnibus immortales Deo gratias, et ratio, et bene institutarum majorum gentium mos, agendas requirat, illud maxime summi beneficii loco suspiciunt, qui de republica optume sensiunt, quod Principem ad amorem, studiumque in subjectos, et ad pietatem, curamque sacrorum dederit comparatum. Qui enim socialem primum vitam agere constituerunt homines, cum ea ratione in Civitatem coierint, sibique Magistratum, Principemque imposuerint, ut prodesset, nihil profecto societati magis cognitum acceptiusque, quam Regia in id Officia, quae dum coeuntium in societatem hominum rationi aptius respondent, Rempublicam servant, augentque. Ad hanc vero quandoquidem Religio cum primis pertinet, sine qua vix Magistratum potestas homines contineret; ne quid in alterutrum ad societatis perniciem moliretur; is certe Numinis sapientissimi praecipuus habendus est favor moderatorem dedisse tam providum, ut eam servaturus, de sacris, de sanctis, de religiosis eximiam imperio curam conjungat.

Atque ob hoc certe, qui caeteroquin Deo innumeris collatorum in nos beneficiorum titulis devincti sumus, Divinam in Siciliae Regna beneficentiam admiramur; nam adnitente eo, per quem Reges regnant vix Caroli Borbonii potestati restituti ad eam felicitatem amore Principis perducti sumus, ut florere in nos arma, literas, artesque omnes, justaque, opum, honorum, et dignitatum accessione regna haec pene caeteris clarere sentiamus. Experti insuper pietatem optimi Regis in ea quam instaurandae, sive refingendae disciplinae curam, ac de sacris omnibus sollicitudinem profitetur.

Et vos ipsi quidem, auditores, si antestari patiemini de amore, et pietate Principis testimonium ferre lucullentissimum valeretis, qui meliorem Regii animi partem virtute, et praestantia vestra tenuistis; Vos quippe qui cum alii gravissimis Regni negotiis implicatum sentiant, vestrae utilitati continuo intentum experimini, ut nec praesentiores Regni curae divellant. Vos denique, qui si nil aliud a sapientissimo Principe habuissetis, quam Corsinium Proregem virum a virtute, et fortitudine animi, a prudentia, et generis nobilitate laudatissimum esset certe vobis, in quo Italia, imo Europa omnis Regis in vos amorem agnosceret, ferentis ita latere abesse suo, consilioque sanctiori clarissimum hominem, qui sapientia, ingenióque suo Florentiam, Romam, Neapolim, in sui admirationem attraxit.

Et oh beatam gentem!, quae hactenus regem benemeritissimum ad caeterorum fere invidiam experta novas pietatis, et amoris regii significationes in Ecclesiarum Siciliensium visitatione nanciscitur. Rogabo sententiam vestram, atque ob oculos bene moratum principem statuam, qui inter potissimas regni curas, de Ecclesia sollicitus, mox canones tueatur, mox disciplinae restituendae det operam, nunc intestinos, aeque !at externos Ecclesiae hostes, exerto gladio coerceat, mox in conciliis, ut prioribus aetatibus factum sive

in palatio, sive divales epistolas, sacratosque apices causis Ecclesiasticis, rite agendis incumbat, denique quod caput est, permissos Dominicos omnia perlustret, Ecclesias, ac pauperes sublevet, simultates, ac civium odia compescat, pastores, easque, ac oves in officio contineat; anne rogo vos, auditores, anne in principe isto, in quo Siculi Regis Imaginem intuemini, optari aliquod posset, quod magis suum in subjectos amorem, egregiamque religionem, et pietatem ostenderet?

Jam vero quandoquidem eo me perduxit oratio, ut missos Dominicos commemorarem, hos ita visitanti conferatis velim, ut et munere pares, et aequales pro in regii amoris et pietatis testes, Ecclesiarum ipsarum, populorumque suffragiis esse intelligatis; edocent Caroli Magni capitularia, quale missorum munus, quae cura, quae sollicitudo: *Missi nostri*, Imperator ajebat (Concil. Gallic. t. 11. p. 197. et 427) *providere debent, ne forte aliquis clamor super Episcopum, vel abbatem, vel abbatissam, vel comitem, seu super qualemcumque gradum sit.* Praeterea: *missi per singulas civitates, et monasteria virorum, et puellarum provideant, quomodo, aut qualiter in domibus Ecclesiarum, et ornamentis Ecclesiae emendatae, vel restauratae esse videantur et diligenter inquirant de conversione singulorum. Tum inquirant inter Episcopos, et Abbates, sive Comites et Abbatissas, atque vasallos, qualem concordiam, et amicitiam ad invicem habeant ... Insuper, et pro justitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, et caeterorum hominum inquirant, et perficiant, et quodcumque ad emendandum invenerit, emendare studeant; denique perspiciant loca monasterio um ... Perquirant quis Praelatorum injunctum sibi officium streune peregerit ... qualiter comites justitiam diligant, et faciant et quam religiose Episcopi conversentur, et praedicent.*

Audistis quale missorum munus, in quo certe specimen muneris nostri habetis luculentissimum. Exquirite nunc, amabo vos, ut Ecclesiis, ut Clero, ut populis missi Dominici utilitati fuerint, qualemq. Regum in subditos amorem, pietatem, religionem pertulerint; Instruent certe vos praelatorum ad haec preces, conciliorum interpellatio, vota plebium, instantiae pauperum; omnium denique nisus, ut a latere Principis missi frequentius allegarentur. Instruent Meldensis Concilii patres, qui Carolo Calvo id *utile, et necessarium* esse dixerunt. Instruent Concilium II Vernense, quod identidem a Principe postulavit. Instruent denique Svessionense II, Valentinum III, Carisiacum, aliaque innumera, quorum praesules in hoc uno, salutem reipublicae, praesidium Ecclesiarum, miserabilium tutelam positam rati, amorem, et pietatem Principum sollicitare non sunt veriti, ut illis ita curarent prospicere.

Atque heu auditores, vestram fidem. Quid enim ad missos provocamus, quandoquidem Apostolica Siculorum Principum legatio ipsa, a qua visitatio corrivavit, locupletissimum suggerit amoris in vos eximiaeque pietatis, et religionis Regiae testimonium: et novi quidem a Leone Magno Sanctissimo Pontifice Legationem Apostolicam Pulcheriae Augustae apud Theodosium Imperatorem jam olim factam. Sed ea non populorum causa delata, susceptaque, sed ut abrogato latrocinio Ephesino, legitima habere synodum sineret, nihil profecto habet, quod legationi Siculae congruere videatur. Novi et SSuum Regem Ungariae Stephanum Legatione Apostolica functum, et Ecclesias Dei, una cum populis ordinaret; sed temporaneam ejusmodi legationem, cum sibi prorogari successor Bela deposceret a Gregorio IX minime assequutus est. Obtinuit quidem per Russiam Ladislaus Poloniae Rex. Gessit ibidem Vitholdus Lituaniae Dux: obivit per Angliam Henricus II, sed nemini perpetua decreta, et quod maximum est a nemine ad populorum utilitatem expetita, ut a Rogerio Siciliae Comite legimus. Is ipse unus fere est, qui egregiis in Apostolicam Sedem collatis meritis, beneficium ejusmodi ab Urbano II non sibi, sed vobis feliciter comparavit. Et ipse quidem Siciliensem Ecclesiam e Saracenorum jugo subduxerat, dilutaque Graecanici Schismatis fere puriorem restituerat: ordinaverat insuper Ecclesias, Thronos erexerat, Templa, Coenobiaque excitaverat, ornaverat, ditaverat, aras posuerat, constituerat

Sacerdotia; sed non exantlatus Principis amor, non defessa pietas, non satiata religio. Progreditur ultra Rogerii mira, vestri causa, sollecitudo, atque ut de Ecclesia vestra optime mereretur, legationem sibi, suisque jugem fieri curat. Quorsum haec, Auditores? nimirum ut a legationibus illis a latere Pontifex abstineret, quae Regnum, Ecclesiamque vestram plerumq turbaverat, nempe, ut sine plebium impendio, sine cleri jactura, sine Praesulum damno. Principes ipsi rem sacram per Siciliam sartam tectam servarent, forteque collapsam erigerent; scilicet ne Siculi per alienas regiones circumcursarent; judiciisque Ecclesiasticis intra Siciliam finis imponeretur; Denique ut institutis visitationibus, ipsimet Reges cuncta lustrarent, exquirerent, emendarent.

Oh praecellens in subditos Rogerii amor, religioni, et pietati tenacissime copulatus: oh caeterorum Principum, qui visitare subinde perrexerunt, studium equidem honorifice excipiendum! Sed oh excellentior, oh singularior, oh laudabilior Caroli amor! non tam enim per nos ipse emendare cogitat, si quid emendandum in Siciliensi Ecclesia sit, quod minime arbitramur; sed virtuti, et sanctitati, vestrae disciplinae adjutrices manus porrigere: ut qui numeros impletis omnes muneris vestri, ac Divino cultui sacrarum aedium splendori, sublevandis Ecclesiae censu pauperibus, et tum doctrina cum moribus populorum sanctificationi, tam enixe, tam studiose, tam efficaciter incumbitis, in sancto proposito, ope Principis melius, meliusque pergatis. Optat ipse de virtute vestra abs me fieri certiorem, ut merita honoribus cumulet: optat disciplinam internoscere, et pietatem, literasque vestras, ut vos dignitatibus augeat; optat denique investigem, quomodo rem omnem Ecclesiasticam veteri nitori restituat, sacra munificentius instaurentur, Divinus Cultus succrescat. Haec Principis mens, haec legationis meae ratio, is virium mearum nisus, atque contentio.

Illud itaque dumtaxat remanet. quandoquidem infirmiorem mundi elegit Rex, quod vos pro charitate vestra a patre luminum mihi impetretis eum consilii, et fortitudinis spiritum, qui Clero, qui vobis, qui Ecclesiae conferre magis possit vestrae, ad majorem Dei Gloriam. Amen.

§. III.

De visitatione SS. Sacramenti.

His gestis Illmus, et Rmus Dnus Regius Genlis Visitator pluviali, ut erat indutus, stans ante altare SS. Sacramenti, perquisivit de cura ejusdem, cumque ei se praesentasset Canonicus Joseph Castelli Magister Cappellanus, sive Parochus Cathedralis, una cum suis Cappellanis Sacramentalibus, et ad se pertinere dixisset curam Sacramenti, eidem injunxit, quod tabernaculum reseraret, ac sacras extraheret et aperiret Pixides, quo ab ipso reverenter facto, Ill. et Rmus Dnus Visitator, inter easdem dignitates genuflexit super pulvinari serico, tum stans incensum thuribulo imposuit, porrigente prima dignitate cocleare, cum manus osculo, et iterum genuflexus, canente choro hymnum *Tantum ergo*, ter sacram Eucaristiam pro ritu thurificavit; deinde altare conscendit; et Tabernaculum, Pixides, et SS. Sacramentum reverenter visitavit, cumque invenisset conopeolum Pixidis, vulgo perpetuo, senio, et sordibus ita laborare, ut indecens omnino videretur, illud interdixit, ac ne de caetero adhiberetur, laceravit. Porro perspectis diligenter omnibus, atque ad admussim rubricarum, ac caerimonialis, et ritualis consideratis, decrevit, atque mandavit.

Quod Magister Cappellanus, non utatur pro administratione SS. Eucaristiae capsula argentea ellipticae figurae absque manubriis.

Item quod ad recentiorem formam reducatur orificium veteris Pixidis octagonae, ut quod facto experimento compertum fuit elabendorum fragmentorum periculo occurratur: interim vero Mr. Cappellanus ea non utatur. Pixis insuper, quae pro viatico adhiberi solet, ac vas illud, quod perpetuum vocant, novis decentibusque conopeolis instruantur, amotis omnino veteribus: argentea item clavis ostioli anterioris tabernaculi renovetur: ostiolo autem posterioris altera pariter argentea in locum ferreae comparetur.

Subinde opportunis praehabitis interrogationibus circa administrationem, ritum, et cultum SSmae Eucaristiae; mandavit, et jussit, quod tum in Cathedrali, cum in omnibus Ecclesiis Civitatis, et Dioecesis, illa non quavis causa exponatur; sed publica tantum, eaque gravi, quod, et de processionibus etiam praecepit.

Quibus omnibus ita peractis, Illmus, et Rmus Dnus Visitator, facta genuflexione, ad ultimum altaris gradum descendit, ibique super pulvinari genuflexus, iterum SSmum Sacramentum thurificavit, elevantibus pluvialis fimbrias, dignitatibus adsistentibus, ac concinente Capitulo, et clero hymni stropham: *Genitori*, *Genitoque*: qua expleta, Magistro Cappellano imposuit, ut Pixides reponeret, prout reverenter exequutus est: clausoque taberuaculo ipse Illmus, et Rmus Dnus pluviale co quo induerat ritu deposuit, et mantelletta resumpta, stola supra illam ornatus, ad reliquum visitationis se disposuit.

§. IV.

De Fonte Baptisimali, et oleis Sacris atque Sacrario.

Post haec Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis praecedentibus intorticiis, et Canonicis processit inter dignitates ad perlustrandum Baptisterium, adsistensibus Mro Cappellano, cui Parochialis cura incumbit, ejusque Cappellanis: visitatoque Baptisterio interius, exteriusque, ac ejus forma, et situ, mandavit.

Quod Baptisterium transferatur ad Cappellam quae modo dicitur S. Mamiliani, ibique reformetur ad formam instructionem S. Caroli, addito ciborio, et conopeo, nec non clathra ferrea ad ostium Cappellae.

Visitavit deinde Sacrarium, et armariolum oleorum sacrorum, et praecepit.

Quod orificia vasculorum pro oleis sanctis, ita reaptentur, et coopercula iis apte cohereant; armariolo autem addatur interius cortinula ductilis ex serico violaceo, ostioloque epigraphes imponatur.

Quod Ecclesiasticorum nemo ad Baptismatis administrationem, vel ad patrini officium, sive in Baptismate, sive in Confirmatione admittatur sine licentia Ordinarii.

Habitis inde opportunis interrogationibus super ritu administrationis horum sacramentorum, exploravit curam, diligentiamque Magistri Cappellani, nec non adsistentiam, et officium Cappellanorum, et insuper diligenter perlustravit libros parocchiales currentis anni, cumque omnia ad methodum rituales invenisset, eos emeritis laudibus cumulavit.

§. V.

De Sacris Reliquiis.

Eodem quoque ordine Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis cum adsistentia Canonicorum, et Thesaurarii, se contulit ad thesaurum sanctarum reliquiarum, quem invenit altari, armariolis, et cancellis optime instructum, et subinde ad cappellam, et locum reliquiarum S. Rosaliae patronarum urbis, aliorumque sanctorum, cujus cancelli, et valvae cum adsistentia Senatorum fuerunt reseratae; utrabique vero Illmus, et Rmus Dnus Visitator, perlustratis, diligenter omnibus, ac perquisitis, et investigatis, quae pro suo munere, et sacrarum visitationum ritu oportebat, recensenda censuit, jussitque sacra lypsana, quae in thesauro servabantur, atque hinc, quoniam quamplures reliquiarum thecas apertas invenit, nonnullaque sanctorum lypsana, in actis sanctae Regalis Visitationis Jordii descripta deesse comperuit: propterea post opportunam de repertorum identitate cognitionem ex testimonio antiquorum Canonicorum, eas in sua veneratione manere jussit: thecas clausit, suoq. quo in S. Regalis Visitatione utitur sigillo, obsignavit decernens, et mandans ad praecavendum similibus, et regalibus Ecclesiae idemnitati, juribusque Regis patroni consulendum.

Quod thecae omnes amplius non resignentur, reliquiae non minuantur, omnesque debita cura, et diligentia in posterum custodiantur, si qua vero easdem aliquando aperiri necesse fuerit, id de licentia Exmi Dni Proregis fiat, et cum adsistentia personae Ecclesiasticae in dignitate constitutae ab ipsomet deputandae, quae obsignatione, aliisque remediis opportunis reliquiarum praeservationi satagat praecaveri: qua etiam interveniente persona, et non aliter, inventarium reliquiarum in principio officii Thesaurarii fiat cum obligatione in forma de illis fideliter custodiendis.

Quod fiat syntagma omnium reliquiarum, adjecto Sanctorum vitae, et martyrii indiculo, ab Ordinario recognoscendo, illudque tabellae marmoreae, aut aeneae cousignatum in perspicuo Ecclesiae loco perpetuo prostet.

Quod dum Sanctorum reliquiae processionaliter deferuntur, praeeat illis semper acolytus cum thuribulo juxta praescriptum S. Caroli.

Quod urnae reliquiarum S. Christinae, et S. Agatae restaurentur: bases ligneae decrustatae reaptentur, et crystallum argenteae statuae S. Hieronymi melius, firmiusque compingatur.

Reliquiae autem, quas Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis in sua sancta Regalis Visitatione invenit, sunt quae sequuntur.

Catalogus Reliquiarum.

In primis lignum S. Crucis positum intus Crucem argenteam crystallis obductam etc.

Item cingulum B. M. V. positum in reliquiario argenteo inaurato.

Item lac, et capilli ejusdem SSmae Mariae Virginis intus thecam ex cristallo super dicto reliquiario positam.

Item pars assis Crucis S. Petri Apostoli, nec non articulus pene integer ossis manus S. Pauli Apostoli, positi in statua argentea dti. S. Petri.

Item integer articulus ossis indicis manus sancti Hieronymi Doctoris, collocatus in statua argentea ejusdem sancti.

Item pars ossis claviculae S. Stephani Protom. posita in statua argentea ejusdem sancti.

Item pars ulnae S. Sebastiani, nec non pars fibulae consimilis ossis S. Fabiani collocatae in statua argentea dti. S. Martyris Sebastiani.

Item pars cranii S. Leonardi posita in statua argentea ejusdem sancti.

Item brachium S. Philareti confessoris Panormitani positum in statua argentea ejusdem sancti.

Item pars cranii S. Cordubae Virginis posita in statua argentea ejusdem.

Item fragmentum s. Rosaliae Virginis positum in pectore statuae argenteae d. Sanctae.

Item pars ossis S. Mamiliani Archiepiscopi Panormitani posita in capsa argento ornata, ac quatuor crystallis in lateribus obducta.

Item cor S. Ciriaci Episcopi, et Martyris positum in theca argentea.

Item pars fibulae tibiae S. Cosmae Martyris, et pars articuli pedis S. Damiani collocatae in theca aenea inaurata, et crystallis obducta.

Item fragmentum ossis S. Thomae Episcopi Cantuariae, positus intus thecam argenteam floribus argenteis ornatam.

Item pars ossis S. Augustini collocata in theca ejusdem formae.

Item fragmentum ossis S. Francisci de Paula collocatum in theca argentea ejusdem formae.

Item fragmentum ossis S. Mariae Magdalenae intus thecam argenteam ejusdem formae.

Item fragmentum ossis S. Theresiae positum in argentea theca ejusdem formae.

Item petium armellini S. Caroli Borromei intus thecam argenteam.

Item pars ulnae S. Andreae Apostoli posita intus thecam argenteam.

Item pars crucis S. Nicolai Episcopi Mirensis intus thecam argenteam ejusdem formae.

Item petium telae intinctae sanguine S. Philippi Nerii intus thecam argenteam ejusdem formae.

Item fragmentum ossis S. Geltrude intus thecam argenteam ejusdem figurae.

Item ex foeno Praesepii D. N. J. C., ex velo S. Mariae Virginis, ex ossibus S. Joachimi, ex pallio Divi Josephi, positi in theca argentea ejusdem figurae.

Item ex veste S. Johannis Evangelistae intus thecam argenteam.

Item os integer brachii S. Joannis Theristae Panorm. positus intus thecam argenteam.

Item ulna tibiae S. Gerlandi Episcopi Agrigentini posita intus capsulam ex auricalco.

Item os S. Eustachii Martyris intus capsulam ex auricalco.

Item os S. Honorii intus aliam capsulam ex auricalco.

Item os S. Agnetis V. et M. in capsula ex auricalco.

Item pars ulnae S. Laurentii in capsula ex auricalco.

Item palatum integrum S. Anastasiae V. et M. positum in capsula, ut supra ex auricalco.

Item pars claviculae, et alia fragmenta ossis ulnae S. Lucae Evangelistae intus capsulam ex auricalco.

Item fragmentum ossis S. Petri de Alcantara positum in eadem capsula.

Item pars cutis, et cuticulae S. Bartholomaei Apostoli posita intus capsulam aeneam.

Item fragmentum ossis S. Antonii Abbatis intus eamdem capsulam.

Item os articuli digiti S. Miri positus in capsu aenea.

Item particula subuculae S. Andreae de Avellino intus eamdem capsulam.

Item portio ulnae tibiae S. Vincentii, nec non portio brachii S. Anastasii intus capsulam aeneam.

Item particula ossis S. Antonii Abbatis intus eamdem capsulam.

Item integra brachii S. Conii intus capsulam aeneam.

Item ulna pene integra brachii S. Matthiae Apostoli intus capsam aeneam.

Item integra ulna brachii, et pars ossis humeris Sanctorum Innocentium intus capsam aeneam.

Item fragmentum ossis S. Nicolai de Tolentino intus capsulam aeneam.

Item mandibula inferior S. Vincentii Martyris intus capsam ligneam.

Item ulna brachii S. Modesti intus capsam ligneam.

Item ulna integra tibiae S. Rosanae intus brachium ligneum.

Item os integri foemoris S. Johannis intus brachium ligneum.

Capsae Reliquiarum.

Corpus S. Rosaliae Virginis Panormitanae intus capsam argenteam.

Medietas capitis S. Nymphae V. et M. Panormitanae intus capsam argenteam.

Corpus S. Christinae Mar. intus capsam argenteam.

Pes laevus S. Mariae Magdalenae intus capsam argenteam crystallis obductam.

Item caput S. Mamiliani Martyris Archiepiscopi Panormitani intus capsam argenteam.

Item ex ossibus Sanctorum Eustachii, Proculi, et Golbodei Martyrum Panormitanorum intus capsam argenteam.

Item os brachii S. Agathae Virginis intus brachium argenteum.

Item corpus integrum S. Cosmae Panormitani Episcopi Africae intus capsam ligneam inauratam ac crystallis munitam.

Item ex veste S. Catharinae de Bononia intus capsam argenteis laminibus septam, ac crystallis munitum.

§. VI.

De Confessionalibus.

Quoniam Regalium per Siciliam Visitationum semper mos fuit, ut si quae in sacris, et spiritualibus mala aut irrepsissent, aut imminerent Regii Visitatores apostolicae legationis jure et auctoritate a Regibus sibi facta, eadem averuncarent, et averterent; pro inde Illmus, et Rmus Dnus visitator visitationem prosequens, et confessionalia Ecclesiae perlustrans, cum non rite constructa invenisset, simulque intelligeret, ex his potissimum, quae a scrutatoribus, alias acceperat, necesse omnino esse ut praecaverent: e salubribus ordinationibus quaedam ad aetatem, sanitatem, et decorem spectantia Ministrorum Sacramenti Poenitentiae, nonnulla ad aures Archiepiscopo censuit imponenda, prout subinde imposuit, de reliquis vero praecipiendo mandavit.

Quod confessionalia reformentur juxta instructionem S. Caroli, nimirum ut locus confessarii ex utroque latere, et a posteriori, ac superiori parte tabulis septus, intectusque sit; ab anteriori vero apertus omnino praeter ostiolum, altitudinis e solo duorum palmorum, quod sera, et clavi dum Confessarius abest, claudatur; locus item poenitentium a superiori parte intectus sit, a lateribus vero, tabulis septus latitudinis ad minus palmi cum dimidio: fenestella denique intermedia laminam perforatam, et ligneos simul cancellos per semiunciam inter se dissitos habeat.

Innovens praeterea Illmus, et Rmus Dnus visitator praescripta per regium visitatorem Jordium praecipit, quod Confessarii nonnisi superpellicio, et stola induti fidelium confessiones audiant. Quaecumque etiam a Regio Visitatore Jacobo Arnedo alias ordinata fuerunt circa doctrinam, mores, et disciplinam confessariorum, eadem Illmus, et Rmus Dnus sancivit, qui et ea omnia in cunctis Ecclesiis Civitatis, et Dioecesis observari mandavit.

§. VII.

De Altaribus, caeterisque Ecclesiae partibus.

Subinde Illmus, et Rmus Dnus Visitator omnes Ecclesiae partes perlustrans, visitavit aram maximam, cappellam S. Rosaliae, SSmi Crucifixi, S. Mariae Libera Infirmos, S. Francisci de Paula, atque altaria omnia, earumque imagines, structuram, et suppellectilia; item fontes aquae benedictae, chorum, et libros chorales, Thronum Regium, Cathedram Archiepiscopalem, suggestum, organa, sepulturas, tectum, pavimentum, fenestras, portas, murosque omnes interiores, ac exteriores, integramque Ecclesiam; item sacristias, Thesaurum suppellectilium, turrim campanariam, novem campanis instructam, et orologium, quibus perlustratis, prospecturus Illmus Dnus Visitator omnibus, quae remedio censuit indigere mandavit.

Quod in Tribuna seu Cappella maxima Cathedralis Ecclesiae non extruantur in solemnitatibus machinae, idque genus alia, quae marmoreas statuas illas, et anaglipha corrumpere possint.

Quod altarium omnium planities, quae simplici fabrica constant, laterculis vitriatis, vel saltem tabulis integantur, eadem etiam caetata, tribus mappis e tela decenti, nec non stragula, palliisque colorum pro tempore, atque tabellis psalmi *Lavabo*, et Evangelii S. Johannis, nec non scabello, ubi carent, instruantur; denique clathris ferreis pro dignitate sepiantur.

Item quod consecretur quantocitius mensa altaris S. Francisci de Paula, ut extuberantis sacri lapidis suprapositi indecentiae occurratur.

Quod ostiola, septi marmorei altaris SSmi Crucifixi ex aere conflentur. Pavimentum

Cappellae S. Rosaliae renovetur; fornicesque laterales, in quibus capsae reliquiarum sunt amplioribus fenestris, ornatuque ad decentiorem formam redigantur.

Quod chori septum ostiolis claudatur, et librorum choralium integumenta reaptentur.

Quod fiat sugestum fixum pro dignitate Ecclesiae.

Cumque desit Canonicis locus distinctus, et segregatus, quo negotia particularia tractent, archivium, et scripturas conservent, et eum oportuerit ab opere requiescant, et reficiantur, quae omnia in sacrario, et thesauro anguste, et indecenter in praesentiarum habentur, Illmus, et Rmus Dnus Visitator genlis mandavit, quod construatur ad haec aula capitularis in area juxta sacrarium mansionariorum.

Quod praevia peritia a Maragmeriis intra mensem demandanda, et ab Advocato Fiscali Regalis Patrimonii recognoscenda, tota Ecclesia interior cum cappellis, quae undiquae decrustata, et deformis extitit, novo opere plastico integre vestiatur, pavimentum quoque integrum pro dignitate renovetur, alibi translato sepulcro Archiepiscopi Lomellini, tectum reficiatur. Porticus reaptentur, exornentur, et dealbentur, muri exteriores, pinnae, et reliqua ornamenta prospectus meridionalis diligenter restaurentur; quantocitius vero occurratur damno, quod ob enunciatas pinnas imminet Cappellae SS. Sacramenti.

Quoniam vero deformitati interiorum murorum causam dedisse retulerunt, machinas paratus, quae quotannis fiunt, quaeque plasticum opus, picturas, pavimentum, columnas, arcus, et ipsa quoque altaria foede deturpant, atque discutiunt, faciemque domus Dei toto anno indecoram relinqunt, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis Regalis Templi Majestati, et indemnitati consulturus, mandavit quod postquam Ecclesia fuerit restaurata, omnino, diligenterque curetur, ne his iterum damnis ipsi subjaceat; sed ablegatis ejusmodi caeteroquin magnificentissimis machinis ad Urbis fora pro more insignium Italiae Civitatum, non fiant in Ecclesia praedicta post restaurationem, nisi simplices paratus; ita quidem ut serica statis uncinulis appendantur, nec templi interior prospectus trabibus, et machinis corrumpatur, aut deturpetur: praecipiens ad haec Maragmeriis, ut si qua contra attentari quicquam noverint, totum ad Advocatum Fiscalem Regalis Patrimonii pro tempore statim deferant, qui, et mediis opportunis se obsistet, et Proregi nunciabit.

Quod Regalis Ecclesiae Cathedralis valvis arma Regnantium imponantur, ut in ea non erigantur de novo beneficia, cappellae, ed altaria; erecta vero nemini concedantur; nec sepulcra, aut sedilia permittantur; nec iscriptiones, et arma praeter archiepiscopalia, statuaeque ponantur; denique nihil novi inducatur absque consensu Regis Patroni, sub poena nullitatis, aliisque.

§. VIII.

De Palatio, et Curia Archiepiscopali.

Die 19 Augusti Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis, Palatium Archiepiscopale visitaturus, ad illud pro more accessit; ibique ab Illmo, et Rmo Archiepiscopo honorifice ad portam exceptus, visitavit aulas, omnes, tum Archiepiscopi, cum ejus familiarium nec non cappellam, officinas omnes, scalas portas, fenestras, tectum, pavimentum, murosque omnes interiores, et exteriores, pomariolum, ac caeteras Palatii partes; subinde vero visitavit Magnam Curiam Archiepiscopalem in inferioribus ejusdem Archiepiscopalis Palatii aulis existentem, et banchas ibidem duas notariorum; alteram appellatam *officium magnae Curiae*; alteram *Visitationis*, earumque processus, volumina, scripturas, et omnia ad ecclesiasticam audientiam spectantia; denique visitavit et carceres omnes, cumque omnia diligenter perlustrasset, atque quae oportebant, pervestigasset, mandavit.

Quod statuatur in Palatio Tribunal Ecclesiasticum in forma, sive aula curiae, in qua thronulus judiciarius sit cum sellis fixis officialium, ut in eo judex quotidie jus dicere, et pro tribunali sedere, ut juris est, valeat. Huic adjaceant cancellaria, et aulae necessariae pro examinandis reis inferenda tortura, et caeteris jurisdictionis actibus exercendis.

§. IX.

De Archiviis, et Privilegiis.

Tabularium Archiepiscopatus vel fere nullum. Nam praeter armarium in Palatii aula existens, in quo volumina quaedam, et scripturae servantur ad Archiepiscopatus bona, et jura spectantes diplomata omnino nulla ab Archiepiscopo possidentur. Est autem archivium magnae Curiae Archiepiscopalis, in quo attitata, sive processus, scripturaeque omnes ad Archiepiscopalem jurisdictionem pertinentes, ac suis pluteis disposita existunt.

Extat pariter in Metropolitana Panormitana Ecclesia archivium Capituli in sacristia Vivanderiorum extructum, quod duobus constat armariis; unum in quo asservantur quamplures Bullae Pontificiae, et transumpta privilegiorum, et aliae scripturae non parvi negotii, tribus est clavibus munitum, quarum una est penes Cantorem, altera penes Decanum, et tertia est penes Cancellarium: alterum armarium in quo extant acta capitularia, et aliae scripturae ad Capitulum pertinentes, custodiae Cancellarii commissum reperitur, qui Canonicus est, et eligitur quolibet anno in fine mensis Augusti. Is nullum habet statutum stipendium, sed a mensa capitulari consequitur sola scutata quatuor ob expensas cartae et quae in annum contingere possunt.

Est denique archivium Maragmatis, sive massae fabricarum Ecclesiae in edicola dell' Incoronata prope Cathedralem positum, in quo volumina computorum, et scripturarum ad Maragma pertinentium servantur.

Haec tria archivia diplomatibus carent privilegiisque autographis; verum haec velut pretiosissima Ecclesiae monumenta in arcula thesauri a Thesaurario servantur, quae proinde penu, et archiviolum comune videtur; diplomata, privilegia, et membranas totius Ecclesiae continens spectantes namque ad Archiepiscopum, ad Archiepiscopalem mensam, ad Capitulum, et Maragma.

Haec itaque omnia Illmus, et Rmus Dnus Visitator perlustravit attente, et post recognitam formam, et situm tabulariorum, numerum, et qualitatem membranarum, cartarum, et voluminum; custodiam denique, et diligentiam praefectorum, cum intellexisset satis expedire, ac oportere, ut cuncta refingerentur pro modulo, et ordine instructionis a Benedicto Papa XIII traditae post bullam de archiviis, simulque malis occurreretur in perniciem scripturarum, sive irreptis, sive irrepturis, decrevit, atque mandavit.

Quod Archivium Archiepiscopale reformetur juxta instructionem, et in eo conserventur diplomata, regesta, volumina, aliaeque scripturae Archiepiscopatus, nec non acta visitationum, et reliqua curiae ecclesiasticae monumenta: quorum omnium Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis librum inventarii in carta regia intra bimestre fieri mandavit.

Quod archivium, et scripturae praed. committantur curae peculiaris archivistae, qui sit publicus apostolicus notarius, cui mox et in posterum in principio officii aedem per publicum instrumentum consignentur sub obligatione personali, et reali de illis custodiendis, nec extrahendis, de quibus in calce Rolli fiet fides.

Quod statim occurratur humiditati archivii, quodque plutei scripturarum, reticulis ferreis, et clavi muniantur.

Quod Curia Cruciatae nullatenus in archivio habeatur, sed illud clausum custodiatur, sitque ab omni alioquocumque usu prorsus secretum.

Porroque de reformatione Archivii Archiepiscopalis, atque de inventario, consignatione, et obligatione sunt superius, statuta Illmus, et Rmus Dnus Visitator, eadem quo ad archivia capituli, et Maragmatis observari praecepit.

Privilegia autem, quorum exemplaria, Illmus, et Rmus Dnus Visitator in Sancta Regali Visitatione archivii mensae invenit, sunt quae sequuntur.

Catalogus Privilegiorum Mensae Archiepiscopalis.

In primis Privilegium Rogerii Comitis Siciliae, et Calabriae, datum anno 1086, quo concedit Archiepiscopo Panormitano casale Galli.

Item Privilegium Sigalgaitae uxoris Ducis Roberti datum anno 1089, quo concedit Archiepiscopo Panormitano, et Canonicis reditus Judaeorum Panormi commorantium.

Item Privilegium Rogerii Comitis, datum anno 1095, quo concedit Archiepiscopo Panormitano, et Ecclesiae feudum Maganuci.

Item Privilegium Rogerii Acmeth datum anno 1141, quo donat Archiepiscopo Panormitano tria casalia videlicet, Burgininimo, Regaliuni, et Regalsamemi.

Item Privilegium Regis Willelmi datum anno 1157, quo concedit Archiepiscopo Panormitano feudum Brucati.

Item aliud Privilegim dicti Regis Willelmi datum anno 1169, quo concedit Archiepiscopo Panormitano molendina in feudo Brucati existentia.

Item aliud Privilegium Regis Willemi datum anno 1177, quo concedit Archiepiscopo Panormitano casale Baydae cum ejus pertinentiis.

Item Privilegium sive confirmatio Regis Friderici datum anno 1210, quo concedit Archiepiscopo Panormitano decimam tymnariarum territorii Panormitani.

Item Privilegium sive confirmatio Regis Friderici, quo confirmat casale Platani, dat. an. 1211.

Item Privilegium sive confirmatio dicti Regis Friderici dat. ann. 1211, quo confirmat feudum Bifarrerae.

Item aliud Privilegium dicti Regis Friderici, datum eodem anno 1211, quo confirmat Archiepiscopo Panormitano feudum Belliemi.

Item aliud Privilegium dicti Regis Friderici datum anno 1216, quo concedit, et confirmat feudum Giracelli.

Item aliud Privilegium Comitis Rogerii datum anno 1095, quo concedit Archiepiscopo Panormitano feuda videlicet S. Christinae, Pianetti, Turdiesi, et Vallis Fici.

Catalogus scripturarum Archivii Capitularis.

Privilegia, quae Illmus Dnus Visitator invenit in Archivio Capituli, sunt.

In primis Breve Urbani IV datum Viterbi die 28 Xbris 1261, quo jubet Capitulo, ut recipiatur Leonardus uti Archiepiscopus electus ab Alexandro suo praedecessore, et ab ipso consecratus.

Bulla Eugenii IV data Romae die 5 februarii 1443, qua supprimuntur sex Canonicatus ex num. 24 stante praebendarum deficientia.

Breve Alexandri VI, datum anno 1500, quo Paulus del Campo eligitur in Subcantorem.

Breve Leonis X, datum anno 1516 pro danda possessione Subcantoratus dicto Paulo del Campo.

Rreve dicti Leonis X datum anno 1519, directum Capitulo, et Canonicis Panormitanis, ad finem degradandi sacerdotem, qui Parochum S. Margheritae interfecit, illumque Curiae saeculari consignandum.

Breve Julii III datum anno 1552 directum Vicario Genli Panormitano, ad finem immittendi Antonium Lo Duca in possessionem Parochiae S. Crucis.

Aliud Breve similis tenoris.

Bulla Gregorii XIII data anno 1577 pro pensione ducatorum sexcentum super Archiepiscopatu Panormitano, concessa a Rege Philippo II Capitulo, et Clero dictae Cathedralis.

Breve ejusdem Gregorii Papae datum eodem anno, quo pro exequutione praedictae pen-

sionis delegantur Episcopus Amerinus, Archidiaconus Panormitanus, et Vicarius Genlis Monregalensis.

Monitorium datum anno 1590 pro solutione quindenii.

Breve absolutionis Canonicorum dat. eodem anno.

Bulla Clementis VIII, qua conceditur Regi facultas construendi arcem in insula Lustricae ad Ecclesiam Panormitanam spectantem dat. ann. 1601.

Altera similis tenoris.

Bulla Pauli V dat. ann. 1610, qua conceditur Canonicis usus roccheti, et mozzettae.

Monitorium pro Canonicis S. Johannis de Eremitis pro exequutione sententiarum latarum in litibus inter ipsos, et antiquos Canonicos agitatis anno 1622.

Bulla Clementis IX dat. an. 1668 pro usu mitrae, et cappae magnae Canonicis concesso.

Bulla Clementis XI dat. ann. 1705 pro pensione scutatorum bismille super Archiepiscopatu Panormitano a Rege Philippo V Capitulo, et Clero dictae Cathedralis concessa.

Bulla Benedicti XIII, qua concedit Canonicis usum mozzettae nigri coloris temporibus Quadragesimae, Adventus, et cum celebrantur funeralia.

Transumptum Privilegii Henrici Imperatoris, quo confirmatur Archiepiscopo, et Canonicis reditus debiti super regiis gabellis; caveturque ut nemo Canonicorum, et Clericorum Ecclesiae Panormitanae possit conveniri, nisi in Tribunali Archiepiscopi, aut Capituli.

Privilegium Friderici Imperatoris dat. ann. 1200, quo facultatem facit Canonicis extrahendi salmas centum frumenti.

Transumptum ejusdem Privilegii.

Transumptum literarum Friderici III dat. ann. 1316, quibus cavetur solvi decimam tymnorum Capitulo.

Privilegium Regis Ludovici dat ann. 1543 pro solutione dictae decimae tymnorum.

Acta Archiepiscopi Joannis de Paternò; quibus datur facultas Canonicis testandi, dat. ann. 1496.

Adsunt in eodem Archivio quamplurimi codices ecclesiastici, caerimonialia, acta, conclusiones capitulares, monumenta varia jurisdictionalia spectantia ad insignia, et praeeminentias Capituli, ejusque dignitates, et officia, jura funeralium, praebendas, reditus ec. ut in relatione praesentata in Sancta Regali Visitatione ec. et in codice monumentorum posita.

Catalogus Diplomatum Originalium Thesauri.

Privilegia vero, quae Illmus, et Rmus Dnus Visitator perlustravit in visitatione Thesauri, sunt, quae sequuntur.

Bulla Gregorii VII scripta in membranis de an. 1583, in qua confirmat omnia privilegia Ecclesiae Panormitanae.

Privilegium Ducis Rogerii filii Roberti Guiscardi de anno 1086 scriptum in membranis in quo concedit Alcherio Archiepiscopo, ejusque successoribus casale Galli.

Privilegium Sicalgaitae uxoris Ducis Roberti de ann. 1089 scriptum in membranis, in quo confirmat Ecclesiae Panormitanae sextam partem proventuum Judaeorum commorantium Panormi, et post ejus mortem omnes reditus eorumdem Judaeorum.

Transumptum donationis factae a Rogerio Comite Siciliae, et Calabriae, Nicodemo Archiepiscopo Panormitano quorundam Villanorum de anno 1093 scriptum in membranis.

Privilegium Rogerii Comitis de anno 1095 scriptum in membranis, in quo concedit Alcherio Archiepiscopo Panormitano, ejusque Ecclesiae 75 Villanos, undecim boves, et quamdam terram.

Privilegium Rogerii Comitis scriptum graeca lingua in membranis, in quo donat Ecclesiae Panormitanae 75 Agarenos, et undecim boves.

Privilegium Rogerii Comitis de anno 1097 scriptum in membranis, in quo assignat Ja-

cobo Abbati Monasterii S. Mariae de Vicari Villanos, et possessiones, ad dictum Monasterium pertinentia.

Bulla Calixti II de anno 1123 scripta in membranis, qua concedit Ecclesiae Panormitanae decimas, et episcopalia jura Panormi, Misilmerii, Corleonis, Biccari, et Thermarum, et confirmat omnia Privilegia.

Privilegium in membranis graece scriptum de anno 1141, quo Rogerius Achmet donat Archiepiscopo Panormitano tria casalia Bugenissem, Rachalioh, et Rasganden, quae a Rogerio Comite donatione acceperat.

Instrumentum graece scriptum in membranis an. 1143, quo Petrus Marchesi vendit quatuor Villanos monasterio S. Nicolai extra moena Panormi.

Privilegium Rogerii Regis graece scriptum in membranis anno 1144, quo confirmat donationem factam a Rogerio Achmet de tribus casalibus Mensae Archiepiscopali.

Privilegium Regis Rogerii graece scriptum in membranis anno 1144, quo concedit Ugoni Archiepiscopo Panormitano tabulariam Urbis Panormi, ut possint Archiepiscopi eam concedere Clericis suae Ecclesiae, et Dioecesis.

Idem Privilegium latinitate donatum, et in membranis scriptum anno 1282.

Privilegium Rogerii Regis graece scriptum in membranis de anno 1145, quo confirmat donationem 39 Villanorum factam Ecclesiae Panormitanae a Rogerio Comite ejus patre.

Instrumentum graece scriptum in membranis anno 1154, quo Leo Bisignanus permutat quasdam domos cum Euthymio Abbate Monasterii S. Nicolai de Churcuro.

Privilegium Regis Willelmi I, scriptum in membranis anno 1157, quo concedit Ugoni Archiepiscopo Panormitano, et ejus successoribus feudum Brucati.

Privilegium Regis Willelmi scriptum in membranis anno 1159, quo concedit Ugoni Archiepiscopo Panormitano, ejusque successoribus domum quamdam sitam in civitate Messanae.

Privilegium Willelmi Regis, et Margaritae Reginae scriptum in membranis anno 1169, quo concedunt Gualterio Archiepiscopo Panormitano molendina feudi Brucati.

Privilegium Regis Willelmi scriptum in membranis anno 1172, quo concedit Gualterio Archiepiscopo Panormitano, et suis successoribus jurisdictionem contra adulteros.

Concessio Parochiae Castelli de Calces, et Brucati cum decimis, et omni jure episcopali facta a Bartholomaeo Episcopo Agrigentino Gualterio Archiepiscopo Panormitano, ejusque successoribus, scripta in membranis anno 1176.

Privilegium Regis Willelmi scriptum in membranis anno 1177, quo concedit Ecclesiae Panormitanae, ejusque Archiepiscopo Gualterio casale Baydac.

Concessio facta a Gualterio Archiepiscopo Panormitano cum consensu Capituli cujusdam casalis vocati Lacus Nicoterae in Calabria, favore Raynaldi Notarii scripta in membranis anno 1189.

Privilegium Henrici VI Imperatoris, et Constantiae Imperatricis scriptum in membranis anno 1195, quo confirmant Archiepiscopo Bartholomaeo, et Ecclesiae Panormitanae Canonicis reditus annuos.

Privilegium Constantiae Imperatricis scriptum in membranis anno 1196, quo confirmat Raynaldo Notario quosdam Villanos lacus Nicoterae.

Privilegium Henrici VI Imperatoris Regis Siciliae scriptum in membranis anno 1197, quo confirmat Privilegia concessa Ecclesiae Panormitanae.

Privilegium Henrici VI Imperatoris scriptum in membranis, anno 1197, in quo declarat, quod debeant augeri praebendae, prout augebantur reditus civitatis Panormi.

Privilegium Constantiae Imperatricis, et ejus filii Friderici scriptum in membranis anno 1198, in quo concedunt domum Ecclesiae Panormitanae.

Privilegium Regis Friderici scriptum in membranis anno 1200, quo concedit titulo venditionis Capitulo Panormitanae Ecclesiae terram Sabuci in augumentum praebendarum.

Privilegium Regis Friderici scriptum in membranis anno 1207, quo concedit Canonicis Ecclesiae Panormitanae reaedificationem Molendini, et barcam ad usum piscandi.

Privilegium Regis Friderici scriptum in membranis anno 1200, quo concedit Canonicis Ecclesiae Panormitanae facultatem extrahendi centum salmas frumenti ex quolibet portu Siciliae, excepto portu Panormitano.

Privilegium Regis Friderici scriptum in membranis anno 1210, quo concedit Ecclesiae Panormitanae duas praebendas canonicales sexcentorum tarenorum de reditibus tymnariarum.

Privilegium Friderici Regis scriptum in membranis anno 1210, quo concedit Parisio, electo Archiepiscopo, Canonicis, et successoribus in perpetuum omnes Judaeos civitatis Panormi, et Tinctam, quae ad Regiam Dobanam pertinebat.

Prilegium Friderici Regis scriptum in membranis anno 1211, quo concedit, et confirmat Ecclesiae Panormitanae, ejusque Archiepiscopo tarenos viginti novem mille, decimam tymnorum, Tinctam, Judaeos, barcam, Brucatum, et alia multa.

Privilegium Friderici II scriptum in membranis anno 1215, quo confirmat reditus Ecclesiae Panormitanae, ejusque Archiepiscopo, et Canonicis, aliaque bona eidem Archiepiscopo concedit.

Privilegium Friderici II scriptum in membranis anno 1215, quo concedit, et confirmat Berardo Archiepiscopo Panormitano, ejusque successoribus Caccabum.

Privilegium Friderici II scriptum in membranis anno 1215, quo restituit Archiepiscopo, et Canonicis Ecclesiae Panormitanae Judaeos, et Tinctam.

Bulla Gregorii Papae IX de anno 1228 scripta in membranis, qua confirmat omnia Privilegia Ecclesiae Panormitanae concessa a praedecessoribus suis; Capitulum vero, et Clerum immunia ab exactionibus saecularibus declarat.

Privilegium Friderici II Imperatoris scriptum in membranis anno 1233, quo concedit Berardo Archiepiscopo Panormitano vineam sitam Messanae.

Privilegium Friderici Imperatoris de anno 1247 scriptum in membranis, quo confirmat Privilegia concessa Ecclesiae Panormitanae.

Privilegium Manfredi filii Imperatoris Friderici de anno 1250, quo Regis Conradi nomine concedit Ecclesiae Panormitanae castra Asinelli, et Gratterae.

Transumptum scriptum in membranis anno 1252 cujusdam jussionis Imperatoris Friderici II, ut solvantur decimae, de proventibus Biccari Guillelmo Canonico ejusque successoribus.

Privilegium Manfredi Regis scriptum in membranis anno 1258, quo Capitulum, Canonici, et Clerici Majoris Ecclesiae Panormitanae eximuntur ab exactione et collectis, et Panormitana Ecclesia caput aliarum Ecclesiarum dignoscitur.

Instrumentum scriptum in membranis anno 1266, quo Leonardus Archipiscopus Panormitanus confirmat Fr. Lucae Ecclesiam S. Nicolai de Nemore.

Bulla Nicolai V scripta in membranis anno 1267, qua confirmat concordiam inter Archiepiscopum, et Capitulum Panormitanae Ecclesiae, et Abbatem, et Monasterium Fossaenovae super Ecclesia S. Nicolai de Gurguro.

Declaratio Regis Caroli scripta in membranis anno 1270, quod casale Galli spectat ad Ecclesiam Panormitanam, excepto tenimento vocato Baura.

Privilegium Caroli Regis de anno 1271 scriptum in membranis, in quo praecipit ne Canonici, et Clerus Archiepiscopatus Panormi, et Cappellae Palatii compellantur ad solutionem talliarum, et exactionum.

Privilegium Regis Caroli de anno 1272 scriptum in membranis, quo praecipit suis Officialibus, ut Capitulum, et Clerum Panormitanae Ecclesiae defendant ab omni molestia.

Instrumentum in membranis, pene detritum, scriptum anno 1274 ex quodam transumpto informationis receptae per Regium Secretum Siciliae, ad mandatum Regis Caroli super juribus, decimis et proventibus, quae tam Archiepiscopus, quam Canonici, et Clerici Ecclesiae Panormitanae a Curia percipere consueverant.

Instrumentum in membranis scriptum anno 1302, quo ex commissione Friderici III Regis, cjus Officiales restituunt Ecclesiae Panormitanae casale Brucati.

Instrumentum in membranis scriptum anno 1303, in aliquibus locis corrosum, quo Fridericus III Rex mandat Justitiario vallis Agrigenti, quo tria casalia juxta Leocatam restitui faciat majori Panormitanae Ecclesiae. Ipse vero Justitiarius rem exequutioni mandavit.

Instrumentum in membranis scriptum anno 1303, quo Fridericus Rex jubet restitui Ecclesiae Panormitanae casalia Alatani, et Alatanelli, tenimentum Capudussi et fluminis Platani cum juribus piscariae.

Sententia M. R. C. de anno 1305 in favorem Majoris Ecclesiae Panormitanae super duobus molendinis, et quibusdam terris in tenimento Brucati scripta in membranis.

Transumptum de anno 1308, mandati Friderici Regis, quo praecipit, ut solvantur tareni viginti duo auri, et grana duo pro quolibet centenario, Archiepiscopo, et Canonicis super quibusdam balneis, et molendinis, scriptum in membranis.

Privilegium Regis Friderici III scriptum in membranis anno 1316, quo praecipit gabellotis Tymnariarum Curiae, ut solvant Archiepiscopo, et Canonicis Panormitanis integram decimam tymnariae.

Bulla Johannis Papae XXII de anno 1317 scripta in membranis, quo mandat Archidiacono Montis Realis, ut compellat debitores Archiepiscopi Panormitani.

Privilegium Regis Friderici de anno 1318 scriptum in membranis, quo confirmat Archiepiscopo Panormitano, et Canonicis tt. 25, et gr. 2 pro quolibet centenario tarenorum exigendorum per curiam super quibusdam juribus balneorum, et molendinorum.

Duplex Instrumentum eodem tenore conceptum scriptum in membranis anno 1324 transumpti declarationis factae a Johanne de Claramonte, quod Ecclesia S. Nicolai de Nemore in terra Caccabi spectet ad Archiepiscopum Panormi.

Transumptum scriptum anno 1333 in membranis literarum Petri II Regis, quibus mandat, ut Ecclesiam Panormitanam manuteneant officiales Regis in possessione cognoscendi causas Judaeorum.

Instrumentum de anno 1338 scriptum in membranis, quo Joannes de Claramonte Siciliae Senescalcus mandat restitui Ecclesiae Panormitanae quasdam terras, quas ipse possidebat ad dictam Ecclesiam pertinentes.

Privilegium Ludovici Regis de anno 1343 scriptum in membranis, quo mandat, literas Friderici, et Petri Regum observari, ut Archiepiscopo, et Canonicis exolvantur de juribus dohanae tareni 22 pro singulo centenario, exclusis Canonicis de Portu.

Literae Regis Ludovici scriptae in membranis anno 1343, ut de certis juribus molendinorum solventur Archiepiscopo, et Canonicis tt. 22, et gr. 2 pro singulo centenario.

Privilegium Regis Martini de anno 1408 scriptum in membranis, quo eximit a collectis Capitulum, et Clericos Panormitanae Ecclesiae.

Literae Regis Alphonsi anno 1440 scriptae in papiro, quibus praecipit, quod nova tymnaria Capicelli solvat decimam Archiepiscopo.

Transumptum literarum Regis Alfonsi, quo prohibetur vexari Capitulum, et Clericos Panormitanae Ecclesiae pro collectis, et impositionibus, scriptum in membranis anno 1445.

Exequutoriae concessionis, et confirmationis granorum quatuor pro qualibet uncia super gabellis Dohanae, et Secretiae Panormi, concessorum Maragmati Ecclesiae Panormitanae ab Alfonso Rege scriptae in membranis anno 1447.

Bulla Pauli Papae V de anno 1610 scripta in membranis, qua concedit Canonicis Ecclesiae Panormitanae usum roccheti, et mozzettae, reperitur in Cancellaria.

Privilegium Victoris Amedei Regis Siciliae scriptum anno 1715 in membranis, quo confirmat omnia privilegia Ecclesiae Panormitanae.

Liber membranaceus pervetustus, in quo reperiuntur transcripta aliqua privilegia Ecclesiae Panormitanae.

Adest et in sacrario ejusdem Panormitanae Ecclesiae archivium sex Regiorum Canonicorum S. Johannis de Eremitis, in quo Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis quamplurima invenit scripturarum volumina, fundationem, jurisdictionalia, et reditus respicientia, ac descripta in relatione per dictos Regios Canonicos, praescutata, ut in mantissa monumentorum Sacrae Regalis Visitationis

TITULUS II.

VISITATIO STATUS FORMALIS.

Panormitanae Metropolitanae Ecclesiae ea est forma, ut ad regiam praesentationem Archiepiscopum obtineat, qui pastoralem, spiritualemque curam explet per decem Parocos et alium Parocum graeci ritus in Civitate, et Parocos septem in civitatis territorio; et per Archipresbyteros, et Curatos in Dioecesi. Archiepiscopalem vero audientiam, ordinariamque jurisdictionem exercet per Vicarium Genle, aliosque officiales, suo loco recensendos. Administri Divini cultus in Cathedrali sunt Canonici, nec non Vivanderii, sive Beneficiati: in Dioecesi simplices Presbyteri, et Clerici. Extant et in amplissima Urbe, et Dioecesi Religiosorum ordines fere omnes, qui Divino cultui, et christianae pietati suam impendunt operam. Habet denique Panormitana Ecclesia Seminarium ad imbuendam bonis moribus, et literis ecclesiasticam juventutem.

§. I.

De Archiepiscopo, et Pastorali Cura.

Archiepiscopus, qui modo Metropolitanae Ecclesiae Panormitanae praeest, est Illmus, et Rmus Dnus Dominicus Rossi Neapolitanus, qui ad Regiam nominationem Regis Caroli III Hispaniaram Infantis, ad illam fuit evectus, ut ex Bullis Pontificiis exequutoriatis in Regno, quorum vigore die 31 julii anno 1737 possessionem accepit.

Ipse vigore edicti Sanctae Regalis Visitationis rationem reddidit suae pastoralis curae totiusque status materialis, formalis, et realis Ecclesiae; et ad haec praesentare fecit in officio Sanctae Regalis Visitationis oportunas relationes, in quarum prima, de qua modo loquimur per §§. disposita, ac numeris subdivisa, diligenter retulit: §. I. De origine Panormitanae Ecclesiae, atque de Dioecesi, ejusque finibus. II. De Ecclesia Cathedrali. III. De Ecclesiis Collegiatis Panormi. IV. De Parochiis Panormi. V. De Seminario Clericorum. VI. De aliis Seminariis, et Collegiis. VII. De duobus Orphanorum Domibus. VIII. De Ecclesiis Panormi. IX. De Coenobiis virorum. X. De Sanctimonialium Monasteriis. XI. De Conservatoriis Mulierum. XII. De Hospitalibus. XIII. De Montibus pietatis. XIV. De Parochiis, Coenobiis, et Abbatiis Civitatis Thermarum. XV. De civitate Caccabi. XVI. De aliis terris, et locis Dioecesis Panormitanae. XVII. De Abbatiis, et Beneficiis Regii Juris Patronatus existentibus in Panormitana Dioecesi. XVIII. De numero animarum civitatis Panormi.

Qua relatione recepta, et admissa per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem, cum debita protestatione, si et quantum nullum inde regiis juribus, et tertio praejudicium confletur: nec non diligenter per eumdem Dnum Visitatorem discussa, et examinata, ac recognita, ut par erat in Visitatione locali, et personali infrascripta censuit decernenda, et mandanda prout decrevit, mandavitque.

Quod ad Clericatum sive ordines vel nemo promoveatur, nisi in Seminario saltem per triennium fuerit educatus, quod praefiniatur numerus Ecclesiasticorum quibus Urbs, et Dioecesis Ecclesiae indigent, et praefinitio tabulae consignata in Archiepiscopali Cancellaria publice propendat.

Quod in exequutionem Concilii Tridentini, nullus in posterum ordinetur, nisi simul ab Archiepiscopo per publicum actum servitio alicujus Ecclesiae adscribatur, ubi suis fungatur muneribus.

Quod Archiepiscopus statum animarum a Parochis singulis annis fieri omnino curet, quem in primam post Dominicam in Albis, hebdomadam, iidem exhibere in Cancellaria Archiepiscopali teneantur descriptis in illo sub certis rubricis animarum numero, cum distinctione marium, et faeminarum, et aetatis singulorum; numero natorum, mortuorum communicantium, confirmandorum, desponsatorum, et eorum, qui aut Praeceptum Paschale non impleverunt, aut censura, aut Sacramentorum perceptione fuerunt interdicti: denique numero Ecclesiasticorum tum saecularium, cum regularium utriusque sexus. Is vero status postquam ab Archiepiscopo, sive Vicario Genli fuerit recognitus, archivio inferatur edita prius quotannis tabula, quae publice in Cancellaria prostabit, omnium summarum sub distinctis rubricis.

Quoniam vero Archiepiscopus, qui vigore edicti S. Regalis Visitationis praesentare in officio debebat distinctam numeri animarum per Urbem, Dioecesim relationem, nec non numeri Ecclesiasticorum, beneficiorum, cappellaniarum, obligationumque missarum, et denique Monasteriorum, Conventuum, et Ecclesiarum, producens in eodem S. Regalis Visitationis officio summam relationis, ad Romanum Pontificem ab ipso postremo factae in visitatione ad limina, ostendit ob defectuosum Cancellariae Archiepiscopalis statum, neque integras ejus modi notitias summo Pontifici reddere potuisse; atque proinde petiit terminum competentem ad eas omnes colligendas; Illmus, et Rmus Dnus Visitator indulsit eidem aliud quatrimestre ad relationem praedictam praesentandam in officio servata forma edicti.

Porro Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod Archiepiscopus impendiis privatarum Sanctimonialium in officiorum inauguratione, aut exercitio omnino prohibeat. Impendiis autem Monasteriorum in electionibus, nec non ingentibus privatarum familiarum sumptibus in Sanctimonialium earumdem inauguratione, et professione legitimum modum per edictum imponat, ne cum Ecclesiasticae Moderationis jactura immane ulterius respublica detrimentum capiat.

Ad haec Archiepiscopus verbum Dei per seipsum aliquando studeat praedicare ut grex sibi commissus vocem pastoris addiscat, prout alias praescripsit Regius Genlis Visitator de Puteo.

Incumbat praeterea Archiepiscopus, ut lectio Sacrae Scripturae in Cathedrali, et Collegiatis, atque congregationes rituum, et casuum moralium in principalioribus Ecclesiis ab ipso designandis semel in hebdomoda habeantur, ad quas intervenire debeant praesertim curati omnes, confessarii, et ordinandi.

§. II.

De Vicario Genlis, et Archiepiscopali audientia.

Magna Curia Archiepiscopalis Panormitanae Ecclesiae duobus tribunalis constat: unum appellatur Tribunal, in quo aguntur causae respicientes Monasteria, Confraternitates, Ecclesias, legata pia, Hospitalia, montes pietatis, et alia id genus, quae Vicario Genli deciduntur.

Aliud tribunal dicitur *Officium Magnae Curiae*, in quo tractantur causae contra Ecclesiasticos saeculares, causae matrimoniales, causae de ecclesiastica immunitate, de invaliditate professionis, et similes, quae tractantur coram Adsessore, sed decreto Vicarii Genlis terminantur, ac deciduntur.

In hac ergo Magna Curia Archiepiscopali praeest Vicarius Genlis, qui modo est Rmus D. Joseph Stella Panormitanae Ecclesiae Archidiaconus. Vicario suffragantur officiales plurimi, nempe Adsessor, Advocatus Fiscalis, Advocatus pauperum, Procurator Fiscalis, Ma-

gister Notarius, Procurator fiscalis Visitationis, Procurator pauperum, Archivarius, Formularius, Sollicitator fiscalis, Actuarii Visitationis tres, Actuarii Magnae Curiae quinque, Capitaneus, Carcerarius, Fiscales duo, servientes, vel ut vocant *Erarii* quindecim.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Gnlis postquam relationem de uno, alteroque tribunali Magnae Curiae praesentatam in Officio Sanctae Regalis Visitationis, citra praejudicium ut supra recepisset, examinasset, atque diligenter discussisset, recognovissetque in Visitatione locali, et personali praecepit, atque mandavit.

Quod causae tum civiles, tum criminales Curiae archiepiscopalis in tribunali expediantur sub poena unciarum quinquaginta.

Quod taxa Innocentiana jam olim in hoc Regno regiis exequutorialibus munita, et in caeteris Ecclesiis Cathedralibus totius vallis Agrigentina, Mazariensi, et Monregalensi religiosissime retenta, adamussim quoque observetur in Archiepiscopali Curia Panormitana. Quoad caetera autem dictae Curiae negotia non exigantur emolumenta ab officialibus, et ministris, nisi juxta taxam synodalem, quae simul cum Innocentiana in Cancelleria publice, perpetuoque serventur.

Quod mulctae sive poenae pecuniariae, quas adversus transgressores edictorum exigi contingerit, certo pio operi in ipso condemnationis decreto abdicantur, aut destinentur recta solvendae Depositariis multarum, aliter autem a reis facta solutio, ita nulla censeatur, ut ad eam persolvendam, iterum valeant coherceri. Quod de poenis, et mulctis praescriptum est in legitimis compositionum casibus pariter observetur.

Ad haec mulctarum depositarii duo quotannis ab Archiepiscopo per publicum actum eligantur e corpore Capituli, quorum nomina in publico Cancellariae albo describantur, qui post electionem amoveri intra annum non possint, nisi ex legitima causa. Horum munus erit introitus, exitusque mulctarum et compositionum librum conficere in Visitatione; et quoties opus fuerit revidendum, nec non publicas syngraphas de recepto reis solventibus dare, et pecunias introitatas in aliquod certum pium opus ad mandata in scriptis Archiepiscopi erogare; quod quidem adamussim implebunt sub poena solvendi de proprio.

§. III.

De Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae.

Cum primum Cathedra Pontificalis in Panormitana Ecclesia, post exactos Agarenos opere Nortmannorum fuerit restituta, Rogerium Comitem una cum fratre Roberto Wiscardo in eadem Ecclesia, quam perampla dote donaverunt, duodevidiginti Canonicos instituisse affirmant. His pari postmodum munificentia duos alios Canonicatus addidit Henricus VI, duos Fridericus Siciliae Rex, tandemque duos alteros Regina Blanca; itaut tunc temporis viginti quatuor Canonici Panormitanae Ecclesiae inservierint. Subinde Eugenius Papa IV, cum Praebendae 24 Canonicales essent nimium imminutae, dato pontificio diplomate, eas ad octodecim restrinxit, verum anno 1524, pristinum Canonicorum numerum Carolus V Imperator restituit, institutis Canonicis aliis sex, adsignataque eis in praebendam Regalis abbatia S. Johannis Eremitarum.

Porro horum Canonicorum 24, octo sunt qui millenarii appellantur, eo quia eis olim per Regiam Curiam solvebantur mille tareni in singulos: sex centenarii, a praebenda centum aureorum: duo dicuntur de Portu, a praebenda super vectigali Portus, duo vocantur Canonici S. Nicolai de Albergaria ex praebenda Parochialis Ecclesiae eidem Sancto a Regina Blanca extructae; ac dicatae; et alii sex, ut supra diximus, appellantur S. Johannis de Eremitis.

Ex his Canonicatibus, tres caeteri praeheminentiores sunt, qui dignitatis nomine, et gradu potiuntur, quarum prima *Cantoratus* nuncupatur; secunda, *Archidiaconatus:* tertia,

Decanatus, et unaquaeque proprie Canonicatum millenarium presbyteralis ordinis adnexum habet.

Talem dignitatum, et Canonicorum numerum invenerunt in hujus Ecclesiae lustro Regii Visitatores Ventus, Arnedus, Putens, et Jordius, qui perpendens, eos institutionem, et dotationem ex Regum munificentia habuisse omnes de regio jure patronatus esse pronunciavit, cui declarationi adstipulatus quoque est Illmus, et Rmus Dnus Visitator, qui propterea omnes non tam regiae censuit nominationis, quam et regiae collationis. Verum hodie Serenissimus Rex ad primam dignitatem, et sex Canonicatus de Eremitis, nec non duos de Portu tantum praesentat, sive eos potius regio diplomate providet, relicta Archiepiscopo simplici expeditione ecclesiasticarum literarum: Archidiaconatum vero secundam dignitatem providet semper Romana Curia ex impropria applicatione Regulae Cancellariae, de qua ad Sacram Regiam Majestatem ipse Regius Visitator censuit referendum; quandoquidem in patronalibus beneficiis praesertim regalibus, nullum obtinere compertum est locum. Tertia dignitas a Pontifice, vel ab Ordinario per alternativam confertur. Reliqui vero omnes Canonicatus a tenuioris praebendae Canonicis per optionem obtinentur, quae in Panormitano Capitulo usque ab anno 1400 irrepsit ex rescripto Bonifacii Papae IX, dato Kalendis Octobris Pontificatus anno III. Quicquid autem de ejusmodi optione sit, quam Sacra Regia Majestas videbit, an in sui praejudicium rite invaluerit, illud suapte inductum, quod in qualibet vocatione Rex semper Canonicatum infimum provideat: nam cum tenuioris praebendae sint Regii Canonicatus de Portu reapse fit, quod vocante quolibet ex pinguioribus, ac optantibus gradatim, omnis vacatio Regii Canonicatus de Portu semper resultet, ad quem nominat Rex.

Caeterum, cum Cathedralis Ecclesia Panormitana Canonicatibus Theologali, et Poenitentiario careret Illmus et Rmus Archiepiscopus Basile f. m. an. 1734, unum, alterumque fundavit, primum impetrato Regis adsensu, et adsignata praebenda super proventibus duorum Vivanderiatuum, qui ad hoc fuerunt extincti; alterum vero, scilicet Poenitentiarium, et sine adsensu regio, et nulla adsignata praebenda instituit. Uterque sede plena ab Archiepiscopo, vacante vero a Capitulo confertur.

Demum piissimus Rex noster Canonicatum unum ex Canonicatibus S. Johannis de Eremitis erexit in magistralem, sive scholasticum.

Hinc ergo Canonici Panormitanae Ecclesiae in praesentiarum sunt viginti sex, qui juxta Concilium Tridentinum in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales dividuntur: duodecim scilicet sunt Presbyterales, quorum octo gaudent praebenda millenaria, et quatuor centenaria: sex Diaconales, quorum duo obtinent praebendam centenariam; duo praebendam Portus, et duo praebendam dictam de Albergaria. Reliqui octo Subdiaconales, qui sunt sex S. Johannis de Eremitis, et duo scilicet Theologalis, et Poenitentiarius.

Canonici autem sunt infrascripti.

D. Alfonsus Fernandez de Medrano Panormitanus Cantor, et primus presbyter.
D. Joseph Stella Panormitanus Archidiaconus, et Canonicus Presb.
D. Antonius Mongitore Decanus, et Presb.
D. Xaverius de Amico de civitate Milatii Presb.
D. Joseph Giunta civitatis Milatii Presb.
D. Joseph Rigordo Panormitanus Presb.
D. Stephanus Bertone Messanensis Presb.
D. Angelus de Anicito terrae Paternionis Presb.
D. Johannes de Joanne Tauromenii Presb.
D. Marianus Mauriggi Panormitanus Presb.
D. Laurentius Migliaccio Panormitanus Presb.
D. Franciscus Testa Nicosiae Presb.

4

Canonici gradus Diaconalis sunt.

D. Petrus Celesti Scicli.
D. Johannes Condelli Panormitanus.
D. Michael Schiavo Panormitanus.
D. Nicolaus Bonanno Panormitanus.
D. Petrus Mataplana Panormitanus.
D. Johannes Montoja Messanensis Inquisitor Fiscalis Supremae Inquisitionis.

Canonici gradus Subdiaconalis.

D. Antonius Franchina Nasi Inquisitor.
D. Petrus Espos Hispanus.
D. Joseph Castelli Panormitanus qui modo est et Magister Cappellanus Cathedralis.
D. Salvator Pilo Panormitanus.
D. Johannes Traenzzi Mandanici. qui est in gradu Canonici Magistralis.
D. Ignatius Spia Panormitanus Canonicus Theologalis.
D. Jacobus Longo Panormitanus Canonicus Poenitentiarius.

Cum itaque Capitulum praedictum vigore edicti Sanctae Regalis Visitationis relationem status formalis, et realis totius corporis capitularis legitime subscriptam in officio Sanctae Realis Visitationis praesentasset, eamque Illmus et Rmus Dnus Visitator diligenter discussisset, admittens eam citra praejudicium quorumcumque jurium ipsius Capituli, Ecclesiae Regis et tertii, ac in visitatione personali Canonicorum Bullas perlustrasset, eosque omnes, et singulos secreto audivisset super Ecclesiae indigentiis, Chorique servitio, ac reliquis, quae ad meliorem Ecclesiae statum, et Ecclesiasticae Disciplinae profectum, magis spectare videbatur idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator decrevit, atque mandavit.

Quod qui a Capitulo ad munia, et officia fuerint semel electi non possint unquam ad idem munus adsumi, nisi liberati a rationibus fuerint. Ii vero in medietate eligi secunda vice nequeant, quam duarum ex tribus partibus suffragio, tertia autem vice ex voto omnium, cui si ulterius eligendi videantur, accedere quoque debeat Ordinarii adprobatio: quicquid secus actum fuerit reapse irritum sit, et inane, et contrafacientes poenam insuper unciarum quinquaginta fabricae Ecclesiae omnino persolvent.

Quod sub poena scutatorum decem fabricae Regalis Ecclesiae applicanda, capitulum ab eo, ad quem pertinet, vel semel in mense convocetur, ad promovendam, sive instaurandam Chori disciplinam, et servitium Divini cultus, consulendumque adversus non residentes, vel non interessentes, ac similia pertractanda.

Quod negotia omnia, et praesertim circa alienationes, concessiones, contractus haereditatum, legatorumque acceptationes, et similia nonnisi capitulariter, et per secreta suffragia tractentur, sub poena nullitatis, et scutatorum decem, ut supra applicanda.

Quod unicuique Canonico recens proviso in ipso actu possessionis, Cancellarius Capituli copiam statutorum Capitularium tradat, singulis vero Canonicis acta Capitularia quoties postulaverint, perlustrare permittat, sub poena scutatorum decem fabricae Ecclesiae applicanda.

Quoniam ex libro Abbatiarum Regni, et monumentis Regalis Cancellariae ad Regiam liquet Dignitatem pertinere adsensus, et confirmatio electionis Vicariatus Generalis. Sede vacante quod pro veteri more Canonicorum per Siciliam electionum inductum, huncusque non obscure retinetur, caveant Canonici, ne desinant, saltem Proregis adsensum electioni comparare in forma.

Quod Canonici Capitulo non interessentes, nisi legitimis causis fuerint praepediti, quarum cognitio ad plenum ipsum Capitulum spectabit, procurationis mandatum ad ferendum suf-

fragium, alteri dare minime valeant; si quid vero aliter contingerint attentari, totum nullitatis vitio omnino subjaceat.

§. IV.

De Vivanderiis, sive Beneficiatis

Metropolitana Ecclesia Panormitana semper habuit ultra Canonicos alios Beneficiatos, vel ut vocant *Vivanderios*, qui servitio Ecclesiae, et chori vacarent. Regius Visitator Franciscus Vento anno 1542 in hujus Ecclesiae lustro eos numero quatraginta invenit; sed quoniam tenuitas stipendii faciebat, ut minime accurate sua munia obirent, ad numerum viginti compressit, ut quisque geminatum stipendium inde consequeretur, sed postea brevi pristinus numerus fuit restitutus, imo, et adauctus ad quatraginta quinque ut produnt Regii Visitatores Puteus et Jordius: anno denique 1734 numero quatragintaduo erant, sed duorum proventibus Theologali Canonico adscriptis quatraginta remanserunt.

Inter Vivanderiatus olim recensebautur quatuor officia, sive *Personatus*, scilicet *Subcantor*, *Terminator*, sive *Magister Caeremoniarum*, *Magister scholae*, et *Magister Cappellanus*, anno vero 1615 in celebrata synodo quintus fuit addictus, qui *magnae vineae* Canonicus nuncupatur.

Horum omnium Personatuum, et Vivanderiorum electio ad Archiepiscopum pertinet, vel ad Capitulum sede vacante, ea vero fit per concursum, ac praecedente examine in cantu ecclesiastico, et in theologia morali, excipitur tamen Magister Cappellanus, qui ut Parochus, ad Senatus praesentationem eligitur, eo quia ab anno 1600 Senatus Panormitanus jus praesentationis in Parochorum omnium Urbis Panormi electione, exceptis Regalibus Pareciis, nactus fuit ob praesentationem stipendium, quod eis quolibet anno erogat, ut liquet ex diplomate Clementis Papae VIII.

Olim dicti Vivanderii cotta, et almutio nigri coloris cum fascis sericis violaceis utebantur; sed anno 1734 Clemens Papa XII suo diplomate eos roccheto, et cappa magna, quibus sollemnioribus diebus uti possent, cohonestavit.

Supradictos omnes Vivanderios, et Personatus Illmus, et Rmus Dnus Visitator diligenter visitavit eorumque institutiones, bullas, et literas recognovit.

Personatus autem sunt

D. Joseph Inserra Subcantor
D. Carolus Gandolfo Terminator
D. Alfius Gonsalez Magister Scholae
D. Joseph Castelli Magister Cappellanus, qui, et Canonicus est
D. Petrus Serio Canonicus Magnae Vineae.

Vivanderii, seu simplices Beneficiati

D. Hieronymus Caggio
D. Antonius Ximenes
D. Matthaeus Rizzo
D. Nicolaus Porcello
D. Nicolaus de Leo
D. Philippus Piccolo
D. Baldassar Caruso
D. Sigismundus Russo
D. Antonius Palazzo
D. Johannes Spinelli
D. Vincentius Cariui
D. Johannes Dolce
D. Cajetanus Leone
D. Antonius Procida
D. Michael de Joanne
D. Emmanuel Fiore

D. Nicolaus Calvino
D. Federicus la Vecchia
D. Gaspar Bruno
D. Dominicus Bettone
D. Stephanus Caruso
D. Nicolaus di Chiara
D. Michael Sanchez
D. Sebastianus Scorsone
D. Gerardus Maestri
D. Honuphrius Giordano
D. Stephanus Pallotta
D. Angelus Espinosa
D. Cosimus Campanile
D. Ignatius Montalbano
D. Octavius Gaetano
D. Cajetanus Pipitone
D. Joannes Puglia
D. Matthaeus Salupo
D. Bernardus Giordano

§. V.

De Sacristis, et Servientibus Ecclesiae

Plures sunt Sacristae, qui munditiel templi, cappellarum, altarium, et sacrarum suppellectilium vacant, et reliqua obeunt servitia.

Duo inserviunt cappellae SSmi Sacramenti, eliguntur que a Magistro Cappellano, stipendium vero accipiunt a Senatu urbis Panormi.

Duo curam obtinent cappellarum SSmi Crucifixi, et Beatae Virginis nuncupatae Libera Infirmos, qui stipendium consequuntur ex redditibus earum, et eliguntur a Canonicis deputatis earumdem.

Alii quinque, quorum electio ad Thesaurarium pertinet, et stipendium ex ecclesiae redditibus obtinent, Sacristae munus per integram Ecclesiam exercent, proindeque noctu, diuque Ecclesiam ipsam inhabitant. Inter eos autem recensentur *Sacrista Major*, *Sacrista Thesauri*, *Coadjutor*, *et Chori Sacrista*.

Famulantur insuper dictae Ecclesiae quatuordecim Clerici, vulgo dieti *Jaconi Rossi*, eo quia vestem rubei coloris induunt. Eorum vero electio, vestis, stipendiique erogatio ad Archiepiscopum, vel sede vacante ad Capitulum spectat. Et quoniam supradicti Clerici tenentur etiam praestare adsistentiam in choro, electiò fit per concursum, praecedente examine coram Canonico deputato, eorum Scholae Magistro, et alio Beneficiato circa eorum mores, an legere cursim sciant, et optimam habeant vocem: his vero, ut bonis moribus, literisque imbuantur, praeficitur ab Archiepiscopo, vel a Capitulo sede vacante, Cononicus qui eos regat, et Vivanderius, qui *Scholae Magistrum agat*.

Caeterum sunt, et alii servientes ad Maragmeriorum electionem, qui humiliora servitia in Ecclesia obeunt, verrendi scilicet Ecclesiam a sordibus, expellendi ab ea canes, et alia id genus, iique, ut vulgo appellantur, sunt, *Massaro*, *Cacciacani*, *Scopapiano*, aliique addicti ad pulsandas campanas.

Cum itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis, discussa relatione praesentata eorum omnium numerum, officium, et stipendium visitasset, cuncta laudavit.

§ VI.

De Servitio Chori, Divinisque Officiis, et Cultu.

Omnes supradicti, tum Canonici, tum Vivanderii, Sacristae, et Clerici dicti *Jaconi*, chori Divinique Cultus servitio sunt addicti, Canonici olim usque ad annum 1587 omnes una simul quotidie choro inservire tenebantur. Sixtus vero Papa V dato diplomate anno tertio sui Pontificatus, eis indulsit, ut dicti Cauonici per medietatem alternis vicibus per hebdomadam choro interessent, imo eis facultatem fecit, ut inter seipsos hebdomadam

permutare possent, ac instituere sex Vivanderios, nunc *Capituli Vicarios* dictos, qui *Canonicorum* nomine, Missas Conventuales canerent, qua de re postmodum Paulus Papa V declaravit posse inde Canonicos abesse per tres tantum menses juxta Concilii Tridentini decretum: nihilominus Regius Visitator Jordins in hujus Ecclesiae lustro perpendens quanto malo id choro, Divinoque cultui esset, mandavit, quod Dignitates, Canonici omnes, et reliquus Clerus quotidie teneatur interesse omnibus horis canonicis, et Missae Conventuali, sublato abuso interessendi per hebdomadam, quacumque consuetudine non obstante.

Deficientiae horum omnium, vulgo *falte* a duobus *Punctatoribus* Vivanderiis quotidie annotantur, quorum unus ab Archiepiscopo, alter a Capitulo eligitur, eaeque statuta multa puniuntur.

Ergo super his omnibus Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis, perspectis relationibus, et auditis Canonicis, et Vivanderiis in personali visitatione, ac examine circa chori, Divinique cultus servitium decrevit, atque mandavit.

Quod, quae in constitutionibus synodalibus statuta salubriter reperiuntur, de chori disciplina, frequentia, tempore, statarum horarum observantia, Punctatore, et similibus ad sanctiorem, ac diligentiorem Divinorum Officiorum celebrationem, ac ordinem in Regali Ecclesia Panormitana spectantibus, eadem omnino adamusim observentur sub poena scuti unius pro singulis cujusque transgressionibus fabricae Ecclesiae, ut supra applicanda, pro quibus Maragmerius accurate invigilabit.

§ VII.

De Cura Parochiali, et Ecclesiastica Disciplina.

In Urbe Panormi decem extant Pareciae, quarum una graeci ritus est, et ad eam omnes Parochi a Senatu Panormitano praesentantur, qui vigore Bullae Clementis VIII die 7 septembris anno 1599 ob constitutum illis stipendium annuum, jus praesentationis acquisivit. Praesentati, solemni praevio examine, ab Archiepiscopo approbati, ab eodem per literas instituuntur. Prima Urbis Parecia extat in Catedrali, habetque cappellam SSmi Sacramenti, ejusque Parochus *Magister Cappellanus* nuncupatur, cui in parocchiali munere suffragantur septem *Cappellani*, tres scilicet *Sacramentales*, tres *Coadjutores*, et alius pro *Defunctis*, qui omnes ad electionem ipsius Mri Capppellani pertinent, stipendium vero a Senatu consequuntur. Reliquae etiam Pareciae sufficienti ministrurum numero pollent.

Inter has Parochias ad Senatus nominationem provideri solitas, recenseri quoque, vel inauspicatò, censuit Regia Parochia S. Jacobi della Marina, quae membrum Archiepiscopatus est; quod quidem processisse ostenditur ex quadam transactione inter Archiepiscopum, et Senatum, quare ad arcendum regii juris praejudicium, Dnus Visitator ad Regis negotium remisit.

Sunt aliae duo Pareciae regiae praesentationis in eadem Urbe, una sita in Regio Palatio, ejusque Parochus est Cantor. Alia in Castro reperitur.

Denique sunt et in territorio Panormi septem Parochiales Ecclesiae, nec non per Dioecesim unusquisque locus, vel unam, vel duas Parecias pro populi exigentia habet, ubi per sufficientem ministrorum numerum parochialia munia explentur, et ecclesiastica disciplina excolitur.

Porro his praecognitis, cum Illmus, et Rmus Dnus Visitator juxta scopum Regalium Visitationum curam parochialem, ecclesiasticamque disciplinam visitasset, nonnulla ad majorem earum profectum censuit decernenda, prout decrevit, atque mandavit.

Quod omnes per Urbem, et Dioecesim Parochi singulis saltem Dominicis, et festis diebus per se, si legitime non fuerint impediti, sive per suos Cappellanos Sacramentales, Evangelium vernacula lingua populo exponant, pueris fidei rudimentis imbueant, provectioribus vero partem historicam Sacrae Scripturae, et Doctrinam Catholicam tradant.

Parochi etiam, et Beneficiarii por Urbem, et Dioecesim omnes memores quid de ecclesiasticis redditibus canones, pastoresque statuerint, diligenter caveaut, vigore etiam *Capitulorum Regni*, et *Pragmaticae* Ferdinandi II, ne iisdem Ecclesiarum suarum fabricam, pauperesque defraudent.

Ecclesiasticorum praeterea in Urbe, et Dioecesi nemo negotiis se implicet saecularibus, nec praesertim lucri gratia, conducendis feudis, agrisque, et similibus ullo modo det operam. Illicitos insuper non ineat contractus sub poena unciarum centum fabricae Ecclesiae, ut supra applicanda.

Quod omnes de Clero ad *titulum Patrimonii* in Urbe, et Dioecesi ob necessitatem vel utilitatem ecclesiarum suarum promoti, Parochis adjutricem manum, cum necesse fuerit, praebere teneantur, praesertim in commendandis morientium Animabus. Singulis vero Dominicis, et festis diebus saltem, interesse choro, et muniis ecclesiasticis in propria Ecclesia fungi.

TITULUS III.

DE REBUS, SIVE DE VISITATIONE STATUS REALIS, ET BONORUM ECCLESIAE.

Ex bonis, quibus Robertus Wiscardus, et Rogerius Comes primum deinde successores Principes Panormitanam Ecclesiam liberaliter adauxerunt, jam olim Archiepiscopus, Ecclesia, Capitulum, et pauperes veluti e communi mensa alimenta, et alia necessaria sumebant; sed introducta postmodum divisione, ac accedentibus novis regiis donationibus, mensam archiepiscopalem Archiepiscopus, praebendas Canonici, Maragma Ecclesiae suam Massam, et Seminarium suos reditus obtinuerunt, remanente adhuc obligatione Archiepiscopo suppeditandi pro pauperibus, inferioribusque ministris, et majoribus fabricarum Ecclesiae indingentiis quicquid opus esset.

Ea proin omnia tamquam ex munificentia Principum profecta merito regii patronatus juribus affecta remanserunt, et Regiae Visitationi fuerunt, et sunt obnoxia.

§ I.

De Regia Archiepiscopali Mensa, ac bonis, et redditibus Archiepiscopi Panormitani.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis discussis diligenter relationibus praesentatis in Officio Sanctae Regalis Visitationis ab Oeconomo Mensae, atque perspectis, et examinatis rollis, et Mensae codicibus, nec non actis Regiarum Visitationum, visitavit bona, et reditus *Mensae Archiepiscopalis*, ejusque onera, sive gravitias, eaque reperit, prout inferius describentur, salvo tamen meliori examine, et citra Fisci, Ecclesiae, et cujuscumque personae praejudicium.

Cumque nonnulla in ejusmodi visitatione occurrissent, quae remedio indigere comperiit, decrevit, atque mandavit.

Quod Archiepiscopus quantocius in Officio Regiae Visitationis instruere curet praetensiones Mensae Archiepiscopalis, in actis Regii Visitatoris Jordii recensitas.

Item quoniam in relatione, quam vigore edicti S. Regalis Visitationis Archiepiscopus praesentare fecit circa bona, et reditus Archiepiscopalis Mensae nulla de confiniis, et contractibus alienationum ec. mentio fit, et requisitus de causa, dellectum librorum Mensae, et difficultatem rei allegavit, petens congruam ad haec peragenda dilationem; Illmus, et Rmus Dnus Visitator eidem terminum alium unius mensis indulsit, in quo ipse exhibere, et in scriptis praesentare faciat vigore edicti tum eamdem confinium notitiam, cum cotam omnium locationum ultra triennium contractuum emphitenticorum, alienationum, noncessionum aquarum, et stabilium; item subjugationum, sive hypothecarum, ac transactionum, quas a triginta saltem annis super domibus, reditibus, juribusque Mensae Archiepiscopalis, et praesertim tempore sui Praesulatus, factas noverit.

Bona, et reditus Archiepiscopalis Mensae.

In primis possidet feudum Galli, locatum Nicolao di Tusa ad annos tres pro annuis unciis nonaginta tribus, ut ex contractu Natarii Josephi Mariae Serio sub die 22 Martii 1739...................................... ..on7	93	»	»	»
Item feudum Turdiepi locatum Josepho Bruno ad annos sex nempe ab anno 1739 ad 1744, pro annuis unciis tercentum quatraginta sex, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 15 Martii 1738 ....on7	346	»	»	»
Item feudum Vallis Fici locatum Johanni Sapienza ad annos octo, scilicet ab anno 1739 ad 1746, pro annuis unciis centum octuaginta una tar. 3. 15. 2, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 6 Julii 1738...on7	181	3	15	2
Item feudum Bifarerae Superioris locatum D. Antonio de Marco ad annos novem, uempe ab anno 1735 ad 1743, pro annuis unciis biscentum octuaginta tribus, ut ex contractu rogato per Notarium Antonium Fidi die 2 Maii anno 1733...on7	283	»	»	»
Item horreum in dicto feudo existens locatum suprascripto de Marco pro annuis unciis septem, ut ex citato contractu.............................on7	7	»	»	»
Item feudum Bellilampi locatum Julio Sinigaglia ad annos sex scilicet ab anno 1741 ad 1746, pro annuis unciis tercentum, ut ex contractu rogato per Natarium de Serio die 12 septembris 1739.....................on7	300	»	»	»
Item feudum Pianetti locatum Josepho Greco, ad annos septem scilicet ab anno 1736 ad 1742 pro annuis unciis biscentum octuaginta tribus, ut ex contractu per acta Notarii Antonini Fidi die 18 Novemb. 1735.on7	283	»	»	»
Item feudum Belliemi locatum Antonio Carollò ad annos quatuor pro annuis unciis biscentum tredecim, ut ex contractu per acta de Serio die 30 septembris 1737...on7	213	»	»	»
Item feudum S. Honuphrii Superioris locatum D. Petro de Castillo ad annos sex pro annuis unciis biscentum viginti octo, ut ex contractu rogato per Notarium Petro Timpanaro die 28 septembris 1734 ....on7	228	»	»	»
Item feudum S. Honuphrii Inferioris locatum D. Nicolao Panepinto ad annos sex pro annuis unciis biscentum triginta, ut ex contractu per acta de Serio die 6 Augusti 1739 ....on7	230	»	»	»
Item feudum Risichittè, locatum D. Josepho Lucchese ad annos octo pro annuis unciis quinquaginta duabus, et tar. 15, ut ex contractu per acta de Serio die 6 Augusti 1739...on7	52	15	»	»
Item feudum Puccae locatum D. Josepho Victorio Nicosia ad annos sex pro annuis unciis biscentum viginti duabus, tar. 22. 11, ut ex contractu per acta notarii Antonini Fidi die 28 julii 1735 ....on7	222	22	11	»
Feudum Montiscucci locatum D. Antonio di Bedda ad annos sex pro annuis unciis biscentum octuaginta, et tar. sex, ut ex contractu per dicta acta de Fidi die 25 novembre 1735.......................................on7	280	6	»	»
Idem feudum S. Philippi locatum D. Iosepho Sparacciò ad annos octo pro annuis unciis biscentum sexaginta tribus, ut ex contractu per acta Not. de Fidi die 19 novembris 1734... on7	263	»	»	»
Item feudum Bifarerae Inferioris locatum Francisco lo Jacono ad annos quatuor pro annuis unciis biscentum sexaginta, et tar. 16, ut ex contractu per acta de Serio sub die 9 aprilis 1729...................................on7	260	16	»	»
Item feudum Petraepettinei, locatum D. Josepho de Micelj ad annos octo				
On7	3243	3	6	

	On7	3243	3	6 »
pro annuis unciis biscentum quatraginta, ut ex contractu per acta not. Antonini Fidi die 16 dicembris 1733 ......on7		240	»	» »
Item ex vacantibus feudi S. Christinae locatis Antonino di Bedda ad annos quatuor, ut ex contractu per acta Thesaurariae Gen. die 26 martii 1737.on7		60	»	» »
Item feudum Scattabini Magni locatum D. Thomae Virisano ad annos sex pro annuis unciis septuaginta quinque, et tar. 15, ut ex contractu per acta de Serio die 22 martii 1738...... on7		75	15	» »
Item feudum Arcerae, seu aretati duodeviginti, locatum D. Michaeli Nicoletti ad annos sex pro annuis unciis centumqninquaginta quatuor, ut ex contractu per acta notarii Mariani Salamone de Castrojoanne die 28 februarii 1738, ratificato per acta not. de Serio die 24 martii ejusdem anni..on7		154	»	» »
Item feudum Sireri, locatum Gregorio Cucè ad annos tres pro annuis unciis quinquaginta quatuor, ut ex contractu per dicta acta de Salamone die 13 Julii 1738, ratificato per eadem acta de Serio die 22 ejusdem.on7		54	»	» »
Item feudum Scattabinelli, locatum D. Paulo Savoca ad annos tres pro annuis unciis trigintasex, ut ex contractu per eadem acta de Salamone, die 13 Julii 1738, ratificato per acta de Serio sub die 22 ejusdem.on7		36	»	» »
Item feudum Girafelli, locatum D. Josepho, et D. Nicolao Palmeri ad annos sex pro annuis unciis tercentum viginti, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 8 martii 1740......on7		320	»	» »
Item feudum Planae Nicolai, locatum D. Michaeli Nicoletti ad an. sex pro annuis unciis centum tredecim, ut ex contractu per acta dicti de Serio sub die 19 ejusdem......on7		113	»	» »
Item feudum Canticalmerii Inferioris locatum D. Michaeli Nicoletti ad annos sex pro annuis unciis quinquagintatribus, ut ex contractu per acta dicti notarii de Salamone die 4 Januarii 1740, ratificato per acta Notarii de Serio die 19 ejusdem......on7		53	»	» »
Item feudum Canticalmeri Superioris locatum D. Iosepho Petruso, et Trigona ad annos sex pro annuis unciis sexagintaduabus, ut ex contractu per dicta acta de Salamone die 13 Januarii 1740, ratificato per acta de Serio die 23 ejusdem......on7		62	»	» »
Item feudum Dardi locatum D. Pompeo Trigona ad annos sex pro annuis unciis quinquaginta sex, ut ex contractu not. de Salamone die 23 Januarii 1740, ratificato per acta de Serio die 23 februarii ejusdem anni.on7		56	»	» »
Item feudum S. Thomae locatum D. Josepho Russo ad annos sex pro annuis unciis quatragintasex, ut ex contractu per dicta acta de Salamone die 8 octobris 1739, ratificato per acta de Serio die 12 ejusdem....on7		46	»	» »
Item feudum Arcerae, seu aratati 12. 48, locatum Sac. D. Francisco Ragona ad annos sex pro annuis unciis octuaginta sex, ut ex contractu not. de Salamone sub die 4 octobris 1740, et ratificato per acta de Serio sub die 11 ejusdem......on7		86	»	» »
Item feudum Ajoli, locatum D. Joachimo di Blasi ad annos sex pro annuis unciis centum vigintisex, ut ex contractu not. Vincentii Grisafi die 24 januarii 1739, ratificato per dicto acta de Serio 13 februarii ejusdem anni on7		126	»	» »
Item feudum Granci locatum Sac. D. Cruci Varisano ad annos sex pro annuis unciis centum, et tar. decem, ut ex contractu per acta not. de Salamone die 21 januarii 1739, ratificato per acta de Serio die 10 julii ejusdem anni......on7		100	10	» »
	On7	4834	28	6 »

On7	4834	28	6	»
Item possidet duo molendina nuncupata nempe alterum novum, alterum Paradisus, locata Josepho Vetri, et Josepho Cassetta ad annos sex pro annuis unciis quatraginta quatnor, ut ex contractu per dieta acta de Salamone die 28 augusti 1740, ratificato per dictum Notarium de Serio die 12 aprilis ejusdem anni on7	44	»	»	»
Item petium terrae juxta molendina locatum D. Michaeli Nicoletti pro annua uncia una, et tar. quindecim on7	1	15	»	»
Item foveas pro reponenda nive existentes in feudis Montecucci, Bifarrerae, Tordiepi, et in Monte nuncupato di Liardo, locatas Senatui Panormitano ad annos octo pro annuis unciis tercentum septuaginta una, et tar. viginti, ut ex contractu rogato par dictum Not. de Serio sub die 20 aprilis 1739 ....on7	371	20	»	»
Item cauponam, et tabernam existentes in terra S. Christinae, locatas Francisco Gruxia, et Sac. D. Jacobo Cabasino pro anno tantum 1741, pro unciis viginti sex, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 14 decembris 1740 ....on7	26	»	»	»
Item pro lignaminibus caeduis feudi Pianetti locatis Francisco Borgia, et Antonino Petta ad annos quatuor, exigit Mensa annuas uncias tresdecim, ut ex contractu per acta de Serio die 29 maii 1739 ....on7	13	»	»	»
Item pro erranteria Salacii locata Antonio Arculeo ad annos sex, exiget annuas uncias trigintanovem, ut ex contractu per eadem acta de Serio die 13 septembris 1737 ....on7	39	»	»	»
Item pro lignaminibus caeduis feudi Bifarerae locatis Dominico Pansarella ad annos sex, annuas uncias quinque, ut ex contraetu per acta dicti Notarii de Serio die 16 Januarii 1741 ....on7	5	»	»	»
Item pro erranterea S. Laurentii, locata Antoninae Prestigiacomo annuas uncias quatnor, et tar. quinque on7	4	5	»	»
Item pro erranteria Baydae locata Antonino d'Arpa annuas uncias quatuor on7	4	»	»	»
Item ex lignaminibus caeduis feudi Galli locatis Raphaeli Spina ad annos sex, annuas uncias quinque, ut ex contractu per acta de Serio.on7	5	»	»	»
Item hosteria existente intus Archiepiscopale Palatium, locata Sebastiano Manuo, pro annuis unciis trigintasex, et tar. quindecim, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 6 septembris 1737 ....on7	36	15	»	»
Item ex viridario Baydae locato Antonio d'Arpa ad annos sex, annuas uncias duodecim, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Mariae Serio sub die 7 Junii 1738 ....on7	12	»	»	»
Item ex aqua Vallis Fici, locata D. Johanni Baptistae Mollo annuas uncias octo, ut ex contractu per dicta acta de Serio die 4 Aprilis 1739..on7	8	»	»	»
Item a D. Philippo Notarbartolo principe Sciarae super feudo Brucati exigit quolibet anno salmas centum quatraginta frumenti, quae valutatae uno pro alio anno ad rationem unciarum duo pro qualibet salma important uncias biscentum octuaginta on7	280	»	»	»
Item a D. Philippo Notarbartolo principe Sciarae super feudo Brucati salmas quinquaginta hordei valutatas uno pro alio anno ad rationem unciae unius pro qualibet, in totum on7	50	»	»	»
Item ex decimis uvarum uno pro alio anno exigit Mensa annuas uncias nonagitatres, tar. 24. 15 ....on7	93	24	15	»
On7	5518	18	1	3

On7 5518 18 1 3

Item ex terrageriis diversorum locorum exigit circa annuas salmas quinquaginta octo, tumolos quatuordecim, et mondella tria valoris ut supra, uncias centum decem, et septem, tar. vigintiquinque, et gr. 7........on7 117 25. 7 »

Item ex terrageriis diversorum locorum exigit circa annuas salmas quatraginta octo, et mondella duo hordei valoris, ut supra unciarum quadraginta octo, tt. 16. 5..on7 48 16 5 »

Item ex terrageriis diversorum locorum in herba vulgo *Somacchi* uno anno pro alio, annuas uncias novem, tt. 9. 18. 4........................on7 9 9 18 4

Item ex decimis olivarum diversorum locorum Mazariae circa annuas uncias quatuordecim, et tar. tres..on7 14 3 » »

Item ex decimis tynnariarum, locatis pro praesenti anno 1741 Nicolao Galasso annuas uncias bisceutum vigintiduas, ut ex contractu per acta de Serio die 10 Februarii 1741..on7 222 » » »

Item ex censibus minutis feudi S. Christinae annuas uncias quatuorcentum..on7 400 » » »

Item ex tesseris franchigiae vini pro quindecim cellariis, vulgo *quadretti di botteghe di vino* ad rationem unc. sex pro qualibet, annuas uncias nonagiuta..on7 90 » » »

Item ex carceribus uno pro alio anno uncias duodecim, et tt. quinque.on7 12 5 » »

Ex Officio Mag. Notarii Curiae Archiepiscopalis uno pro alio anno uncias septuagintatres..on7 73 » » »

Pro sigillis uno pro alio anno annuas uncias octo, et tt. 21........on7 8 21 » »

Ex censibus debitis super diversis locis, domibus ec. annuas uncias bismille centum triginta quinque, tareuos octo, grana duodecim, et picc. quinque..on7 2135 8 12 5

Ex Archivio Archiepiscopali uno pro alio anno annuas uncias duodecim..on7 12 » » »

A Capitano uno pro alio anno, annuas uncias vigintiduo............on7 22 » » »

Qui reditus in totum ascendunt ad annuas uncias octomille nonincentum octuagiutatres, tarenos decem et septem et grana quinque ....on7 8983 17 5 »

Exitus, et Onera.

Pro dandis, et donativis ordinariis annuas uncias millecentum quinquaginta septem, tarenos tresdecim, gran. novem, et picc. tres...........on7 1157 13 9 3

Pro reparatione turrium, pontium, et Regente annuas uncias centum triginta novem, tar. octo, gr. 7. 3..on7 139 8 7 3

Pro donativis extraordinariis duobus, altero scutorum decem mille, annuas uncias sexcentum et octo, tar. vigintisex, et gr. 5............on7 608 26 5 »

Seminario Clericorum civitatis Panormi annuas uncias biscentum...on7 200 » » »

Capitulo et Clero Panormitano pro pensione annuas uncias biscentum sexaginta..on7 260 » » »

Eidem pro altera pensione annuas uncias octigentum..................on7 800 » » »

Quod omnino exigantur partitae Legatorum Gerbini, Valdura, Vaccarella, et Indelicato. Fiant etiam per Computistam assentus Legatorum Sidoti Vassalli, et Nothi, atque quantocius curetur implementum Legati de Costa. Qui neglexerint poenam solvendi de proprio in revisione computorum subeant.

§. IX.

De Seminario Clericorum

Caesar Marullus Panormitanus Archiepiscopus ordinationi Concilii Tridentini de Seminariorum constructione in Ecclesiis Cathedralibus obtemperans, Seminarium prope Ecclesiam Cathedralem extruere, quidem coepit, sed non perfecit. Visitator itaque Puteus hanc

Ecclesiam perlustrans, illud expleri mandavit, prout confestim fuit adimpletum. Constructum inde, et perfectum cum nullos redditus possideret, pro stipendio Ministrorum, ac puerorum substentatione, illos, facta taxa super redditibus Regiae mensae Archiepiscopalis, Abbatiae Sacrae Mansionis, aliorumque Beneficiorum totius Dioecesis praesertim Regalium sufficienter acquisivit, unde tanquam Regia largitate, Regiisque reditibus consistens, merito Regi Patronatus Juri, Regiisque Visitatoribus subfuit, et subest. Obsoleta tum taxa cum Philippus Jordius in suo Panormitanae Ecclesiae lustro illud visitaret, reditibusque expers invenisset, antequam taxam restituit, auxitque decernens ejus proventus juxta concilium Tridentinum per Deputatos administrari, et puerorum vigintisex numerum, qui tunc in Seminario alebantur, praeter vigintiquatuor convictores pro quantitate redituum augeri. Alia insuper edidit decreta ad bonum Seminarii regimen, et ad faciliorem Seminaristarum profectum tendentia, quae ex ejusdem actis luculenter apparent.

Ad ipsum ergo Seminarium visitandum, cum Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis se contulisset, honorifice ad januas exteriores exceptus est a Rectore, et Deputatis, Praefecto Studiorum et aliis Officialibus, et ab universis adolescentibus, et paulo post ab Archiepiscopo. Visitavit hinc Seminarii Ecclesiam, ejusque suppellectilia, Aulas, Officinas, omnesque Seminarii fabricas, ejusque Bibliothecam, et Archivium. Visitavit subinde Rectorem, et omnes Officiales, adolescentes, eorumque regulas, disciplinam, et studiorum Methodum. Denique adsistentibus dictis Archiepiscopo, Rectore, et Deputatis praedictos Adolescentes ad unum omnes publice examinavit super literis, et cantu.

Porro cum praesentatas in Officio S. Regalis Visitationis Relationes super ipsius Seminarii Statu materiali, Formali, et reali, Dnus Visitator expendisset, ac bonorum, et redituum administrationem, et oeconomiam loci attente discutiens, novisset praesentes reditus haud pares esse, atque summopere oportere, tum de illis augendis, cum de incremento, et splendore literarum pro dignitate Urbis, et Ecclesiae cogitare, nonnulla desuper censuit decernenda, atque mandanda ut infra.

Rector, et Officiales sunt.

Illmus, et Rmus Can. Dr. D. Johannes Montoya Inquisitor Fiscalis Supremae Inquisitor Siciliae Rector.

Rev. Beneficiatus Dr. D. Cosimus Campanile Studiorum Praefectus.

Rev. Dr. D. Michael Amoroso Subminister.

Cler. Dr. D. Franciscus Zarzana serviens pro repetitione, ac revisione compositionum studentium Grammaticae, et Rhetoricae.

Alumni, et Convictor

Clericus Antonius Pravatà Praefectus.
Clericus Antonius Alonge
Clericus Salvator Mayada
Clericus Nicolaus Russo
Clericus Joseph Scimeca Praefectus
Clericus Dominicus Furitano
Clericus Ignatius Scarpaci
Clericus Paulus Teodoro
Clericus Onuphrius Orlando
Clericus Ignatius Licata
Clericus Antonius Tomaso
Clericus Joseph Jannelli Praefectus
Clericus Antonius Perrone
Clericus Johannes Penzabene
Clericus Joseph Pipi
Clericus Joseph Ziniti
Clericus Franciscus La Guidara
Clericus Gaspar Summavela
Clericus Franciscus Contreras
Cler. Vincentius Attinelli, qui est convictor
Clericus Remigius Coniglio
Clericus Joseph Ocello
Clericus Franciscus Spirito
Clericus Rosarius Jannelli
Clericus Jacobus Scotto
Clericus Vincentius Lo Nigro

Bona, et redditus

In primis a Mensa Archiepiscopali annuas uncias biscentum. . . .	onz	200	»	»	
A civitate Panormi, et pro ea a Deputatis Novarum Gabellarum annuas uncias centum septuagintaunam, tarenos quinque, et grana duo; a quibus, deductis unciis viginti octo, tarenis quindecim, et granis decem, et septem pro bimestri, quod anno quolibet remanet in solutum, remanent unciae centum quatragintaduo, tareni undeviginti, et grana quinque. . . .	onz	142	19	5	
Item a praedicta civitate, et pro ea a dictis Deputatis annuas uncias duodeviginti Seminario Legatas a quondam Leonardo Sottile pro celebratione Missae quotidianae, a quibus deductis unciis tribus pro bimestri, quod anno quolibet remanet in solutum sunt unciae quindecim.	onz	15	»	»	
Ab Abbatia Mansionis uncias sexaginta.	onz	60	»	»	
A civitate Panormi, et pro ipsa a Deputatis novarum Gabellarum annuas uncias trigintasex, et tarenos vigintiocto pro immunitate . .	onz	36	28	»	
Item ab Hospitali Magno, et novo dictae Civitatis annuas unc. 36.	onz	36	»	»	
A Barone Scammaccae annuas uncias duodecim.	onz	12	»	»	
A Conventu S. Francisci de Paula annuos tarenos decem super petio terrae prope Portam novam.	onz	»	10	»	
A Tynnaria Solanti annuas uncias novem.	onz	9	»	»	
A cappella S. Mariae sub titulo *de la Soledad* annuas uncias duas, et tarenos novem.	onz	2	9	»	
A Notario Baldassare Fontana annuos tarenos decem.	onz	»	10	»	
A Monasterio S. Viti annuos tarenos novem.	onz	»	9	»	
A principe Resuttana annuas uncias duas.	onz	2	»	»	
A conventu Consolationis annuam unciam unam.	onz	1	»	»	
A Marchione Turburici annuos tarenos octo.	onz	»	8	»	
Ab Hospitali S. Johannis de Deo annuam unc. et tar. 28. .	onz	1	28	»	
A Bar. Morso annuos tar. quindecim.	onz	»	15	»	
A Beneficiali Cappellae S. Johannis Evangelistae fundatae in Ecclesia monasterii Septem Angelorum, annuos tarenos vigintiquatuor . . .	onz	»	24	»	
A Josepho Gangalla, et Paulo di Noto annuam unciam, et tarenos duodeviginti	onz	1	18	»	
A Pre Vincentio Bonerba annuam unciam, et tarenos quindecim.	onz	1	15	»	
Ab Hospitali S. Bartholomaei, et Cappella Rosarii intus S. Dominicum annuam unciam unam, et tarenos duodecim	onz	1	12	»	
Ab haeredibus quondam Horatii de Cristofani annuam unciam, et tarenos novem	onz	1	9	»	
A D. Teresia Tichera annuam unciam, et tarenos quindecim .	onz	»	15	»	
A Regia Curia pro immunitate dicta *Lo Scasciato della testa* annuam unciam, tarenos septem, grana quatuor, et pic. 3.	onz	1	7	4	3
A Beneficiali S. Mariae de Loreto terrae Ciminnae annuos tar. 9.	onz	»	9	»	
A Principe di Buonriposo annuam unciam, et tarenos tres . .	onz	1	3	»	
A Communia terrae Vicari annuam unciam	onz	1	»	»	
A Communia terrae Ciminnae annos tarenos vigintiquatuor . .	onz	»	24	»	
A Prioratu Annunciationis dictae terrae Ciminnae annuos tarenos viginti, et grana tresdecim	onz	»	20	13	
Ab Archipresbytero Thermarum annuas uncias quatuor, et tarenos vigintiquatuor	onz	4	24	»	

Ab Archipresbytero Caccami annuas uncias quatuor, tarenos quindecim,

et grana novem	on7	4	15	9
A Beneficiali S. Eliae de Aquilegia annuos tarenos octo, et grana 15	on7	»	8	15
A D. Placido Gisulfo annuam unciam unam	on7	1	»	»
A D. Placido Andrea Romagnolo annuos tarenos viginti	on7	»	20	»
A D. Anna Maria Giacon, et Micciché annuos tarenos duodecim	on7	»	12	»
A D. Corrado Pistoja annuos tarenos novem	on7	»	9	»
A D. Francisco Galifi Bne Rauciditi annuos tarenos octo	on7	»	8	»
A D. Josepho Catania annuam unciam unam	on7	1	»	»
A Conventu Carmelitarum annuos tarenos vigintisex	on7	»	26	»
A D. Johanne Aloi annuos tarenos vigintiquinque	on7	»	25	»
A Societate S. Philippi Neri annuos tarenos quindecim	on7	»	15	»
A Conventu Misericordiae annuos tarenos vigintiquatuor	on7	»	24	»
A D. Josepho Callaxibetta annuos tarenos vigintiquatuor	on7	»	24	»
A D. Nicolao de Anna annuos tarenos tresdecim	on7	»	13	»
A Baronissa Ramarsura annuos tarenos duodeviginti.	on7	»	18	»
A Societate sub titulo Miseremini in duabus partitis annuos tar. 25	on7	»	25	»
A Magistro Cappellano Cathedralis Ecclesiae annuos tarenos 15.	on7	»	15	»
A Cappella S. Petri de Palatio annuos tarenos duodecim	on7	»	12	»
A Collegio Soc. Jesu in via Cassari Panormi tarenos duodecim .	on7	»	12	»
A Josepho Castajolo annuos tarenos septem, et grana decem . .	on7	»	7	10
A Confraternitate S. Catherinae annuos tarenos decem	on7	»	10	»
A Beneficiali S. Georgii annuos tarenos sex, et grana decem .	on7	»	6	10
A D. Leonardo Gentili annuos tarenos quatuor	on7	»	4	»
A Marchione Savochetta annuos tarenos vigintiseptem	on7	»	27	»
A D. Blasio Guastella annuos tarenos duodecim	on7	»	12	»
Pro pensione Conductionis, et locationis feudi S. Nicolai Nemoris prope terram Caccami annuas uncias centumoctuaginta.	on7	180	»	»
Pro diversis redditibus parvis in civitate Thermarum annuas uncias tres, et tarenos vigintisex, et gr. sex	on7	3	26	6
Pro diversis redditibus parvis in terra Caccami uncias quinque, et tarenos tresdecim quolibet anno	on7	5	13	»
Pro pensione conductionis domus Impressoris uncias triginta quolibet anno	on7	30	»	»
Item pro capitali legato a quondam D. Honuphrio Gaspa super loco dicto a *Boccadifalco* annuas uncias vigintiquinque	on7	25	»	»
Sunt in totum redditus supradicti unciae octingentum et una; tareni vigintiocto gr. 2. 3.	on7	801	28	2 3

Gravitiae, et stipendia

Pro duabus Missis quotidianis, altera cum eleemosyna unciarum duodeviginti pro quondam Leonardo Sottile, altera cum eleemosyna unciarum quindecim, in totum unciae trigintatres	on7	33	»	»
Rectoribus S. Barbarae annuas uncias duodecim.	on7	12	»	»
Ven. Monasterio S. Benedicti terrae Caccami annuas uncias viginti pro capitali unciarum quatuorcentum	on7	20	»	»
Rmo Rectori pro stipendio annuas uncias vigintiquatuor . . .	on7	24	»	»
Pro stipendio Mri Studiorum annuas uncias vigintiquatuor. . .	on7	24	»	»
Pro stipendio Subministri annuas uncias octo.	on7	8	»	»

Pro stipendio Detentoris annuas uncias duodecim	onz	12	»	»
Pro stipendio Procuratoris annuas uncias sex.	onz	6	»	»
Notario annuam unciam circiter	onz	1	»	»
Procuratori ad exigendum annuas uncias sex	onz	6	»	»
Barbitousori annuas uncias sex	onz	6	»	»
Medico Physico annuas uncias sex	onz	6	»	»
Magistro Aquae annuos tarenos vigintiquatuor.	onz	»	24	»
Latrici annuas uncias octo	onz	8	»	»
Pro Missa quotidiana, et Festis in ecclesia S. Nicolai de Nemore annuas uncias vigintiduas	onz	22	»	»
Communerio Matricis Ecclesiae annuos tarenos duodecim .	onz	»	12	»
Camerae Apostolicae pro quindennio annuas uncias trigiuta .	onz	30	»	»
Coquo annuas uncias tresdecim, et tarenos duodeviginti . .	onz	13	18	»
Subcoquo annuas uncias septem	onz	7	»	»
Sutori, et Janitori annuas uncias undecim, et tarenos duodeviginti.	onz	11	18	»
Valetudinario, et Refectorerio annuas uncias novem, et tarenos duodeviginti	onz	9	18	»
Fornario annuas uncias tresdecim et tarenos sex.	onz	13	6	»
Calceolario annuas uncias tres, et tarenos vigintiquatuor. .	onz	3	24	»
Servienti vulgo *Massaro* annuas uncias septem, et tar. vigintiquatuor.	onz	7	24	»
Pro reparationibus conductus aquae domus, et Ecclesiae in Feudo S. Nicolai, nec non pro reparationibus Seminarii annuas uncias sexdecim.	onz	16	»	»
Quare Gravitiae, et stipendia Seminarii ascendunt ad annuas uncias tercentum undecim, et tar. vigintiquatuor	onz	311	24	»

Restrictus

Introitus in totum ut supra.	onz	801	28	2	3
Ex quibus deductis gravitiis, ut supra	onz	311	24	»	
Remanent pro manutentione Seminarii unciae quatuorcentum nonaginta, tareni quatuor, gr. 2. 3	onz	490	4	2	3

Suppellectilia Ecclesiae Seminarii

In primis, una pianeta di color violato di tabì con piccolo merletto, e trena d'oro, con stola, manipolo, Borsa, palla, e velo, mediocri.

Un'altra di color violato di terzanello trenato d'oro, con stola, manipolo, borsa, palla, e velo.

Un' altra di color bianco di damasco, trenata d'oro, con stola, manipolo, borsa, palla, e velo.

Un' altra lavorata di rose d'oro falso, con stola, manipolo, borsa, palla, e velo.

Un'altra di color rosso di broccato d'oro con stola, manipolo, palla, borsa, e velo.

Un'altra di damasco rosso trinata d'oro falso con stola, manipolo, e palla mediocre.

Un'altra di tabì rosso con sua trena, e merletto d'oro, con stola, manipolo, borsa palla e velo.

Un'altra di terzanello rosso, nuova con suo merletto d'oro, stola, manipolo, borsa, palla e velo.

Un'altra di tabì verde con suo trino e merletto d'oro, stola, manipolo, borsa, palla e velo.

Un' altra di damasco verde trinata d'oro, con stola, manipolo, borsa, palla e velo.
Un' altra di damasco verde con trena di seta stola, manipolo, palla, borsa e velo.
Un'altra di baratto di seta nera con trena di seta, stola, manipolo, borsa, palla e velo.
Un'altra di alastra bianca con trena di seta, stola, manipolo, borsa, palla, e velo.
Un'altra di raso rosso ricamata d' oro, ed argento fino, con stola, manipolo, borsa, palla, e velo
Un palio di velluto con trino d' oro attorno, ed altri due consimili di broccato d' oro di color rosso.
Un'altro di terzanello violato con frinza, e trena di seta.
Un'altro di broccato piano, e rosso buono; un'altro di damasco piano, e suo treno di seta.
Altri due dipinti sopra tela. In tutto n. nove.

Ornamenta Sacristiae.

Tre genuflessorii uno mediocre, e due malamente addobbati.
Un quadro grande del transito di S. Giuseppe.
Un altro della Concezione con cornice.
Altro quadro, nel quale apparisce il ritratto del Can. D. Angiolo Greco, fu Rettore del Seminario.
Altri quattordici con cornice di legno nero.
Altri sei piccolini con cornice indorati, ed altri due della medesima maniera.
Un altro con cornice nera.
Un Crocifisso di noce con suo piedestallo, e cornice; tre banchi di noce.
Una Sedia di coiro con chiodi di rame giallo.
Una cassa di legno semplice con sua fermatura.
Una scafferrata con suoi scalini alti dorati, nella quale vi è posta l' Immagine della SS. Vergine delle Grazie con quattro candelieri, e vasetti dorati vecchi.
Una tavola ben grande mediocre.
Due coscini per il sopragenuflessorio mediocri.
Una cornice dorata con il preparatoria alla S. Messa.
Un'altra cornicetta coll'orazione, ed Antifona di S. Giuseppe, vecchia.
Una cassetta vecchia per li Purificatori.
Un marzapane per le Ostie.
Due ferretti, e tavolette per le Ostie, ed una cornicetta.

Ornamenta pro Altaribus

Numero ventiquattro candelieri usati vecchi dorati con due Croci.
Num. 24 vasi di legno dorati usati.
Num. 12 candelieri dorati nuovi.
Num. 10 candelieri di legno dorati, che si pongono sopra l'altare.
Num. 24 rami di carta di argento, e di carta rossa, usati.
Numero 12 rami di carta di argento, e di carta rossa, nuovi.
Un Crocifisso di rame colla Croce di ebbano.
Tre barle dorate per gli Altari.
Cinque corporali, e 22 purificatori usati.
Cinque camisi, due di tela delicata con guarnizione mediocre.
Quattro ammitti con zagarella di seta incarnata.
Quattro cingoli, uno di finissima qualità.
Una cotta semplice buona: 14 tovaglie di Altare: sei fazzoletti, e 3 tovaglie per lavar le mani.

. Quattro Missali; e 9 Quadretti per sopra l'Altare.
Due piatti di stagno, e 4 ampolline di vetro.
Due dischi di legno, ed uno di rame dorato.
Un tavolino a lato dell'Altare Maggiore con una portiera di panno verde.
Berrette tre per li Sacerdoti, ed una tovaglia di seta bianca per la Comunione.
Un'altra tovaglia di seta torchina per cuoprire il tavolino.
Una bussola indorata per conservare l'ostie.
Un tabernacolo di legno indorato.
Due padiglioni uno di alastra con trena di argento fino, l'altro di stoffo fiorato con sua guarnizione di argento fino.
Un lampiere di rame giallo; una stagnatella per l'olio.
Tre campanelle di metallo, ed una nella porta della Sacristia.
Una corona di Rame colla palma di smalto per S. Barbara.
Due tappeti rossi, una cappa di lama rossa con trena d'oro, ed argento fino con stola etc.
Due cammisi di tela fina, guarnizione ben grande fina con cingoli, ed ammitti.

Argentum Ecclesiae

Un lampiere di libre otto ed once undici.
Una corona, e palma di S. Barbara di peso libre due, ed once sei.
Num. cinque calici, e cinque patene con piedi di rame indorato; pesa ognuno once 6.
Un incensiere, e navetta con cocchiarella libre due, ed once sei. Un secchio con sua sponghia.
Un reliquiario con suoi fiori, ed un'altro reliquiaretto di peso libra una.
Due Chiavi di argento indorate: un ciborio con coverta ricamata di argento; e per fine un'Organo.

Decreta

Illmus et Rmus Dnus Visit. Gnlis decrevit, atque mandavit, quod qui Seminario contribuere juxta taxam tenentur summam debitam per semestre antecipate persolvant, ad quem effectum Judex Regiae Monarchiae ad simplicem Rectoris extrajudicialem requisitionem, brachio sui Tribunalis sequestrum apponi statim faciet super redditibus debitorum.

Cum nil magis Latinae Ecclesiae fuerit cordi, quam Graeci ritus homines, qui Italiam praesertim incolunt, eximia charitate fovere, atque pietate simul, ac literis instruere, Archiepiscopus unum saltem Alumnum Graecum ex Oppido Medii-Jussi in Seminario gratis educari, atque erudiri omnino faciat.

Quod quidem vero Seminarii redditus ita oneri impares sunt, ut quolibet anno in centumquatraginta circiter uncias exitus Introitum superest, Illmus, et Rmus Dnus Visitator, ne augendae taxae necessitas sit, quod non sine difficultate fieri posset, curam Archiepiscopalem excivit, ut unione Beneficiorum liberae collationis, et per fidelem observantiam superioris decreti, de non ordinandis extra seminarium pueris, ita redditus ejusdem quantocius augeat, ut, et indigentiis loci, amplitudini aedificii, et splendori simul, ac propagationi literarum, institutis in eo novis Cathedris, consulatur; si secus egerit, de fructibus suae Mensae, quod opus fuerit ministrabit.

Ad haec, cum ex solis quatraginta Convictoribus uncias quatrincentas seminarium lucrari possit, atque ex his sex lectores, stipendia congrua habere facile valeant, Illmus Dnus Visitator reliquum lucri ex unione Beneficiorum, et Convictorum majori numero indigentiis, et fabricae loci attribuens addixit summam praedictam quatuorcentum unciarum sex Lectoribus praecipiens, ac mandans, quod ad Ecclesiae Dignitatem, Urbis decus, et Ecclesiasticae ac Civilis Societatis commodum, atque profectum, sex instituantur in Semi-

nario Cathedrae. Una Geometriae cum Instructionibus Astronomicis, et Geographicis, et tractatu Computi Ecclesiastici; 2. Facultatis Philosophicae ad Clarissimorum hominum, qui hoc saeculo floruerunt, mentem; 3. Dogmaticae; 4. Juris Civilis et Sacrorum Canonum; 5. Juris publici; 6. Linguarum Graecae, et Hebraicae. Praeterea ad quatuor singulis mensibus exercitationes Academicae habeantur, una quaque scilicet in hebdomadas singulas; Prima nempe super quaestionibus Sacrae Scripturae. II. Super Historia Ecclesiastica critica. III. Super re liturgica critica, et IV. Antiquitatum, sive Nummorum, et Inscriptionum.

Qui literarium pro veteri Seminarii more cursum expedierint adolescentes, ad defecatiora ejusmodi studia admittantur.

Porro Scholae ejusmodi in inferioribus Seminarii conclavibus statuantur, quae portam alteram ex interiori Atrio, pro Seminarii Adolescentibus, alteram è publica via pro reliquis Urbis Clericis habeaut. Hi vero ne illis intermisceri queant, clathra, aut ligneo columellarum septo interposito distineantur.

Caeterum innovans Illmus, et Rmus Dnus Visitator sancita per Regium Visitatorem Jordinm, mandavit, quod Alumni, qui Patrimonium ad legitimam substentationem non habent, Beneficiis, et Vivanderiatibus liberae collationis ordinariae omnino provideantur, ne procurandi sibi victus causa habitum dimittere compellantur, ac Seminarium post eorum alimoniae sumptus spe servitii Ecclesiastici frustretur. Ne vero id amplius accidat idem Illmus Visitator decernit, quod Archiepiscopus, aut adolescentes Patrimonio carentes, in seminarium non admittat, aut admissos, literario cursu peracto, propriae Mensae fructibus alet, donec eos de beneficio providerit, aut demum si Clericalem habitum ob inopiam ipsi demiserint, Seminario ex redditibus Archiepiscopalibus expensas restituat alimentorum. Sub eodem quoque onere cavebit Archiepiscopus, ne quemquam in Alumnum admittat nisi praestita paenes acta Archiepiscopalis Curiae idonea cautione Ecclesiastica, de restituendis Seminario Alimentis, si ad laicalem redierit statum aut habitum Religionis assumpserit, vel Clericus saecularis existens, ad sacros ordines non ascenderit.

Sancta Rlis Visitatio Abbatiae S. Johannis de Bayda nunc Conventus PP. S. Francisci de Observantia, adnexae Archiepiscopatui Panormitano habita per Illmus, et Rmus Dnus D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Genlem Visitatorem die 5 Septembris 1741.

Manfredus Claramontanus, empto fundo in Baydae territorio ab Archiepiscopo Panormitano cum adsensu Urbani Papae VII anno 1388, exaedificavit per amplam elegantissimae structurae Ecclesiam Beatae Virgini Mariae nuncupatam, adjunxitque Monasterium, quod Monachis Cisterciensis Ordinis inhabitandum tradidit, ut in ea sacra peragerent, et omnia Divini Cultus servitia obirent. Tandem anno 1499 Mensae Archiepiscopali Panormitanae Ecclesiae cum Monasterio adnexa fuit, ut ex Regiis, Pontificibusque Diplomatibus. Cumque Johannes Paternionis Archiepiscopus Panormitanus templum, et coenobium reparaverit, exornaveritque, atque S. Johannis Baptistae dedicaverit, Monasterium inde S. Johannis deBayda, dici coepit. Perseveraverunt adhuc in dicta Abbatia Monachi Cisterciences, sed his tandem surrogati fuerunt Fratres Ordinis Carmelitani, quod Regius Visitator Franciscus Puteo anno 1583, in suo hujus Ecclesiae lustro in Abbatia degentes invenit. Verum, et ab iis quoque relicta, denique anno 1596 ab Archiepiscopo Panormitano D. Didaco de Ajedo, Fratribus Minoribus S. Francisci de observantia fuit concessa. Iam olim Regii Visitatores fabricis hujus Ecclesiae, et Monasterii, Jocalibus plurimis ordinationibus providerunt; sed consultissime omnium Regius Visitator Jordius praecepit, quod Archiepiscopus quolibet anno uncias saltem quinquaginta ex redditibus Archiepiscopalis Mensae persolveret pro fabricis, et Jocalibus Ecclesiae, et Monasterii. Ecclesia modo Sacramentalis est, pro ad ministrandis Sacramentis iis, qui ruri degunt; Septem constat Alta-

ribus, eique adherent Sacristia, et Cappella S. Johannis Baptistae, in qua excellentissima Sancti Praecursoris statua marmorea conspicitur. Monasterium, sive Conventus duobus constat Conclavibus, sive dormitoriis, et Officinis pluribus, illudque inhabitant viginti Fratres sub regimine Guardiani. Fabricae Ecclesiae, et Monasterii vetustissimae, et ruinam minantur ex parte, qua propter magna indigent reparatione.

Ad hanc itaque Abbatiam visitandam Illmus et Rmus Dnus Visitator Gen. die 5 Septembris 1741, accessit, ubi pro more honorifice exceptus, visitavit SS. Sacramentum, oleum Sanctum, Sacras Reliquias, Altaria omnia, suppellectilia, Sacristiam, integramque Ecclesiam, et Cappellam S. Johannis Baptistae, Confessionalia ac reliquas Ecclesiae partes. Visitavit subinde Monasterium, seu Conventum, Dormitoria, Chorum, librosque Chorales, Officinas, ac omnes Ecclesiae, et Monasterii fabricas interiores, et exteriores. Perlustravit etiam servitium Divini Cultus Fratres, et regularum Ordinis observantiam, de quibus omnibus praesentatae etiam relationes fuerunt in Officio S. Regalis Visitationis, ipsis itaque discussis, et examinatis, atque admissis citra praejudicium etc. idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator nonnulla sancivit, et mandavit, prout inferius. Porro sacrae reliquiae, Jocalia, et suppellectilia Ecclesiae, quae Dnus Visitator reperit, sunt quae sequuntur.

Sacrae Reliquiae

In primis ex Ligno Crucis D. N. I. C.
Reliquia S. Johannis Baptistae
Reliquia S. Andreae Apostoli
Reliquia S. Patris Francisci
Reliquia S. Clarae Virginis
Reliquia S. Antonii de Padua
Reliquia S. Pasqualis Baylon
Reliquia S. Catherinae de Bononia
Reliquia S. Aloysii Gonzagae

Jocalia, et suppellectilia

In primis, una sfera grande di argento con il piede di rame per l'esposizione del SS. Sacramento.

Tre calici ordinarii, cioè due di argento, ed uno con il piede di rame.

Una pisside di argento nel Sacro tabernacolo, ed una piccolina col piede di rame per il SS. Viatico degl' Infermi nella campagna.

Un vasetto di argento, dove si conserva l'Ostia consacrata, o sia Perpetuo.

Un incensiere con sua navetta, vaso dell'acqua benedetta, col suo aspersorio di argento.

Un diadema di argento per la statua del glorioso S. Giov. Battista.

Un ostensorio di argento per l'esposizione delle S. Reliquie.

Una cappella di drappo di seta incarnatà nuova gallonata di argento falso con cappa, palio di altare, e tosellino uguali, con una casupula di asperino usata.

Num. sedici casupole di diversi colori, alcune di seta, ed altre di lama.

Due tappeti di lana vecchi.

Un palio di croce, violato.

Un' Ombrella di damasco rosso ordinario, e stendardello di raso bianco, che servono per il SS. Viatico nella campagna.

Tre padiglionetti per la pisside

Due portaletti per la custodia

Un coscino di damasco rosso per l'Altare Maggiore.

Altri coscini di tela per gli altari.

Venti candelieri di legno dorati con vasi, e ramette ordinarie per ogni giorno.

Sedici tovaglie d'altare usate, e vecchie.

Quattro tovaglie di mano nella Sacristia.

Alcuni corporali, e purificatori per le messe, parte buoni, e parte vecchi.
Num. dieci camisi, ed amitti buoni, e mediocri, e parte vecchi.
Una tovaglia di seta rossa per le spalle del Sacerdote, quando si porta il SS. Viatico.
Num. quattro Missali, ed un lampiere di rame.

Decreta

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis inhaerens ordinatis per Regium Visitatorem Jordium, decrevit, atque Regia auctoritate praecepit, quod Archiepiscopus ex redditibus propriae Mensae uncias saltem quinquaginta pro fabricis, et jocalibus dictae ecclesiae, et Monasterii, sive Conventus quotannis in perpetuum, sub poena sequestri, persolvat: plus vero si major judicio peritorum necessitas fuerit, quam summam anticipatis solutionibus, in tabula Panormi in die S. Johannis deponat a Maragmeriis Ecclesiae Cathedralis pro opportunitate expendendam ad requisitionem, et voluntatem Custodis, seu Guardiani, et cum intelligentia Archiepiscopi.

Quia vero quintus est sui Praesulatus annus, quo summam praedictam minime persolvit, idem Dnus Visitator decrevit, quod Archiepiscopus summam non solutam unciarum biscentum quinquaginta intra bimestre, ut supra, in Tabula Panormi deponat.

Quod si super praemissis secus egerit, Maragmerii tum summam unciarum biscentum quinquaginta post bimestre, cum annuam post statutum diem manu Regia, et brachio tribunalis Patrimonii super redditibus Mensae Archiepiscopalis diligenter exigent sub poena solvendi de proprio.

Item Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, refici orificia pixidum, tabernaculum conopeis colorum pro tempore instrui, armariolum oleororum deorum serico violaceo interius adornari: Confessionalia ad formam S. Caroli reformari, ac crate lignea praeter laminam muniri; altaribus omnibus pulvinaria serica pallia, ac tabellas comparari: pavimentum ante aram maximam renovari: tectum refici, ac totam Ecclesiam, Cappellasque dealbari: Aediculam item S. Johannis integre in omnibus restaurari, et interius ad decentiore faciem reduci. Humiditati Claustri occurri reparato, intectoque deambulacro, ac denique Conventus pavimentum, portas schalae, ac muros rimosos refici.

Sancta Regalis Visitatio Prioratus S. Mariae de Gratia, nunc Conventus Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia, adnexus Archiepiscopatui Panormitano, habita per Illmum, et Rmum Dominum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Genlem Visitatorem die Decima Septembris 1741.

Prioratus S. Mariae de Gratia, distans ab Urbe Panormi per tria Milliaria, olim Monasteriu S. Nicolai de Gurguro Ordinis Cisterciensis, a quo fuerit istructus, ignoratur. Inter monumenta tabularii Ecclesiae Panormitanae reperitur Instrumentum circa Willelmorum tempora, scriptum, in quo fit mentio cujusdam Theodori, qui Monasterium S. Nicolai extruxit extra Urbis Panormitanae maenia in via, quae tendit ad Corleonem; sed ipsum illud idem de Gurguro fuerit, non plene liquet; tempore etiam initii nulla memoria extat reperitur adnexus Mensae Archiepiscopali Panormitanae, sub qua Monachi S. Benedicti illum inhabitarunt, ut qualem anno 1542, Prior, tres Sacerdotes, et unus Clericus eiusdem Ordinis ibi adhuc degerent, qui omnia Ecclesiae et Divini cultus servitia explebant, ut testatur Regius Visitator Franciscus Vento, in suo hujus Prioratus lustro. Discesserunt inde Monachi Benedictini, et Curae clericorum Saecularium fuit Ecclesia demandata, in quo statu Regius Visitator Puteus illam inveniens reperiit ibi Ecclesiasticos quatuor, duos scilicet Sacerdotes, et duos clericos dictos Diaconos, qui Ecclesiae inserviebant. Denique ad Fratres Ordinis S. Francisci de Observantia ex concessione Ar-

chiepiscopi pertransiit, qui et modo tenent. Fabricis Ecclesiae, Monasterii, nec non Jocalibus, et suppellectilibus pro Divino cultu Regii Visitatores variis ordinationibus providerunt, et tandem Philippus Iordius praecepit pro fabricis Prioratus solvi per Archiepiscopum debere redditibus Mensae quolibet anno in perpetuum uncias viginti.

Ecclesia ut modo extat, tribus constat Altaribus, habet nimis angustam Sacristiam, chorum, et turrim campanariam duabus instructa campanis: Conventus inde duobus constat dormitoriis, quorum unum habet cellas novem, alterum quatuor. Sunt, et necessariae Officinae, nec non viridariolum, et sylva contigua, quae iisdem fratribus concessit Didacus de Haedo Archiepiscopus Panormitanus, in eo autem commorantur quatuordecim Religiosi sub Regimine Guardiani, qui omnia Ecclesiae, et Chori servitia explent, et Sacramenta administrant Infirmis, qui ruri degunt.

Ad hunc itaque Prioratum lustrandum Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis die X Septembris 1741 se contulit, ubi honorifice pro more exceptus, visitavit SS. Sacramentum, oleum sanctum, Altaria omnia, Sacristiam, et Ecclesiae iocalia, et suppellectilia, Confessionalia, omnesque, et singulas Ecclesiae partes, chorum, librosque Chorales, Conventum, Dormitoria, cellas, Officinas, et omnes alias fabricas dictae Ecclesiae, et Conventus interiores, et exteriores (quas aliqua ex parte ruinosas, et omnes magna reparatione indigas invenit). Visitavit pariter religiosos, nec non servitium Divini Cultus, et Regularum Ordinis S. Francisci observantiam; de quibus omnibus fuerunt pariter relationes praesentatae in Officio Sanctae Regalis Visitationis. Cumque ipse Illmus, et Rmus Dnus Visitator eas discussisset, et admisisset citra praejudicium etc. nonnulla censuit decernenda prout inferius. Porro haec sunt, quae invenit.

Iocalia, et Suppellectilia

Lampieri N. tre d'argento

Due Corone d'argento, una per la Madonna, l'altra per il Bambino con cinque stelle d'argento.

Due Calici di argento con suoi piedi di rame dorato con due patene.

Un' incensiere con navetta, e cocchiarino d'argento.

Un vaso per l'acqua benedetta con il suo asparsorio di argento.

Una sfera per l'esposizione del SS. Sacramento di argento col piede di rame dorato.

Una pisside, e chiave di argento per il tabernacolo.

Pianete N. dodici di diversi colori per il rito.

E più N. tre pianete vecchie.

Quattro camici nuovi con suoi ammitti, e cingoli.

Due Camici vecchi.

Tre portaletti avanti il tabernacolo.

Due padiglionetti per la pisside.

Numero sei veli di calici mediocri; sei corporali.

Cinque tovaglie di Altare, e tre palii per avanti gli Altari.

Due vecchie paranze, cinque di candelieri, vasi, e fiori di carta vecchia, ed un Stendardo per il Viatico.

Sei lampioni per associare in Venerabile, tre lampieri di rame, e due campane piccole.

Decreta

Quoniam Regius Visitator Iordius ex Mensae Archiepiscopalis redditibus, solvi quotannis in perpetuum praecepit uncias viginti pro fabrica Prioratus, depositandas primo die mensis septembris ad dispositionem Maragmeriorum Cathedralis, atque Illmus, et Rmus

Dominus regius Visitator invenit, eas per Archiepiscopum hactenus non solutas, mandavit, quod idem Archiepiscopus deponat in tabula pro quinque annis sui Praesulatus summam unciarum centum, et subin quotannis in perpetuum stato die, ut supra, uncias viginti, quas quidem Dnus Visitator erogandas declarat pro fabrica Ecclesiae, et Conventus, ac pro suppellectilibus, et iocalibus ecclesiae, nisi maiorem summam occurrens necessitas postulaverit.

Item Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator, mandat totam ecclesiam, eiusque muros choros, et sacristiam, pavimentum, tectumque refici, confessionalia ad formam S. Caroli reduci, quotidiana paramenta Sacra omnium colorum comparari Altaria suppellectilibus omnibus instrui, libros Chorales, cancellos Chori, et scalam Conventus renovari, Conventum ipsum undique reparari, illudque aqua salienti necessaria provideri.

Jam vero quoniam fabrica Prioratus praedicti, quae nimis undique paucos ante menses laborabat, modo jam in parte collapsa est, ob non curatam ab Archiepiscopo reparationem, et in partem minatur ruinam, Illmus, et Rmus Dnus Visitator Maragmeriis mandat sub poena solvendi de proprio, quod a Peritis recognosci statim fabricas curent, tum vero Archiepiscopo denuncient, et summam necessariam ab eo deponi postulent, alioquin manu Regia, brachioque Tribunalis Patrimonii eam exigant super redditibus Mensae Archiepiscopalis, et fabricae actutum succurrant.

Quod pariter facient pro faciendis reliquis superius ordinatis.

Sancta regalis Visitatio Abbatiae S. Michaelis de Gulfa adnexae Archiepiscopatui Panormitano, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Genlem Visitatorem, tempore Visitationis Ecclesiae Cathedralis.

Robertus Wiscardus templum peramplum eleganti structura aedificavit prope sinum vulgo Gulfum Soluntli in Casali Aylyel, illudque cum S. Michaeli Archangelo nuncupasset eodem Casali donavit, ac Caenobium adjunxit, quod Monachis Ordinis S. Basilii inhabitandum tradidit, ut Ecclesiae inservirent. Deseruerunt postmodum dicti Monachi Abbatiam, nullisque aliis deinceps alterius Ordinis subrogatis Sacerdotibus, eo misserime devenit, ut anno 1542, sicut prodidit Visitator Franciscus Vento, fabricae ruinam minarentur, servitium Divini cultus desiisset, et jam evasisset latronum spelunca. Quare anno tandem 1583 Regius Visitator Franciscus Puteus dictam Abbatiam perlustrans, inveniensque fabricas semidirutas, mandavit profanari Ecclesiam, et quicquid fabricae Monasterii adhuc extabat, demoliri, praecipiens insuper, quod extrueretur Cappella Sancto Michaeli sacra in Cathedrali, ibique asportaretur ejus perceleberrimum et elegantissimum marmoreum simulacrum quod in antiqua Ecclesia de Gulfa prostabat

Eam itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis in perlustratione Cathedralis Ecclesiae cum visitasset, praecepit, ut infra.

Cum profanata ejusmodi Abbatia translatus fuerit titulus ad Cappellam in Cathedrali, proin erectam sub invocatione Divini Michaelis curae erit Archiepiscopo ex redditibus Mensae eam pro dignitate necessariis omnibus perpetuo instruere, et festum Archangeli tutelaris in ea solemniter celebrare.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae Parochialis S. Jacobi vulgo della Marina adnexae Archiepiscopatui Panormitano habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Genlem Visitatorem sub die 13 Mensis septembris 1741.

Ecclesia S. Jacobi vulgo nuncupata della Marina, eo quod prope Mare jam olim erat, vel alias de Burgo, quia olim extra Urbis maenia reperiebatur, antiquissima est, cura Parocchiali condecorata, et adnexa Archiepiscopatui, ex quo pro medietate tantum ad Ca-

pitulum, sive Canonicos Ecclesiae Cathedralis devenit. Habebat olim longe protensos Parochialis Jurisdictionis fines, nempe ad Regium usque Castrum, et locum dictum S. Luciae, quae tandem Pareciae S. Jacobi fuerunt subtracta. Ejus proventus, qui antiquitus, ut prodit Regius Visitator Jordius ascendebant ad summam unciarum quatrincentarum, ad Archiepiscopum, et Capitulum pro medietate spectabant. Cura vero Parochialis exercebatur per duos Curatos amovibiles, quorum unum Archiepiscopus, alterum Capitulum eligebant, quibus adsignatum super Parochialibus proventibus stipendium erat.

Anno deinde 1600 cum inter Senatum Panormitanum, et Archiepiscopum fuisset inita concordia confirmata tum per Bullam Clementis Papae VIII, eaque conventum, quod, Senatus stipendium suppeditaret Parochis, ut gratis Fidelibus Sacramenta administrarent, et simul eorum praesentationem acquireret. Parecia etiam S. Jacobi hujusmodi concordiae fuit inaugurato supposita absque scilicet consensu Regis; Ne vero Archiepiscopus, et Capitulum quidquam amplius a Paroco exigerent, Senatus se obligavit solvere quolibet anno centum Archiepiscopo, et totidem Capitulo. Remansit nihilominus tunc ambobus in signum antiquae Jurisdictionis jus eligendi duos Maragmerios, qui redditus Pareciae administrarent, sed, et id juris tandem etiam remiserunt, vigore transactionis initae die 16 Junii anni 1710 per acta Notarii Philippi Lionti, pluribus interjectis pactis, et condictionibus, quibus administratio redditunm Pareciae transiit in Parochos, tanquam irrevocabiles Procuratores Archiepiscopi, et Capituli.

Ecclesia modo opere, et pietate semper laudanda Rev. D. Angeli Serii, qui ad praesens, Parochus est, et nuper ob egregiam morum probitatem, ac doctrinam Inquisitor Fiscalis S. Officii fuit renunciatus, integre restaurata, magna marmoreorum et aliorum pretiosissimorum lapidum copia, picturis, ac aliarum elegantissimarum rerum apparatu conspicuo, inter celebriora urbis Panormi templa praefulget, eaque jocalibus, suppellectilibus, et ornamentis non modo sufficienter instructa, verum cumalata potius, atque ditata est proprio ipsius Parochi aere, qui et aulas extruxit Ecclesiae contiguas a Cappellanis noctu, diuque inhabitandas pro meliori, promptiorique Ecclesiae, et Divini Cultus servitio.

Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis die 13 mensis septembris anni 1741, ad hanc Ecclesiam se contulit, ubi honorifice de more a Parocho, et Cappellanis exceptus, visitavit SS. Sacramentum, fontem Baptismalem, Olea Sancta, Sacrarium, Altaria omnia, Sacristiam, mobilia, et Jocalia Ecclesiae, confessionalia, omnesque Ecclesiae partes, nec non fabricas omnes interiores, et exteriores, turrim campanariam duabus instructam campanis, et horologium, quod sonitu duarum campanarum horas, earumque quatranctes indicat; curam item Parrocchialem, ejusque libros, servitium Divini Cultus, et officia Cappellanorum. De quibus omnibus praesentatae Relationes per dictum Parochum in officium Sanctae Regalis Visitationis fuerunt per ipsum Illmum Dnum Visitatorem examinatae, et discussae, admissaeque citra praejudicium etc. qui, et nec tantum edixit.

Quoniam mira Parochi in sponsam suam munificentia, et amor eam Ecclesiam inter splendidiores urbis evexit Illmus Dnus Visitator emeritis laudibus illius pietatem, ac diligentiam cumulans, dumtaxat mandavit.

Fontem Baptismalem ciborio, et conopeo instrui ac cellis ferreis circumdari, urmariolum oleorum Sacrorum serico violaceo, et continula ductili interius ornari; Denique confessionalia juxta instructionem S. Caroli reformari, ac crate lignea ultra laminam muniri.

Sancta Regalis Visitatio Abbatiae S. Johannis, et Hermetis, sive Eremitarum adnexae sex Canonicatibus Regiis Cathedralis Ecclesiae Panormitanae habita ab Illmo et Rmo Dno D. Johanne Angelo de Ciocchis Regio Gen. Visitatore sub die 31 Augusti 1741.

Fertur Gregorium Magnum ubi nunc visitur Abbatia S. Johannis de Eremitis templum Divo Johanni et S. Hermae, seu Hermeti Sacrum extruxisse, quod sub diutina Sarace-

norum tyrannide eversum Rogerius Rex anno, quo corona regia fuit redimitus, a fundamentis excitavit, ac pariter Divo Johanni dicatum plurimis latifundiis bonis, et privilegiis pro sua regali munificentia ditavit, ut ex ejus privilegio anno 1148 mense julii lucubrato, adjunxitque coenobium, quod accitis è Monte Virginis in Apulia Monachis Ordinis S. Benedicti, qui vitam Eremiticam agebant, inhabitandum tradidit, unde ei nomen S. Johannis de Eremitis accessit. Pari subinde munificentia erga hoc templum, et cœnobium uti sunt Reges Willelmi, aliique successores, qui amplissimas adjunxerunt donationes, ut liquet ex eorum privilegiis.

Olim dicta Abbatia, et Monasterium ab Abbate Monacho regebatur, verum anno 1430, Clericis saecularibus fuit comendata, qui eam saeculo fere integro administrarunt. Tandem Carolus V Imperator, et Siciliae Rex, cum reperiisset Ecclesiam Cathedralem Panormitanam sex antiquis Canonicatibus injuria temporum carentem, quorum praebendae extinctae erant, splendori illius Cathedrae provisurus, sex antiquos Canonicatus deficientes restituit, illisque in Praebendam adscripsit hanc Abbatiam S. Johannis de Eremitis, quin, et ipsis perpetuo Summus Pontifex Clemens VII univit, ut ostendunt diploma Imperatoris die 12 decembris anno 1523, et Pontificia Bulla data Romae pridie nonas aprilis Pontificatus anno I. Porro unio effectum sortita est, hac lege, ut in Monasterio quatuor perpetuo essent Monachi Sacerdotes Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, et duo conversi, quibus fuerunt assignatae super feudo *delli Rifesi* unciae quinquagintasex, videlicet quinquaginta pro victu et substentatione Monachorum, et sex pro parvis reparationibus, et aliis occurrentiis Monasterii. Hoc etiam adjectum, quod si quando magna, et notabilis ruina illius fabricis, aut immineret, sive accidisset impensa restaurationis è redditibus ipsius Abbatiae ad Canonicos praesentes, et futuros spectaret, fieretque arbitrio Regio, et Viceregio, ad quod se, obligasse Canonicos produnt Regii Visitatores Franciscus Vento, et Philippus Jordius inito publico instumento conventionis cum Monachis Ordinis S. Benedicti commorantibus in Monasterio Montis Regalis.

Eumdem Monachorum numerum, qui tenebantur quotidie sacra peragere, et diebus festis Missas cantare, et alia Ecclesiastica munia obire eamdem supradictam summam dari, invenerunt Regii Visitatores Arnedus, et Jordius in suis hujus Abbatiae lustris, atque ultimus, cum Punctatorem instituisset pro deficientiis Canonicorum Eremitarum a servitio Divini cultus in Cathedrali mulctas, sive faltas jocalibus, et ornamentis dictae Ecclesiae S. Johannis de Eremitis dari praecepit.

Forma praesens hujus Abbatiae eadem est, idemque Monachorum numerus retinendus, eademque summa pro eorum victu, atque Canonici sex nuncupati Regii, qui hujus Abbatiae commendatarii sunt Abbates, adhuc hodie ad praesentationem Regiam pertinent, sunt in praesentiarum.

D. Antonius Franchina Inquisitor Tribunalis S. Officii.
D Ioseph Espoz.
D. Raymundus Turruella.
D. Joseph Castelli.
D. Salvator Pilo.
D. Johannes Tracuzzi.

Illmus, et Rmus Dnus Gen. Visitator die 31 mensis augusti anno 1741, ad Abbatiam S. Johannis de Eremitis se contulit, ubi honorifice pro more exceptus, visitavit SS. Sacramentum, olea Sacra, Altaria omnia, Confessionale, ac caeteras Ecclesiae partes, sacristiam, ejusque mobilia. Subinde vero Monasterium, cellas Monachorum, Officinas, et omnes, et singulas demum partes, fabricasque interiores, et exteriores dictae Ecclesiae, et Monasterii. Visitavit similiter Divini Cultus servitium, disciplinamque monasticam, nec non bona, et redditus ipsius Abbatiae, quae spectant ad Canonicos Abbates, eorumque onera, et gravitias, de quibus omnibus praesentatas relationes respective per Canonicos

Abbates, et Monachos in Officio S. Regalis Visitationis, cum Illmus, et Rmus Dnus Visitator discussisset, easque admisisset, si, et in quantum etc. nonnulla demum censuit decernenda, prout inferius.

Bona, et Redditus Abbatiae

Bona Abbatiae S. Johannis de Eremitis descripta habes in actis Visitationis Ecclesiae Cathedralis in titulo III. §. 2.

Suppellectilia et Jocalia Ecclesiae

In primis una cappa di drappo giallo.
Apparati di Messe numero dieci, de' quali tre usati, e sette rappezzati.
Palii di altare numero quattro, due di drappo antico, e due di legno pittati.
Un padiglionetto di color rosso, e un altro murato per cuoprire la custodia.
Camici numero sei usati, ed uno buono con suoi cingoli, ed ammitti.
Cotte numero tre ordinarie.
Tovaglie di altare numero sèi.
Calici tre con tre patene.
Candelieri numero 24 con suoi vasetti, e rametti per adornare li tre altari.
Ampolline paja tre, con tre piatti, e faccioletti.
Purificatori numero diciotto.
Corporali numero sei.
Campanelle di messe numero tre.
Un cofessonario.
Porro cum Illmus, et Rmus Dnus Visitator perlustrasset Archivium sex Canonicorum S. Johannis de Eremitis existens in Cathedrali Ecclesia, invenit Privilegia, quae sequuntur.

Privilegia.

In primis, Privilegium Friderici Regis Siciliae datum Panormi mense maii 1207, quo confirmat omnia bona possessa ab Abbatia S. Johannis de Eremitis, et concedit dicto Monasterio facultatem construendi Molendinum in flumine Oreti cum immunitate gabellarum.

Item transumptum Privilegii Regis Willelmi Secundi, quo confirmat omnia concessa Monasterio a Willelmo ejus patre, datum Panormi mense novembris 1267, trasumptum per acta Notarii Raynaldi de Escluso Panormitano die 10 decembris ejusdem anni.

Item transumptum Bullae Gregorii Papae datae mense octobris anni XIII sui Pontificatus, quo confirmat omnia bona donata dicto Monasterio et trasumptae per acta Notarii Petri Collera die 4 decembris 1341.

Item Bulla Clementis VI, data Avinione anno 1347, qua confirmat omnia bona Monasterio.

Item excomunicatio Innocentii VII contra usurpatores bonorum dicti Monasterii, data anno 1352.

Item trasumptum per acta Notarii Antonii de Apria Panormitani die 17 novembris 1435, Privilegiarum fundationis, et dotationis factarum a Rege Rogerio, datum mense Iulii 1148, et Confirmationis Regis Willelmi peractae mense novembris 1166.

Item Privilegium Regis Johannis datum Barcinonae die 12 octobris 1477, quo confirmat Abbati D. Philippo de Aragona Privilegium Fundationis et Dotationis Regis Rogerii, datum mense Julii anno 1148.

Item Bulla Clementis Papae VIII data Romae die 4 Aprilis anni 1524, pro erectione Canonicatuum de Eremitis Regii Patronatus.

Item Monitorium contra eos, qui perturbarent Canonicis de Eremitis usum Pontificalium, datum Romae primo Junii 1645.

Item, et alia scripturarum volumina respicientia fundationem, bona jurisdictionalia, et alia etc.

Decreta.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis mandavit, quod sex Canonici Eremitarum intra semestre producant in Officio Sanctae Regalis Visitationis adsensum Regium super contractibus emphyteuticis, et transactionibus initis quoad feuda, bona, jura, ad dictam Abbatiam pertinentia, aut sua jura promoveant pro nullitate, aut rescissione contractuum, et conventionum.

Item decrevit, quod in Ecclesia dictae Abbatiae armariolum oleorum Sacrorum sub altari positum transferatur ad murum Ecclesiae: Confessionale crate lignea ultra laminam, et tabellis casuum reservatorum instruatur: Cappella S. Johannis titularis novo opere plastico exornetur, ejusque altari nova tabella secretorum comparetur et renovetur pictura SS. Sacramenti: Altari S. Gregorii tela cerata cooperiatur, ac tota Ecclesia interius dealbetur.

Quod semper in Monasterio ejusdem Abbatiae morentur de familia quatuor Monachi Sacerdotes ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, et duo Conversi ejusdem Ordinis, qui quotidie Cultui Divino, et alii negotiis necessariis ipsius diligenter intendant.

Quoniam vero experientia compertum est, non semper eumdem Monachorum numerum in eodem Monasterio toto anno persistere, nec omnes quotidie in eadem Ecclesia Divino Cultui vacare in fraudem Viceregiae determinationis de anno 1524, Illmus, et Rmus Dnus Visitator decernit, quod si de caetero numerus constitutus Monachorum defecerit aut ii Divino Cultui quotidie vacare desierint, agant Canonici coram exequutoribus Sanctae Regalis Visitationis pro sequestro dictarum unciarum quinquaginta, manu Regia, et sine figura judicii apponendo, tum vero crescente contumacia Sacram Regiam Majestatem pro gravioribus remediis supplicabunt.

Porro Illmus, e Rmus Dnus Regius Visitator Gen. mandavit, quod promoveri curentur jura Regalis Abbatiae contra venditionem, reservato jure luendi a Monachis Monregalensibus factam anno 1696 Illri Marchioni Zati unciarum quinquaginta assignatarum Monachis Monasterii S. Johannis de Eremitis pro eorum substentatione, et aliarum unciarum sex assignatarum pro fabrica ejusdem Monasterii: nec non contra venditionem dicti juris luendi factam D. Josepho Foresta anno 1715, et interim quod praedictum Monasterium Monregalense ex propriis redditibus depouat in tabula Panormi praedictam summam annuam unciarum quinquagintasex, ad effectum, ut ad mandata exequutorum unciae quinquaginta liberentur Monachis pro eorum substentatione quatenus in statuto numero moram in eo traxerint; aliae sex vero liberentur pro fabrica, et jocalibus, de quibus rationem reddere, cum oportuerit, teneantur.

Decreta Generalia pro conservatione rerum, et bonorum Regii Juris Patronatus

Primo quod Archiepiscopus, aliique omnes, qui Abbatias, Monasteria, et Beneficia Regii Juris Patronatus possident teneantur intra sex menses Diplomata, Instrumenta, ac scripturas omnes ad bona, et jura eorumdem spectantia colligere, in proprio Archivio diligenter custodienda, et ad effectum ejusmodi Archivistae, et Custodes omnes publicorum tabulariorum Regni ab ipsis requisiti notitiam infra dictum tempus eisdem communicare omnium monumentorum in propriis Archiviis existentium, quae ad Ecclesias singulas pertinent, teneantur.

Secundo, quod ex scripturis ut supra colligendis, aliisque quibus poterit mediis praesertim vero publicatis Edictis auctoritate Regia, pro Revelis, et actis recognitoriis, fiat

Rollus axactus bonorum, et jurium quaque aetate, et saeculo ab Ecclesiis possessorum, nec non earum, quae nunc ab Ecclesia possidentur, adnotatis in fine praetentionibus inde resultantibus, ac indicatis scripturis, quibus eaedem fulciuntur. Rollus autem ejusmodi intra idem semestre conficiendus manu duorum publicorum Notariorum subscribatur.

Tertio, quod omnes ut supra, intra aliud subsequens semestre exactas plantas geometricas a Peritis fieri curent, unam nempe feudorum, et bonorum a propriis ecclesiis antiquitus possessorum, et deperditorum: alteram vero eorum, quae modo possidentur cum suis finibus, et limitibus, quas quidem plantas in forma authentica in Archivio servabunt, copiam vero in tabulam reduci facient, in Palatio Archiepiscopali publice propensuram.

Quarto si qui fines, et limites amoti, corruptique, aut alias deperditi inveniantur, renovari, instaurari, et reponi, additis Ecclesiae insigniis intra idem tempus omnino curabunt.

Quinto, quod his omnibus adimpletis, statim teneantur sub poena sequestri redditunm in scutatis mille Regio Fisco applicandis, Advocatum fiscalem Regalis Patrimonii certiorem reddere de implemento, ac praetentionibus omnibus, inde resultantibus ecclesiarum.

Sexto, quod singulis trienniis curare teneantur, ut fines, et limites feudorum, et bonorum per peritos recognoscantur, de qua recognitione eumdem Advocatum Fiscalem instruent, sicut, et de statu, et redditibus dictorum bonorum, finium, et limitum; ac de gestis pro vindicatione usurpatorum.

Septimo; quod non fiant alienationes, concessiones, locationes, ad longum tempus et contractus emphyteutici bonorum ecclesiarum Regii Patronatus, aut transactiones quaecumque super earumdem rebus, redditibus, juribus etc. nisi praevio regio assensu, effective impetrato, et servatis solemnitatibus servari solitis in alienationibus bonorum fiscalium, nec ullatenus contractus ejusmodi celebrentur, cum clausula salvo assensu impetrando, si secus actum fuerit, gesta omnia vitio nullitatis subjacebunt; et transgressores, et Notarii ultra poenas contra alienantes bona ecclesiastica, et Fiscalia mulctam scutatorum mille subient, Regio Erario irremisibiliter applicandam.

Ne vero necessarii temporis cursum paullo pro more diuturnior, ad obtinendum per solitum organum Regium Assensum, contractuum celebrationem cum Ecclesiarum damno dilatet, dignabitur Excmus Dnus Prorex, pro sua erga Ecclesias, et Regium Patronatum zelo, consultori, aut alteri forensibus negotiis non multum implicato expeditionem horum assensuum committere.

Octavo, si quando res postulaverit ut bona, et feuda Ecclesiarum Regalium locentur iis, qui contermina bona possident, non aliter contractus fieri possit, quam praevia per publicos peritos, confinium recognitione, quae in eodem publico instrumento inferatur, et si ad plures annos prorogari locationem contingerit, ejusdem semper recognitionis publicus actus prorogationem praecedat; quicquid vero secus actum fuerit ipso jure sit nullum, et Notarii, et partes poenam scutatorum mille erario regio insuper luent; quod de expressis locationibus mandatum est, idem, et de tacitis sancitur. In emphyteusi quoque temporanea, et locatione ad longum tempus, annualis haec confinium recognitio omnino fiat sub eisdem poenis nullitatis, et pecuniariis: in contractibus vero, jamdiu inchoatis sub poena pecuniaria praedicta idem omnino servetur.

Nono, quod bona Ecclesiarum Regii Patronatus ultra triennium, nec tacite reconduci, nec expresse eidem personae locari possint absque edictis, et caeteris solemnitatibus servari solitis pro bonis fiscalibus; aliter vero facta reconductio, vel locatio nullius sit roboris, et momenti, et contrafacientes poenam eamdem statim incurrant.

Decimo, quod feudi Casaleuorum, qui ad Ecclesias Regii Patronatus pertinent, non possint a quopiam alienari, et concedi, nisi praevio assensu Regis sub eisdem poenis.

Undecimo; quod nemo bona, et res Regii Juris Patronatus in emplyteusim perpetuam dare cuiquam possit; conjunctis vero, nec in emphyteusim temporaneam locationemve ad longum tempus sub poena nullitatis.

Duodecimo; quod tempore Sedis vacantis omnes et singuli contractus locationum, et ingabellationum etiam annalium, aliaeque cujuscumque generis conventiones super bonis ecclesiarum regalium non fiant, nisi cum solemnitatibus in bonis fiscalibus servari solitis, nullatenus vero praedia Ecclesiarum minoribus solito pensionibus locentur, vel de exortis limitum controversiis *controversiis* inhiantur, aut causae agantur, nisi consulto prius Advocato Fiscali Regalis Patrimonii.

Decimotertio; quoniam plerumque accidit, quod mortuo Praelato, archivia archiepiscopalia expilentur, et reperta in ejusdem aula, sive Secreteria, diplomata, scripturae, epistolae aliaque ad Ecclesiam, Mensamque pertinentia, facile deperdantur, spectantia vero ad Archiepiscopalem curam publicentur, curae erit tribunalis Regalis Patrimonii, statim, ac Praelati obitus acciderit, Archivia, et Armaria omnia claudi, et obsignari: scripturas vero et epistolas in arca reponi, et pariter obsignari, atque ita novo Praelato eas tradi.

Decimoquarto; porro inter causas ingentium damnorum, quibus Regales Ecclesiae reperiuntur affectae, eam non ultimam Dnus Visitator agnovit, quod trasportatis post Praelati obitum libris rationum mensae, aliisque similibus in tribunali Regalis Patrimonii pro norma spoliorum, et administrationis sede vacante, iidem libri, Praelato successori minime restituantur, qui propterea per solas literas tribunalis Patrimonii, accepta simplici bonorum, et redditunm ecclesiae notula, naturam, et originem dictorum redditaum formam, et conditiones veterum contractuum, confinia, et extensiones bonorum, praeminentias, et jura sua compellitur ignorare, et in summa rerum obscuritate, si quae praejudicia fuerint illata, nec quidem advertere plerumque valeat; ut itaque his occurratur incomodis, quae in ecclesiarum Regalis Patronatus perniciem influere, quam maxime possunt, curae, et diligentiae erit Advocati Fiscalis Regalis Patrimonii pro tempore, ut vel libri omnes è domo Praelatorum defunctorum abstracti, Archiepiscopali Camerae Computorum, sive Archivio ecclesiarum reddantur, vel rem ita saltem disponat, ut novus Praelatus, ac Regalis ecclesia ob defectum librorum de bonis juribus, et redditibus suis de caetero non laborent.

Decretum Generale pro observantia, et exequutione Sanctae Regalis Visitationis.

Quae quidem omnia his ordinationibus perpetuo valituris, Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis Regius sancit, atque decernit, salvo tamen jure addendi, et mutandi, eaque inviolabiliter observari, mandat sub poena Regiae indignationis, et sequestri redditunm in summa scutatorum mille, Regio Erario irremisibiliter applicanda pro reintegratione expensarum Sanctae Regalis Visitationis.

Jam vero cum frustra edantur decreta, si editorum exequutio, et observantia negligatur, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis attendens ad laudabilem praestantiorum Visitationem morem eligendi vigore Regalium facultatum suarum Regium Consiliarium, et unum, vel plures Ecclesiasticos digniores in Commissarios exequutionis Decretorum Sanctae Regalis Visitationis, ut quae Visitator vice Sacra Principis Patroni, et Legati Nati in Ecclesiis Regni Siciliae sanxit, ipsi exequutioni facerent demandari. Deputavit, eligitque Apostolica, et Regia auctoritate respective, qua fungitur in Commissarios exequutionis Decretorum totius Sanctae Regalis Visitationis, sibi demandatae, Inquisitorem D. Antoninum Franchina, Inquisitorem D. Angelum Serio, sive quos in eorum defectum, tum Excellentissimus Prorex subrogaverit, et Advocatum Fiscalem Regalis Patrimonii pro tempore, ut scilicet usque ad Sanctam Regalem Visitationem alteram dicti duo Commissarii Ecclesiastici, seu alter eorum et cum ipsis, vel ipso semper advocatus Fiscalis Regalis Patrimonii per personas a gravitate, et integritate laudabiles sibi melius visas observantiae Decretorum in Ecclesiis visitatis invigilent, et exatione poenarum Regio Erario, ut supra applicandarum aliisque opportunis remediis pro more Visitatorum adimplementum ordinationum compellant; contravenientes appellatione remota coerceant, et in fine anni, ac quoties opus fuerit, ad Sacram Regiam Majestatem de omnibus referent.

VISITATIO REGIAE CAPPELLAE S. PETRI

IN PALATIO REGIO CIVITATIS PANORMI.

TIT. I.

VISITATIO LOCALIS, ET STATUS MATERIALIS.

Rogerius Siciliae Rex anno secundo sui Regni intra Sacrum, et Regale Palatium, Cappellam, sive templum celeberrimum extruxit, Divoque Petro Apostolo nuncupavit, quod et Canonicorum Collegio decoravit, ac in Parochiam pro Regali Familia erexit, unaque innumeris pro sua munificentia Privilegiis et donationibus locupletavit. Est templum musivo opere eleganter extructum, cujus tectum laqueatum sub auro insigni caelatura mirabile bino marmorearum columnarum ordine sulfulcitur, pavimentum vero marmoreum, ac porphireticum. In eo tria extant Altaria: Chorus Canonicorum stallis hinc inde dispositis, et Thronus Regius ex marmore musivis exornatus. Habet etiam organa, et reliqua, quae ad templi integritatem pertinent, nec non Sacristiam, et Archivium. Porticus musivo pariter opere, ac marmoreis tabulis incrustata, marmoreis columnis haeret; est et sacra crypta subterranea, quae habet sex altaria.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator die 20 mensis Augusti 1741 dictam Regiam Cappellam perlustraturus ad Regium Palatium se contulit, in cujus area per Cantorem, Canonicos, et alios de Clero, et Ministros, canonicalibus vestibus, et insigniis indutus, cum cruce, et pallio honorifice de more fuit exceptus, et ad dictam Cappellam processionis ordine fuit perductus, in cujus ingressu accepta de manu Cantoris spongia argentea factaque aspersione, ac ad thuris honorem admissus, osculumque Crucis super pulvinari è serico villoso, pulsantibus organis, et concinente clero Hymnum Ambrosianum, ad faldistorium ante altare SS. Sacramenti, sub pallio inter Cantorem, et Decanum pervenit: ut paullulum oravit pluviali de more indutus, post cantatum hymnum de Spiritu Sancto, atque *Pange lingua*, aperto tabernaculo, SSmoque Sacramento incensato, illud reverenter visitavit, habitis opportunis interrogationibus, de ejus administratione, ritu et cultu. Perlustravit inde altaria omnia, reliquias Sanctorum, Fontem Baptismalem, olea Sacra, chorum, organa, confessionalia, integramque suis partibus Ecclesiam nec non cryptam, sive templum subterraneum, ejusque Altaria omnia, et cunctas denique Ecclesiae fabricas, Sacristiam, et Archivium.

Reliquiae quas invenit in Reliquiario Altaris Majoris.

In primis, de Carne Domini.
De petra, ubi Christus fuit.
De petra quatragesimali jejunii.
Petra de loco Ascensionis Domini.
Reliquia S. Gaudentii.
S. Antonii Hieracis Confessoris.
Reliquia S. ignota.
S. Petri Alexandrini.
Reliquia S. Ulivaris Abbatis.
S. Hermetis Martyris.
S. Pelagiae Virginis.
Lapis de Praesepio Domini in quadam crumena.
De petra Getsemani, ubi Christus captus fuit.
Reliquia SS. Callisti, et Secundini MM.
S. Juliani Episcopi.

De Costula S. Fortunati M.
Reliquia S. Gregorii Agrigentini.
SS. Quatraginta Martyrum.
S. Sebastiani M.
S. Teclae V.
S. Pontii M.
SS. Gervasi, et Prothasii MM.
Lapides locorum SS.
De pane Domini.
S. Johannis Eremitae.
SS. Dionysii, et Pancratii MM.
SS. Vincentii, et Anastasii MM.
S. Thimotii M.
SS. Tiburtii, et Valeriani MM.
S. Leonis Episcopi.
S. Simplicis M.
SS. Eustochii Uxoris, et filiorum ejus.
S. Magni Episcopi, et M.
S. Entemii M.
S. Antonii M.
S. Martini Episcopi, et Confessoris.
S. Cyriaci Episcopi, et M.
Lapis Altaris.
Lapis Altaris de templo Domini.
Lapis de Sepulcro, et templo Domini.
S. Abdiae Prophetae dens unus.
S. Elisei Prophetae dens unus.
S. Callisti Papae, et M.
SS. Viatoris, Cassiodorii, Giorgii, et Senatoris MM.
S. Bonifacii Confessoris
S. Mauri Abbatis.
S. Donati M.
S. Mercurii M.
S. Bonifacii M.
S. Magni Episcopi, et M. Ananghini.
S. Valentini M.
SS. Cornelii, et Cypriani.
De petra intitolata Moysi.
Lapides de templo Domini.
S. Sanctorum M.
De Brachio S. Brigittae.
De Brachio S. Vincentii M.
S. Cathariuae.
S. Elenae Matris Constantini Imp.
S. Felicis Nolani Ep. et Conf.
S. Felicitatis Virginis.
Lapis de Monte Olivarum.
Tres lapides de Calvario
Lapides de Sepulcro Domini.
Reliquia S. Magniritiae duae particulae.
S. Nicolai Tolentini
S. Nicolai Martyris
S. Nicolai
S. Nicodemi Presbyteri
S. Basilidis M.
S. Iudittae V. et M.
S. Bracchi M.
SS. Abdiae, Senn, Georgii, et Epifanii.
S. Resignarii Conf.
S. Centurionis M.
De Lapide Altaris ,
S. Georgii M.
SS. Chrysanthi, et Dariae MM.
Lapis S. Stephani Protom.
S. Cyrilli M.
De liquore Capitis S. Catharinae.
S. Macarii Abbatis dens unus
S. Antonii Abbatis dens unus.
S. Alexandri Papae, et M.
S. Athanasii Episcopi.
SS. Leucii, et Juvenalis MM.
De petra , ubi Dominus sedit cum iejunasset quatraginta diebus.
Petra quatragesimalis.
De Mensa, ubi Dominus saturavit quinque millia.
De Mensa Bethelem.
S. Stephani M.
S. Nicolai Ep. et M.
Brachium S. Nicolai Ep. Syracusani.
De brachio S. Blasii Ep. et M.
De brachio S. Margheritae V. et M.
S. Cornelii Ep. et M.
S. Basilidis.
De costula S. Ermetis.
S. Sixsti Papae, et M.
Pars suprema baculi S. Cataldi Ep. et M.
S. Nicodemi Ep. et M.
S. Ubulae Brundae.
S. Tirsi Diaconi, et M.
S. Sabinae.
S. Leonardi Conf.
S. Mauritii M.
S. Stephani M.
S. Alexandrini M.
S. Gucini episcopi, et Conf.
SS. Felicissimi, et Agapiti.
S. Vitalis M.
S. Fortunati M., et Tiburtini

Reliquia De Sepulcro S. Samuelis Prophetae
S. Felicis Papae, et M.
S. Perphinis M.
S. Benedicti.
S. Mescentii
S. Chrysanthi.
S. Aurae Virginis.
S. Longini M.
SS. Ianuarii, Desiderii, et Festi MM.
Fragmenta Lapidum D. N. I. C.
De Lapide, ubi Christus oravit, et sanguinem suum effudit.
S. Senatoris, et Sociorum.
SS. Senatoris, Chrysanthi, Dariae, Sisinni et Mauri MM.
S. Ermanii M.
S. Sergii, et Bacchi MM.
S. Meunae.
S. Apollinaris M.
S. Marinae V.
De Monumento S. Lazari, quem Dnus suscitavit a Mortuis.
Reliquia S. Emerentianae V. M.
SS. 40 Coronatorum.
S. Felicis Papae, et M.
S. Abibonis.
S. Hippolyti M.
S. Johannis M.
S. Albani Abbatis
S. Doriae V.
De Sanguine S. Demetrii M.
S. Fleuterii M.
S. Pantaleonis M.
S. Isidori M.
SS. Innocentium.
De sudario S. Stephani.
De pulvere S. Johannis Bapt.
S Mauritii.
De costula Juvenalis M.
S. Nimphae.
S. Mariae Jacobi.
S. Annae.

Reliquiae, quae adservantur in capsulis.

In una capsula eburnea Reliquiae.
S. Agathae.
S. Johannis Bapt.
Digitus S. Laurentii.
S. Matthiae.
De veste S. Pauli Apostoli.
S. Barnabae Apostoli pars ossis.
S. Johannis Baptistae pars ossis.
SS. Simonis, et Judae Apostolorum fragmenta.
S. Johannis Apostoli, et Evangelistae fragmenta.
S. Bartholomaei Apostoli parva pars ossis fragmenta.
S. Matthaei Apostoli, et Evangelistae parva pars ossis.
S. Andreae Apostoli.
S. Annae Matris Virginis Mariae fragmenta.
S. Thomae Apostoli parva pars ossis.

Extant in Sacristia duae Capsulae eburneae, et alea lignea deaurata, in quibus adservantur plures Reliquiae Sanctorum, quorum nomina ignorantur.

Asservatur denique in eadem Sacristia Reliquia de Carne Domini in parvo ostensorio.

De Archivio, et Privilegiis

Archivium Regiae Cappellae tribus clavibus est munitum, quarum una penes Cantorem, altera penes Canonicum Seniorem, et tertia penes Thesaurarium. Privilegia vero, quae in illius visitatione Illmus, et Rmus Dnus Visitator invenit, sunt.

In primis: privilegium continens, quod anno 1132. Regia cappella sub titulo S. Petri in Regio Palatio Urbis Panormi, fuit Parochiali Dignitate insignita a Petro Archiepiscopo Panormitano cum consensu totius Capituli ejus Cathedralis Ecclesiae.

Privilegium Regis Rogerii Primi hujus Siciliae Regni Regis, filii Comitis Rogerii, continens fundationem, et dotationem praedictae Regiae Cappellae. Datum Panormi anno 1140, 28 Aprilis, ejus regiminis X, scriptum in pergameno literis deauratis.

Aliud privilegium in pergameno ejusdem Regis Rogerii eodem anno 1140 adscribens

consecrationem Regiae Cappellae, subscriptam per omnes illos Graecos, et Latinos, qui in consecratione praedicta interfuerunt.

Privilegium literis Graecis datum Panormi anno 1149, 12 Ind. continens concessionem Dignitatis Nobilissimatus a Rogerio Augusto in personam Christoduli Amirae.

Regium Diploma Guillelmi II, datum anno 1187, mense Martii Ind. 5, regiminis vero anno 12, continens translationem corporum Reginarum et Ducum, quae reperiebantur in Regia Cappella S. Mariae Magdalenae, Ecclesia suffraganea Regiae Cappellae S. Petri de Sacro Palatio; quae quidem corpora reposita fuere in Ecclesia Cathedrali Panormi.

Privilegium Imperatoris Henrici, datum Panormi anno 1195 die 10 Januarii, 13 Ind. continens confirmationem Privilegiorum, quae a suis Praedecessoribus impartita reperiebantur Regiae Cappellae S. Petri, quo etiam jubetur, ut solvantur Canonicis ejusdem Cappellae, praebendae Luminaria, et Anniversaria, quae disposita erant a Regibus, Rogerio, Guillelmo I, et II, et solutio fiat a Regia Curia super ejus introitibus, et Dohanis.

Privilegium Imperatoris Friderici, datum Panormi anno 1225 die 2 Januarii 13 Ind. continens confirmationem omnium Privilegiorum concessorum Regiae Cappellae a Rogerio aliisque Regnantibus, et hoc ad petitionem Cantoris, et totius Capituli ejusdem Cappellae.

Transumptum Privilegii Regis Caroli de anno 1274, die 14 augusti, 2 Ind. ejus vero Regiminis anno X, ubi tractatur, quod Clericus Martinus de Frangigena Procurator totius Capituli Rmae Cappellae, ad nomen ejusdem porrexit quamdam schedulam praedicto Regi Carolo, quae continebat aduotationem praebendarum, vectigalium, et decimarum, quae solvebantur a Regia Dohana, et postea propter bella deperdita, reperiebantur; ob quod Rex Carolus jussit Jacobo Ruffulo Secreto, ut diligens examen per ipsum habeatur ad effectum scrutandi exposita in ipsa schedula, et ab ipso de Ruffulo fuit commissum negotium Petro Favilla, qui receptis decem, et octo testibus fide dignis, invenit exposita a Procuratore Cappellae verificata fuisse, qua propter obtemptae fuerunt literae ipsius Regis Caroli datae Panormi anno 1274 sub die 17 augusti, per quas fuit ordinatum, ut Cantori, Canonicis, et Clericis dictae Regiae Cappellae solvantur a Secreto Dohanae vectigalia Decimae, et tertiaria frumentorum supra quinquaginta Civitates, et terras Regni, quorum proventus ascendebant ad summam scutatorum trigintamillium.

Transumptum Regii Chirographi Reginae Constantiae anno 1284, continens solutionem unciarum quatuor auri pro luminariis faciendis quolibet anno a R. Cappella S. Petri in diebus festivis.

Transumptum diplomatis Regis Caroli factum de ordine Regis Ludovici ann. 1346, ubi tractatur de juribus Cantoris, Canonicorum, Clericorum, et Magistri Scholarum, agitur etiam de redditibus ipsius Regiae Cappellae, ut de ejus Ecclesiis suffraganeis, ac de terris, ubi erant ternariae, quae solvebantur etiam eidem Cappellae Regiae.

Transumptum Privilegii Regis Petri II anno 1340 die 4 Januarii, VIII Ind. factum Regnante Rege Ludovico anno 1344, die I novembris 12 Ind. per acta Notarii Leonardi de Musco Messanensis, per quod apparet concessas fuisse cuilibet Can. Regiae Cappellae uncias octo annuales super Secretis.

Concessio Altaris Privilegiati cunctis Sacerdotibus Ecclesiae S. Petri Regii Palatii, Missam Defunctorum celebrantibus in Altare S. Mariae de Gratia subter Chorum, prout per Bullam Papae Gregorii XIII anno 1584.

Instrumentum publicum, quod continet Inventarium Privilegiorum, mobilium, et Reliquiarum Regiae Cappellae, factum anno 1309 19 Decembris 8 Ind. Regnante Rege Friderico III, per acta Notarii Andreae Nicolai de Trapano Civitatis Panormi.

Ordo pro solvendis Nicolao Cantori Cappellae tarenis 29 auri, et grana 12. Alius ordo pro solvendis Presbytero Petro de Militia unciis quinquaginta ad effectum emendi ornamenta, et jocalia Cappellae, prout per literas Regis Caroli anno 1274, die 14 Augusti 2 Ind.

Bullae Pontificiae Papae Pii II, sui pontificatus V anno, pro pensione florenorum 70 solvenda a Friderico de Vitali Cantore, et Beneficiali S. Mariae de Admirato, Gabrieli de Augnerra propter reintegrationem suorum Beneficiorum prout per dictas Bullas expeditas Romae anno 1462, octavo Idus Maii.

Bullae Pontificiae Alexandri VII datae Romae anno 1665 10 Maii, et exequutae in Regno anno 1665, tractantes de pensione scutatorum 300 debita Regiae Cappellae super Episcopatu Catanensi.

Aliae Bullae ejusdem Alexandri VII, obtemptae eodem anno pro eademet pensione, debita Regiae Cappellae S. Petri super Catanensi Episcopatu.

Quoddam Instrumentum literis graecis continens jus, quod habet Regia Cappella super domo in contrata, vocata *Ruga Galfuni.*

Instrumentum tarenorum quinque debitorum Cantori, et Capitulo Regiae Cappellae a Petro Curtello super domibus suis in Quarterio Cassari. In actis Notarii Pagano anno 1320 6 Novembris.

Chirographum efformatum Regnante Rege Conrado anno 1252, 11 Julii, quod continet Jura tertiariae Geraci spectantia ad Canonicos, et clericos Regiae Cappellae.

Transactio facta anno 1309 die 9 Maii 7 Ind. inter Presbyterum Gueriuum de Renda Canonicum Cappellae Regii Palatii, et Erimenium Sanchis Beneficialem Ecclesiae S. Leonardi de Alfaro circa confines eorum respective Praebendarum.

Instrumentum de anno 1321, 19 Augusti, V Ind. quod continet concessionem permutationis a Jacobo de Platea Canonico Regiae Cappellae cujusdam petii terrae cum domibus, et cortile in contrata S. Hippolyti.

Transumptum literarum Regis Caroli factum anno 1266, die 6 augusti per acta Notarii de Asilo pro solvendis juribus, et proventibus Canonicis, et Clericis Regiae Cappellae.

Transumptum Privilegii Petri II factum anno 1347, 28 septempris per acta Notarii Thomae de Messina, Regnante Rege Ludovico, tractat de Praebendis Canonicorum, et Clericorum S. Regiae Cappellae, ac de omnibus antiquis solutionibus, Ministris ejusdem Cappellae debitis juxta morem Ecclesiarum Cathedralium.

Donatio facta anno 1329 per quamdam mulierem nomine Muscatam, in personam Erimenii cum onere census tarenorum duorum in festo S. Petri Sacrae Regiae Cappellae, et post mortem donatarii donatur domus ipsae Regiae Cappellae cum parte Cortilii.

Duo Ordines Regis Caroli, Secretis Panormi directis pro solutione proventuum Regiae Doanae Ministris Regiae Cappellae.

Bullae Pontificiae Innocentii Papae VIII de anno 1484, pro annua pensione pro Gabriele de Augnerra super Cantoriam, et Abbatiam S. Luciae concessas Johanni Martino Vitali.

Protestatio facta per Cantorem, et Canonicos Regiae Cappllae anno 1332, die 12 maii 15 Ind. contra D. Damianum Policio Magistrum Cappellanum, qui visitare intendebat praedictam Regiam Cappellam, ad effectum se abstinendi a praetensa Visitatione, cum non sit de ejus jurisdictione visitandi ipsam Regiam Cappellam, nisi de speciali ordine Regis.

Emptio Domus cum cortile facta anno 1333, die 6 novembris, 2 Ind. per Ogerium de Verzolio Cantorem Regiae Cappellae pro se, et suis etc.

Breve Pontificium Papae Honorii, datum Romae anno 1219, X Kalendas Januarii, ad instantiam Matthaei Philosophi, confirmans Beneficium S. Mariae de Admirato, collatum in personam ipsius Matthaei, ipsamque Ecclesiam, et redditus sub Pontificia protectione constituit.

Breve Pontificiom Papae Honorii anno 1219, III Idus Julii obtentum ad instantiam Matthaei Philosophi pro confirmatione sententiae prolatae a Delegatis Apostolicis ad favorem Ecclesiae S. Mariae de Admirato contra Abbatissam S. Mariae Alinse de Martorano.

Transumptum factum anno 1253 die 8 maii, quod continet collationem tertiariae in Cappella Regia unciarum duarum auri.

Breve Pontificium Papae Innocentii anno 1266 4 februarii, continens confirmationem Beneficii tertiariae in personam Benenati Tertiarii Cappellae Regiae.

Instrumentum literis Graecis, per quod Canonici Deiparae Virginis emerunt quasdam domos in Urbe Panormi ex redditibus ipsius Ecclesiae.

Commutatio Domus Cantoris cum domo Ansaldi Castellani Regii Palatii anno 1167.

Privilegium literis Graecis, per quod deciduntur, et notificantur termini locorum, camporum, caeterorumque, quibus dotavit Georgius Ammera Ecclesiam Deiparae Virginis.

Bullae Pontificiae Papae Pii, datae Viterbi anno 1462, 8 Idus maii, pensionis Florenorum septuaginta super Cantoriam, et Abbatiam S. Luciae, collatas D. Fiderico Vitali.

Breve Pontificium de anno 1472 pro D. Simone Magistroenrico Canonico Mazariae continens revocationem contra Berardum Agliata ass. Clericum super Canonicatum quemdam.

Transumptum factum anno 1323, die 29 martii de decisione obtenta ad favorem Regiae Cappellae, pro quarta funerali debita Canonicis, et Clericis ejusdem Parochialis Ecclesiae Sacri Palatii.

Instrumentum literis Graecis continens, quod Casar uxor Johannis Monaces, Maria ejus filia Magister Nicolaus Caldararius, ejusque Uxor Constantia donat Regiae Cappellae hortum unum.

Breve Pontificium Papae Honorii datum Romae X Kalendas Januarii, Pontificatus anno V, per quod confirmatur Beneficium S. Mariae de Admirato, collatum in personam Matthaei Philosophi.

Breve Pontificium Alexandri VII anno 1666, 4 Julii de pensione scutatorum 300 super Episcopatum Catanensem Regiae Cappellae debita.

Transumptum Regis Alphonsi de anno 1417 5 Martii, confirmantis Privilegium Imperatoris Friderici, per acta Notarii Aloysii de Meo.

Instrumentum literis graecis pro domo existente in *Ruga Gulfumi*.

Donatio facta de anno 1143 per Abbatem Gualterium cum consensu Capituli, Regi Rogerio, et successoribus, de Casale in territorio Sac, quod vocatur S. Leonardi, et Ecclesia S. Laurentii cum domibus sitis, et Viridariis.

Bulla ejusdem Papae Sixti IV, data Romae apud S. Petrum anno 1475 de concessione Praebendae Canonicatus Panormitanae Ecclesiae de Millenariis, in personam D. Fiderici Vitale.

Confirmatio Parochiae S. Petri Regii Palatii per Johannetinum Doria, Cardinalem, et Archiepiscopum Panormitanum anno 1634, 3 Ind. 10 septembris.

Chirographum literis Graecis, de fundatione, et Dotatione a Georgio Ammira Ecclesiae Deiparae Virginis.

Instrumentum continens litem agitatam anno 1323, inter Cantorem, et Thesaurarium Regiae Cappellae pro institutione, et ordinatione Maningleuorum, et fuit decisum ad favorem Ogerii de Verzolio Cantoris Regiae Cappellae, et suorum successorum.

Concessio de anno 1344 in mense decembris Regis Ludovici, facta Aldoino de Rainaldo Clerico Cappellae Regiae de medietate beneficii altaris S. Andreae in eadem Cappella existentis, quae medietas importat uncias auri tres solvendas singulis annis a Curia.

Electio Cantoris, et Beneficialis S. Mariae de Admirato facta anno 1363 a Rege Fiderico in personam Francisci de Vitali.

Privilegium Regis Martini, et Mariae Reginae anno 1417, die 5 martii, continens confirmationem omnium privilegiorum concessorum Regiae Cappellae S. Petri obtemptum ad supplicationem Capituli ipsius Cappellae.

Indulgentia plenaria in die consecrationis Ecclesiae S. Petri per annos septem a Papa Urbano VIII, de anno 1628.

Ordo de anno 1323, 15 martii, ut debeatur quarta Parocchiali Ecclesiae Cappellae Regiae de legatis ad pias causas relictis per Dominam Florentiuam filiam Regis, defunctam intra Palatium.

Concessio de anno 1145 facta Regi Rogerio, et ejus haeredibus inter Ecclesiam Cathedralem et Cappellanos Dni Regis de civitate Castri Joannis, et ejus pertiuentiis, de beneficiis, quae ipsis Cappellanis jure pertinent, habent tertia partem.

Authenticatio reliquiarum S. Johannis Baptistae, S. Elisei, et S. Abdiae, ac aliorum Patriarcarum facta anno 1146.

Excomunicatio Papalis pro Ven. Gregorio de Prestimarco Abbate, seu perpetuo Commendatario S. Mariae de Raccudia Ordinis S. Benedicti pro bouis occupatis dictae Abbatiae tempore Papae Pauli anno 1471.

Tres Ordines Regii de rebus attinentibus ad Regiam Cappellam.

Ordo Regis Friderici de anno 1632 directus Subcantori Regiae Cappellae ne molestet Johannem de Pentarea debitorem, et ut eidem dilationem concedat.

Ordo Regis Friderici pro solvendis proventibus Cantoriae, Gulfrido Cantori Regiae Cappellae, et nepoti Archiepiscopi Panormitani.

Extant in eodem Archivio aliae diversae scripturae.

Adest et aliud parvum Archivium, in quo Illmus, et Rmus Dnus Visitator adservari invenit scripturas ad introitum, et exitum Missarum spectantes.

Plures enim sunt scripturae, quae detinentur per Cancellarium Regiae Cappellae, illaeque continent acta; et conclusiones Capitulares, varias ordinationes, et literas Regias, et alia hujusmodi ad statum, et regimen Cappellae spectantia.

Decreta

Quoniam Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. nonnulla sacrarum reliquiarum thecas, nullo sigillo obsignatas invenit certior factus ab antiquioribus Canonicis, de earum veteri cultu, eas suo sigillo munivit, ac pristinae Venerationi reliquit, mandans.

Quod armarium sacrarum reliquiarum duobus clavibus obseratur, quarum una sit penes Cantorem, altera penes Thesaurarium, quodque reliquiario SS. Apostolorum Petri, et Pauli nomina eorumdem inscribantur, ut ab aliis reliquiis distingui queant.

Quod fons Baptismalis instruatur ciborio cum opportunis armariolis, et conopeo albo serico cooperiatur.

Quod Baptismata ultra biduum non differantur.

Quod pro oleis sacris, quae non rite sub altari majori asservantur, extruatur alibi armariolum serico violaceo intus instructum, ac clavi munitum.

Quod vasa oleorum sacrorum, ita in orificio aptentur, ut cooperculis compactae claudantur, instruanturque novis conopeis sericis violaceis.

Quod altaria omnia in subterranea crypta existentia, telis stragulis instruantur, iisque aut nova pallia comparentur, aut quae extant, sarciantur; Cappella vero S. Rosaliae opere plastico exornetur, et dealbetur.

Quod in duplici aditu dictae cryptae fiant valvae ex cancellis ferreis pro custodia.

Quod confessionalia extruantur ad formam praescriptam a S. Carolo cum crate lignea ultra laminam, ac tabellis casuum reservatorum, et Bullae coenae etc. nec non Summario Bullae Gregorianae contra sollecitantes.

Quod exterior porta Archivii cemento claudatur, et quidem de caetero aperiri amplius nequeat.

Quod diplomatibus vetustate nimium laborantibus, consulatur appositione cartae in aversa parte, et ex illis omnibus extrahantur copiae subscriptione Ministri Regii vallatae in volumen compingantur.

Quod Archivium uno consistat loco, quo omnes libri, praeter illum, qui ad usum quotidianum deservit in distinctis armariolis pro diversitate materiarum collocentur.

TIT. II.

VISITATIO STATUS FORMALIS

Rex Rogerius simulac extruxit Divi Petri templum in Sacro Regali Palatio, ut ad forma Cathedralium Ecclesiarum sacra munia ibi peragerentur, Canonicos Beneficiatos, et alios Ecclesiasticos administros constituit, quibus pro sua munificentia variis donationibus congruam substentationem, et Praebendam comparavit. In *prima* ergo *Fundatione* ut legitur in Regio Capibrevio ecclesiarum apud Regiam Cancellariam, *constituti sunt Magister, seu Cappellanus Major: Duae Dignitates, Cantor, et Thesaurarius: duodecim Canonici: tres Personatus, Subcantor, Magister Scholarum, et Terminator: et duodecim Sacerdotes, quos Chorodatos vocamus, duo Sacristae, et quatuor Clerici.* Tempore vero Regiae Visitationis Jacobi Arnedo, cum nullum perciperetur emolumentum, nomine tenus dicebantur Canonici, et Correndati absque ullo munere in ecclesia, et in choro, in quibus nec vel diebus festivis conveniebant, sed tantum erat Cappellanus, qui nomine, et vice Cantoris Missam quotidie celebrabat.

Hunc miserandum Sacrae Regiae Cappellae statum, invenit Regius Visitator Franciscus Puteus, qui in suo ecclesiarum lustro, perpendens ob defectum redituum servitium Ecclesiae, et chori Canonicos, et caeteros Administros obire destitisse, censuit Regiam Catholicam Majestatem pro assignatione eorum substentationis fore supplicandam; indeque servitio Ecclesiae, et Chori consulere intendens, ordinavit, quod redditus in substentationem Administrorum dictae Cappellae assignandi in sacras quotidianas distributiones converterentur.

Rex inde Philippus II, datis literis Matriti die 12 Decembris anno 1586, pingui praebenda adsignata, ut alibi dicemus, instituit octo Canonicos, quorum duo essent Majores, quatuor minores, duo inferiores, cum respective majori, vel tenuiori praebenda: duos Personatus Scholasticum, et Subcantorem: sex Correndatos, Organistam, quatuor Diaconos, et unum Sacristam, cum obligatione tamen omnium, Choro quotidie interessendi, ac reliqua Sacra peragendi.

Regius Visitator Philippus Jordius dictam Cappellam hunc in statum invenit; cumque tunc temporis omnia tribunalia hujus Regni in Regio Palatio fuissent translata, unde magna Ministrorum Officialium, et fidelium frequentia in dicta Cappella quotidie conflueret ad sacra audienda; observans Visitator Jordius, talem Ministrorum Cappellae numerum minime sufficere judicavit, Canonicos, et reliquos Cappellae Ministros esse augendos, scilicet Canonicos ad numerum duodecim: Correndatos ad numerum pariter duodecim, qui cum Canonici, tum Correndati pro eorum medietate quotidie Missas lectas, praeter Conventualem, celebrent per turnum, sive per hebdomadam juxta ordinem in tabella designandum; indeque voluit, quod vel ex canonicis, aut Correndatis Magister Caeremoniarius eligeretur, et ex Correndatorum numero Punctator fieret, sicut ipse Visitator Jordius unum eligit pro adnotandis quotidianis omnium deficentiis a choro, et aliis Ecclesiasticis muniis.

Status vero praesens dictae Cappellae est, ut ejus servitio sint adscripti, Cantor unica Dignitas, quam modo obtinet ad Regiam praesentationem D. Theodorus Lorenzo, qui et locum obtinet in Regni Comitiis: duodecim Canonici, quorum quatuor dicuntur majores, quatuor minores, et quatuor inferiores: duo Personatus Subcantor, et Magister Scholae, octo Correndati, sive Chorodati, sex Diaconi, et duo Sacristae, qui omnes ad quotidianum servitium Ecclesiae, et Chori respective tenentur.

Cantor vero, et Canonici utuntur Roccheto, et Mozzetta violacea, ex Bulla Pontificia Urbani VIII anno 1633; Correndati autem, et Diaconi induunt Almutium, quo prius utebantur Canonici, de licentia Ferdinandi Alfan de Ribera Ascalae Ducis ad relationem Judicis Regiae Monarchiae.

A primaeva etiam fundatione fuit dicta Regalis Cappella in Parochiam erecta ex donatione Petri Archiepiscopi, et Capituli Panormitani, eorumque in Diplomate, dato ad Regem Rogerium anno 1132, Ind. X, Parochialis curae loca, quae conceduntur, numerantur. Nos igitur voluntati vestrae sincere providentes Canonicorum nostrorum, et Capituli communi adsensu concedimus, et praesentis Privilegii auctoritate firmamus supranominatae Cappellae vestrae Ecclesiam S. Andreae, quae sita est juxta murum Panormi cum cimiterio sufficienti habendam illi, et possidendam, et ejusdem Cappellae Canonicos per hujus traditionis paginam jure perpetuo· adiicimus quoque ei in Parochiam totum Castellum Panormitanum cum universo Regali Palatio, et omnibus in eo degentibus Cappellanis, Clericis omnibus Cappellae, et servientibus Castelli cum Domesticis suis. Quae omnia confirmavit pariter Cardinalis Johannettinus Doria Archiepiscopus Panormitanus suo Diplomate anno 1634; et continua possessione etiam nunc talis jurisdictio Parochialis perseverat. Haec autem Parochialis cura per Cantorem exercetur, qui Cappellanum sibi adjungit pro Sacramentorum administratione.

Caeterum sunt, et nonnullae Ecclesiae, quae dictae Cappellae suffragantur, quas ut numerat ultimus Regius Visitator Jordins, sunt,

Ecclesia S. Pancratii
Ecclesia S. Mariae Superioris
Ecclesia S. Nicolai de confessione in feudo de Lacha
Ecclesia S. Stephani del Casto
Ecclesia S. Andreae de Belliemi
Ecclesia S. Mariae de Scalis
Ecclesia S. Mariae Magdalenae de Kalcha.
Ecclesia S. Bartholomaei de Ciperca
Ecclesia S. Pauli de palatio delli Scavi
Ecclesia S. Jacobi della Mazara
Ecclesia SS. Trinitatis de Caperto
Ecclesia SS. Trinitatis de Tarta
Ecclesia S. Philippi, et Jacobi
Ecclesia S. Michaelis del Parco
Ecclesia S. Nicolai de Cappella del Gulfo.

Decreta

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. visis, et recognitis relationibus per Capitulum praesentatis in Officio S. Regalis Visitationis, et admissis quus nullum inferant praejudicium juribus Regis ipsius Cappellae, vel tertiae personae mandavit, atque jussit.

Quod Cantor, omnesque, et singuli Canonici, Correndati, et caeteri servitio dictae Cappellae adscripti, quotidie in choro conveniant, ad Divina Officia celebranda, ac reliqua sacra peragenda sub poena amissionis quotidianae distributionis irremisibiliter a punctatore exigenda, quae juxta morem praesentibus accrescat.

Quod quilibet è Capitulo, et Clero juxta tabella a terminatore in hebdomadas singulas disponendam, munus sibi addictum adimpleat, sub poena amissionis distributionis illius diei, etiamsi choro intersit, aliudque peragat munus.

Quod Canonici, Correndati, vel alii Cappellae Administri dum Divina Officia decantantur, et sacra peraguntur, ea quae decet reverentia sint in choro, atque a confabulationibus, risibus, aliisque impropriis gestibus, et actibus omnino se abstineant, pueros, canesque in choro non introducant, neque choro exire audeant, quocumque praetextu, non impetrata prius licentia a cantore, vel ipso absente ab eo, qui Praefecti chori vices gerit, sub poena amissionis distributionis illius diei.

Quod in congressibus, et congregationibus capitularibus, omnes, qui tenentur, interveniant, nisi legitimis causis fuerint perpediti, sub poena pariter amissionis distributionis illius

diei, facta autem de more conve... ne, si qui abfuerint liberam interessentes potestatem habeant resolvendi, et determinandi, ...umque resolutiones, et determinationes, eos etiam obligent, qui non intervenerunt.

TIT. III.

VISITATIO STATUS REALIS

Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator, postquam visitavit statum materialem, et formalem Sacrae Regiae Cappellae, perlustravit ejus statum realem, redditus, et onera Cantoratus; proventus Canonicorum, Correndatorum, et aliorum omnium, qui quovis modo dictae Sacrae Cappellae servitio sunt adscripti, atque redditus pro fabrica, jocalibus, et Divino cultu. Visitavit pariter jocalia, et mobilia dictae Cappellae, onera Missarum, et anniversariorum, eorumque adimplementum, et caetera omnia, quae ad dictum statum realem pertinent: super quibus omnibus examinavit quoque, atque discussit relationes praesentatas in Officio S. Regalis Vis. quas admisit citra praejudicium jurium Regis, Sacrae Cappellae, et tertii.

De Cantoratu

Dignitas Cantoratus Sacrae Regiae Cappellae S. Petri in Regali Palatio a primaeva institutione certis reditibus, et feudis a Rogerio Rege donata fuit; et hinc Cantoratus, utpote de Regio jure patronatu ad praesentationem Regiam confertur, et subest spolio, et Regiae Visitationi.

Reditus Cantoratus sunt

In primis de Fendo, et territorio dicto de *Accia*, quod vulgo dicitur *Ciantri* exigit a Marchione S. Isidori jure emphyteutico uncias biscentum.	on7	200	»	»
Item de feudo dicto de *Sospelo* possesso a Principe Pacechi jure emphyteutico uncias quinquaginta	on7	50	»	»
Item ab aliis diversis personis jure census super diversas domus, et territoria uncias trigintaquatuor	on7	34	»	»
Sunt in totum	on7	284	»	»

Onera, sive ut vocant gravitiae Cantoratus sunt.

In primis, Cantor tenetur sibi eligere Cappellanum pro adimplemento Parochialis muneris quotidiani, et congruam mercedem ei assignare.

2.° Tenetur Cantor, sive per se, sive per alium Missam quotidianam celebrare in altari SS. Sacramenti pro Regibus defunctis, et pro conservatione Regnautium.

3.° Tenetur dare oleum pro lampade continuo coram SS. Sacramento ardenda.

4.° Tenetur in die Dominica Palmarum omnibus de Capitulo, et reliquo Clero, Musicis, Proregi, ejusque Familiae palmas dare.

De Canonicis, Correndatis, et aliis Sacrae Regiae Cappellae Administris: De redditibus pro fabrica, Jocalibus, ac reliquo Divini cultus servitio.

Canonici, caeterique aeclesiae Administri ex donatione Rogerii Regis sufficientes, olim reditus habebant; sed postea injuria temporum illi redditus deperditi fuerunt, ut quidam tempore Regiae Visitationis Jacobi Arnedi nil penitus perciperent, nisi paucos pisces ex

tonnariis Solanthi, e S. Georgii, at quilibet eorum in[illegible]o anno tarenos tres circiter consequeretur.

Rex inde Catholicus Philippus II ad relatio[illegible]n Regii Visitatoris Francisci Putei anno 1586, assignavit Canonicis, Correndatis, [illegible] aliis dictae Sacrae Cappellae Administris praebendam Scutatorum millecentum vigi[illegible]tinque super spoliis Praelatorum, fructibus Ecclesiarum vacantium, et proventi[illegible]s M. R. C. ad Regiam Majestatem spectantibus: verum sequioribus inde tempo[illegible]us, reditus Canonicorum, et aliorum dictae Cappellae servitio adscriptorum muni[illegible]centia principum fuerunt adaucti.

Praeterea Siciliae Reges fabricae, et servitio Divini cultus providere non omiserunt. Olim Rex Alphonsus uncias viginti donavit, assignavit pro quolibet anno pro fabrica ex Privilegio dato Gaetae XI Januarii anno 1438. Deinde aut ex Regii Patrimonii reditibus, prout exigebat necessitas; aut certa facta assignatione pecuniaria, licet pro Principum munificentia, modo aucta, modo diminuta expensae pro fabrica, jocalibus, et servitio Divini cultus factae fuerunt.

Hunc vero a Regio Patrimonio super spoliis Praelatorum, et fructibus Ecclesiarum vacantium erogantur unciae	onz	6306	11	10	3
Scilicet pro praebenda quatuor Canonicorum majorum ad rationem unciarum biscentum, et sex, tar. quinque, grana decem, et septem et picc. unum pro quolibet	onz	825	11	8	4
Quatuor Canonicis minoribus ad rationem unz 172. » 17. 4 pro quolibet	onz	688	3	10	4
Quatuor Canonicis inferioribus ad rationem unz 137. 7. 18. 1 pro quolibet	onz	550	7	12	4
Duabus Personatibus ad rationem unz 96. 4. 6. 4 pro quolibet.	onz	192	8	13	2
Octo Correndatis ad rationem unz 82. 7. 2. 5.	onz	660	9	2	4
Sex Diaconis ad rationem unz 55. » 4.	onz	330	4	4	»
Sacristae Majori	onz	61	11	7	1
Sacristae Minori.	onz	41	3	11	2
Organistae	onz	55	»	»	»
Duobus Caeremoniariis, qui adjuvant Magistr. Caeremoniarium Divini Proregis ad rationem unz 90 pro quolibet	onz	180	»	»	»
Sex Clericis servitio Sacrae Regiae Cappellae adscriptis ad rationem unciarum quindecim pro quolibet.	onz	15	»	»	»
Duobus Punctatoribus ad rationem tt. 7. 10 quolibet mense pro quolibet.	onz	15	»	»	»
Organi Magistro	onz	10	»	»	»
Servienti Cappellae	onz	30	»	»	»
Musicis	onz	1838	»	»	»
Pro expensis ad servitium Divini cultus spectantibus	onz	722	»	»	»

De Jocalibus, et Suppellectilibus.

Jocalia, et suppellectilia Regiae Cappellae expensis Regii Patrimonii comparantur, ea vero, quae Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator invenit, hic pro faciliori intelligentia vulgari idiomate describuntur, prout in relatione praesentata, et sunt.

Argento.

In primis n°. dodici vasi, e n.° dodici candelieri di argento, cioè n.° sei vasi, e sei candelieri lavorati della cappella del SS. Crocifisso, con suoi armi, ed immagine del SS.

Crocifisso con il nome del Can. D. Giuseppe Palmeri deputato, ed altri sei vasi, e sei candelieri per servizio dell'altare maggiore lisci; in una parte vi sono le armi del Vicerè Conte di S. Stefano, nel mezzo una figura di S. Pietro colle armi di legno, e sue vite di ferro, di peso rotola . . . . rot. 51 » »

Item una croce di argento con suo Crocifisso rilevato con suo piede di argento, di peso. . . . . rot. 5 » »

Un monumento di argento con suoi quattro piedi, e quattro piramidetti di argento massiccio con sua croce di argento di sopra, e chiave d'argento dorato, con suo cordone di oro, di peso. . . . . rot. 26 » »

Item n. tre lampieri di argento colle armi di Castiglia, ed immagine di S. Pietro, tutti tre uguali, che servono per mezzo della nave della suddetta Chiesa di peso . . . . rot. 14 8 15

Item un altro lampiere di argento piccolo, colle armi, nelle quali vi sono cinque torri, e questo si mette nelle funzioni Ciantrali, di peso. . rot. 1 9 »

Item un'altro lampiere mezzano di argento sicillato, che presentò al SS. Crocifisso esistente sotto il Coro la Sig. Duchessa de Ozeda, di peso. rot. 5 6 1

Quattro cornocopii di argento, fatti dal Can. D. Giuseppe Palmeri, di peso . . . . rot. 3 5 2

Quattro lampieretti piccoli d'argento pendenti da' detti cornacopii sicillati fatti dal sopradetto Can. Palmeri di peso . . . . rot. 4 7 1

Un Diadema di argento, e quattro chiodi di argento, il titolo con sua cornice di argento, fatti dal Can. D. Vincenzo Jacono Deputato colle arme di legno, e tre gangi di ferro, e li chiodi colle vite di rame giallo, di peso. rot, 1 3 2

Un altro lampiere mezzano d'argento sicillato, che presentò al quadro di Nostra Signora con S. Elisabetta D. Diego Torres con tre piangette di rame dentro, di peso. . . . . rot. 3 1 »

Un calice tutto di argento liscio dorato dentro, e fuori, e questo per servizio delle Messe conventuali della giornata con patena, di peso. rot. 1 10 1

Un calice di argento tutto lavorato d'oro dentro, e fuori per servizio delle funzioni Ciantrali, e Canonicali colle armi di S. C. M., con sua patena, dorata di peso . . . . rot. 2 7 3

Un calice tutto di argento liscio dorato di dentro con sua patena, di peso. rot. 1 9 2

Due calici uguali con coppa, e più dorati tutti di argento colle armi di S. C. M., e figura di S. Pietro, ed Armi del Vicerè Duca di Alburquerque, con sue due patene, di peso. . . . . sot. 4 » »

Item un altro calice con sua coppa di argento dorata dentro con piè di rame dorato per servizio de' Defonti, e sua patena di peso . . . rot. 1 1 2

Due piattigli di argento, uno mezzano, e l'altro piccolo, colle armi nel mezzo di S. C. M. ed al giro colle armi del Duca di Alburquerque. di peso. rot. 2 1 2

Altro piattino di argento piccolo, colle Armi nel mezzo di S. C. M., lavorato ovato per le ampolline di peso . . . . rot. » 7 » »

Due incensieri di argento, con sue catenelle di argento di peso . rot. 5 » » »

Due navette di argento con sue cocchiarette di argento, colle Armi di S. C. M., di peso . . . . rot. 2 7 1 »

Item un perpetuo di argento dorato dentro, e sua croce di sopra.

Una chiave di argento dorata per il tabernacolo.

Una base di argento con piè, e coppa di argento, e dentro un altro vasetto di argento, per conservarsi l'olio Santo per l'estrema Unzione.

Un altro vaso di argento con piè, e coppa di argento, dentro, del quale vi sono altri due vasetti di argento, per il S. Olio delli Catecumeni, e S. Crisma.

Tre ampolline grandi di argento per conservarsi il S. Olio de' Catecumeni, S. Crisma, Estrema Unzione, colle armi di S. C. M., e sopra un cappello cardinalizio.

Item num. cinque quadretti per la pace, uno con figura di basso rilievo, che mostra l' Ascensione di Cristro N. S. tutto dorato, dietro vi è un Angiolo di rilievo dorato, l'altri quattro dorati con manico di argento, che mostrano la Resurrezione di Cristo; l'altro Cristo nel Sepolcro; l'altro la Visitazione di Maria a S. Elisabetta; e l'altro la Vergine col Bambino Gesù nelle braccia, di peso . . . . rot. 8 » »

Item un reliquiario grande a forma di croce con due puttini di argento massiccio, che sostentano detta croce, dentro la quale vi è una croce d'oro, dove è riposto il legno della S. Croce. (si avverte però, che non si sa di certo, se la croce di dentro sia d' oro, e pure di argento dorato.)

Item un ostensorio piccolo dorato con sua lunetta di argento, e piè di rame, e due cristalli, in cui vi si pose la Sacra Reliquia *de Carne Domini*, con due pietre topazzi fini.

Item una corona imperiale di argento dorata per le funzioni di anniversarii de' Re ed Imperatori, di peso . . . . rot. 2 4 »

Una campanella piccola di argento per le Messe cantate solenni colle armi di S. C. M., e Duca di Alburquerque, di peso . . . . rot. » 8 »

Item un'altra campanella di argento per l' associo del SS. Viatico con manico d' ebano violaceo, di peso . . . . rot. 1 8 »

Una palmatoria di argento con sua catenella, e signacolo di argento di peso . . . . rot. » 5 3

Item una croce capitolare con Crofisso di rilevato massiccio, sotto la quale Croce vi è una crosta di argento, con quattro manichi di argento, nella quale vi sono le armi di S. C. M., e Vicerè Alburquerque, con il bastone di argento lavorato, lungo palmi sette, coll'ingasto di legno nudo, che in tutto fa palmi otto, di peso . . . . rot. 6 » »

Item una mazza di argento, sopra la quale vi è una statuetta di S. Pietro con quattro mezzoli di argento massiccio e le armi di S. C. M., e sig. Duca di Alcalà Vicerè, di lunghezza palmi tre, e mezzo, di peso rot. 3 11 »

Un fonte per l'Aspersorio di argento lavorato con suo manico di argento, con suo aspersorio di argento, ed altro aspersorio a forma di fiore di argento, di peso . . . . rot. 3 7 »

Due ampolline lavorate a collo d'oca di argento, o a lingua di passere, date alla R. Cappèlla dalla Vice-Regina Duchessa di Veraques, di peso rot. 1 » 2

Una statua di argento dell'Immacolata Concezione, data alla chiesa dal Can. D. Alonso SSud, con corona di stelle dorate. . . . . . . rot. 11 » »

Un piedistallo di argento con due cornacopii, e due fiori di argento coll' immagine del SS. Crocifisso, lavorato, dato dal Can. Deputato di quel tempo, per la sola Cappella del SS. Crocifisso, con sua arma di legno, di peso. rot. 15 » »

Un bastone capitolare col pomo d' argento liscio, lungo palmi sei coll'alma di legno. rot. 1 9 2

Due candelieri piccoli d'argento alla Genovese. . . . . rot. 1 7 »

Un pettorale di argento, parte dorato colla figura di S. Pietro . rot. » 3 3

Tre carte di gloria con sua cornice di argento, lavorato, in una vi è l'immagine della SS. Concezione, in un'altra quella di S. Pietro, nella terza di S. Paolo, ed a tutte tre le armi di S. C. M., colle Arme di legno, e cristalli, e vite di rame, e ferro, di peso . . . . rot. 11 6 »

Un reliquiario prezioso con fiori di argento al naturale, dove sono le Reliquie di S. Pietro, e S. Paolo, sostenute da due Angioli, con chiavi,

e spada, al piè vi sono le rami di argento dorato di Monsignor D. Gregorio Marzano, e Castiglia, Giudice della Monarchia, fatta a sue spese, essendo Tesoriere di quel tempo il Can. D. Diego Sandoval nell'anno 1692. rot. 8 11 »

Una reliquia di S. Rosalia Palermitana, sostenuta da due Angioletti di argento massiccio, e sopra una statuetta di detta Santa di argento, data alla Chiesa dal qm. Can. D. Giuseppe Tublino, e da pochi anni a questa parte se gl'ingastò un pezzetto d'osso di detta Santa . . . . . . rot. 5 2 »

Caeterum quoniam Theutonicorum Militum Ordo multas aedes per Siciliam extruxit, illae Mansioni unitae, et suffraganeae accessere, sicut modo etiam sunt, ut liquet ex actis Regiarum Visitationum Francisci Putei, et Philippi Jordii, in quibus Mansionis suffraganeae Ecclesiae hae recensentur.

Ecclesia S. Mariae La Lamanna, sive Alemanua in Civitate Messanae.

Ecclesia S. Barbarae in Oppido Paternionis.

Ecclesia SS. Trinitatis in Civitate Neti.

Ecclesia S. Leonardi, et S. Elisabeth in terra Abulae.

Ecclesia S. Mariae La Lamanna in Oppido Jeracis
Ecclesia SS. Trinitatis in Civitate Politii.
Ecclesia S. Elisabeth in Civitate Corleonis.
Ecclesia S. Mariae de Miraculis in Civitate Castrinovi.
Ecclesia S. Andreae in eadem Civitate.
Ecclesia SS. Trinitatis in Oppido Marganae.
Ecclesia S. Johannis in Civitate Agrigenti.
Ecclesia S. Johannis Leprosorum in Civitate Panormi.
Et est addenda.
Ecclesia S. Margheritae in Civitate Xaccae.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis, examinatis, et discussis relationibus de statu formali Eccl. praesentatis in officio S. Regalis Visitationis et admissis semper citra praejudicium Ecclesiae, Regis et tertii; visitavit omnes Ecclesiae Ministros, servitium Chori, integrumque formalem Abbatiae statum, et pro meliori Divini Cultus servitio, haec censuit decernenda.

Decreta

Ea est Ecclesiarum Regalium conditio, ut nemini liceat sine Regis adsensu earum formam immutare, cumque in Ecclesia Mansionis is hactenus fuerit status, ut Praeceptor, sive Abbas, Priorem nonnullosque Cappellanos ad nutum amovibiles pro servitio Ecclesiae adsumpserit; Illmus, et Rmus Dnus Visitator decernit, ac mandat, quod idipsum semper religiose servetur in posterum, declarans propterea Priorem, et Cappellanos praedictos, nec Capitulum, nec Collegium constituere, nec ullis Capitulorum juribus, ac praeminentiis, vel jure optionis gaudere, nec oblationes, mortuaria, et similia emolumenta sibi attribuere quoquo modo posse, sed eos esse, et reputari dumtaxat debere simplices Cappellanos constituto stipendio ad servitium Ecclesiae per Abbatem libere electos. Cum propterea ipsi veneratione, et Officiis colent, eique tamquam Ecclesiae Praelato obedientiam profitebuntur, et ad Ecclesiam venienti, moranti, aut celebranti, eo ritu occorrent, et serviunt, quibus Ecclesiae Praelatum excipere, et colere convenit. Qui id praestare desierint, punctentur: contumaciores vero, aut qui expresse renuerint, et irreverenter erga ipsum se gesserint, statim pro modo culpae, judicio ipsiusmet Cappellania, aut suspendantur, aut priventur.

Insuper decernit, quod electio, et amotio dictorum Prioris, et Cappellanorum, nisi ad personam, et Dignitatem Abbatis tantum pertineat, qui tamen magis idoneos adsumere, previo examine semper curabit, eosque tum nonnisi ex causis amovebit.

Ad haec Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator mandavit, quod non adsumatur ad munus Prioris, et Cappellanorum, nisi qui praeter vitae integritatem ab Abbate insuper per publicum examen fuerit compertus magis idoneus ad Sacramentorum administrationem, praedicandi munus, Cantum Gregorianum et Palestinum, Ritusque Ecclesiasticos; si qui vero ad praesens sint Cappellani, qui cantum, et ritus non calleant, teneantur omnino intra sex menses ea addiscere sub poena ejectionis.

Porro Prior, et Cappellani, aliique servitio Ecclesiae S. Mansionis addicti, teneantur quotidie statis horis adesse ad Divina Officia, et Sacra; et insuper semper ac supplicationes, exercitia, expositiones, novenas, conciones, aliasque Ecclesiasticas functiones de voluntate Abbatis in dicta Ecclesia peragi, et haberi contingerit. Qui defecerint a Priore punctentur, et subtractione granorum quinque in horis, et tareni unius in Missa, aliisque ut supra functionibus, mulctentur quae puncta fabricae applicantur Ecclesiae: si qui vero nimis frequenter judicio Abbatis deficere videantur absque legitimis causis ab eodem Abbate cognoscendis, iidem è servitio Ecclesiae statim amoveantur.

Quod Prior, et Cappellani teneantur per seipsos inservire Ecclesiae, nec ullatenus un-

quam illud per substitutos adimpleant, nisi in casu necessitatis ad breve tempus, et de licentia Abbatis.

Quod Cappellani omnes, nec ipso Magistro Chori excepto teneantur, et debeant Missas in Ecclesia celebrare juxta ordinem, et distributionem horarum a Priore faciendam pro commodo Ecclesiae, et fidelium.

Quod unusquisque Cappellanus teneatur per turnum, hebdomadarium agere, is vero, cum opus fuerit, aut Prior judicaverit Sacramenta populo administrare teneatur sub poena puncti, aliisque arbitrio Abbatis.

Quod in singulis diebus cantentur Vesperae, et Completorium: Officia autem, et Missae cantentur juxta Ritum, videlicet minus sollemniter in semiduplici, quam in duplici, et sic gradatim in solemnioribus festivis solemniis.

Ad tollenda autem jurgia, et dissentiones citra auctoritatem mandandi, ordinandi, et disponendi, quod opus fuerit in Choro, et Ecclesia, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator decernit, quod ea post Abbatem sit, et esse debeat Prioris, eoque absente Subprioris, in defectu vero amborum Cantoris, qui tertio loco, et gradu constitutus semper intelligatur, et caeteros Cappellanos semper antecellat. Qui adversus haec fuerint pacis, et boni ordinis perturbatores, ab Abbate statim ejiciantur, cujus erit dissidia, et controversias pro sua aequitate componere, atque evellere.

Caeterum Prior, sive in ejus deffectum Subprior, et gradatim Cantor, ut supra tabellam servitii Chori, et numerum functionum et horarum per hebdomodam disponent, et in Sacristia publice disponent, cui dispositioni parere omnino inferiores debeant, sub poena puncti, et in casu frequentis inobedientiae sub poena ejectionis, ut supra.

Praeterea Prior duos punctorum libros habebit, in quos singulas Cappellanorum, aliorumque Ministrorum deficientias, ac mulctas incursas describet, et primo die cujusque Mensis unum Abbati praesentabit, ut defectus singulorum ei pateant, et Ecclesiae servitio consulere, etiam per amotionem valeat; alterum Deputatis fabricae, quibus reddet rationem de mulctis.

Nullatenus vero Prior praesumat disponere Cantum Officii, et Missae, praesertim in Festis Corporis Christi, SS. Trinitatis, et Beatae Virginis Dolorum, item non audeat quemquam a servitio Chori, aut a functionibus dispensare, nisi ex legitimis, aut manifestis causis, id semper de licentia Abbatis, si praesens fuerit. Quod si haec Prior attentaverit, aut super his praesertim in solemnioribus Ecclesiae Festis, et functionibus negligens fuerit, mulctam duplicem statim incurrat.

Item Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod Prior, et Cappellani domus Mansionis omnino inhabitent, sub poena privationis Cappellaniae.

Quod adsumatur alius serviens, vulgo Massaro.

Denique decrevit, quod Procurator Gen. Abbatis si fuerit laicus, nullatenus se ingerat in his, quae ad Chorum, et spiritualia pertinent, sed ea in casu absentiae Abbatis committantur Personae Ecclesiasticae.

TITULUS III.

Visitatio Status Realis.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. postquam visitavit statum materialem, et formalem Sacrae Mansionis, perlustravit etiam ejus statum Realem, redditus, et onera Abbatis Commendatarii; redditus, sive stipendium Cappellanorum, et aliorum omnium, qui quovis modo dictae S. Mansionis servitio sunt addicti; nec non redditus pro fabrica, jocalibus, et Divino Cultu; visitavit pariter jocalia, et mobilia Ecclesiae, onera Missarum, et Anniversariorum, eorumque adimplementum; nec non caetera omnia, quae ad

statum realem dictae Sacrae Mansionis pertinerent; de quibus omnibus relationes praesentatas in Officio S. Regalis Visitationis, simul examinavit, atque discussit eas admittens, si, et quatenus nullum juribus Regis ipsius Sacrae Mansionis, et cujuscumque tertii praejudicium irrogent.

De Mensa Praeceptoris, seu Abbatis Commendatarii.

Omnia bona, et privilegia a fundatore Siciliae Regibus, aliisque piis fidelibus donata, et concessa Cisterciensibus primum, et deinde Theutonicis, Abbati, sive Praeceptori Commendatario tandem accesserunt, et postquam in Commendam haec Mansionis Abbatia, sive Praeceptoria redacta fuit, innumera quoque privilegia, et bona praesertim, ex largitate Regum ad eum devenerunt.

Hinc Abbatia, sive Praeceptoria tamquam de Regio jure Patronatu, ad Regiam praesentationem confertur, subestque Visitationi, spolio, Donativisque, sive Dandis Regiis.

Bona, et Redditus Sacrae Mansionis.

Redditus itaque, et bona, quae Illmus, et Rmus Dnus Visitator in suo hujus Abbatiae lustro cum ex praesentatis Relationibus, tum ex aliis notitiis aliunde diligenter comparatis invenit, atque visitavit, sunt quae sequuntur; salvis tamen meliori calculo, potestate addendi, et mutandi, et quibuscumque juribus aliis Abbatiae, et Regii Patronatus.

Et in primis feudum vulgo della *Gulfa* locatum D. Antonino Bonomo Calatae Hieronis ad decennium ab anno 3 Ind. 1739 et 1740, et deinceps pro summa un7 920, exigenda tertiatim postpositè vigore contractus locationis, per Notarium Antonium Sabella, et Savona die primo decembris 1738, ad favorem D. Baldassaris Plazza, et Valvo, et vigore alberani inter Abbatem, et dictum Bonomo die primo novembris 1738, e Procur. in Not. Johannem Erranti eodem die 14 novembris 1738. . . . . . . on7 920 » »

Feudum dictum della Consaria in Neti territorio, locatum D. Vinc. Giorgio terrae Avolae ad annos quatuor certos, ab anno 15 Ind. 1736 et 1737, et ad alios annos quatuor, ut dicunt de respectu, pro summa unciarum centum quatraginta quinque solvenda in duas tandas, una die primo junii ejusdem anni, et alia postposite die 13 decembris anni sequentis, vigore contractus locationis per acta dicti Notarii Sabella, et Savona die 23 maii 1735. on7 145 » »

Feudum dictum de Rebuttone, situm in Valle Mazariae, locatum D. Georgio Guzzetta terrae Planae Graecorum ad annos duos certos vid. anno primae Ind. et 2 Ind. 1738 et 1739, et ad alios annos quatuor de respectu pro summa unciarum biscentum quatraginta quolibet anno solvenda tertiatim postpositè, vigore contractus locationis per acta ejusdem Notarii die 14 julii 1737. . . . . on7 240 » »

Feudum dictum S. Andreae in Civitate Castrinovi, locatum Dominico Colletto Civitatis Castrinovi ad septennium, vid. quinquennium certum ab anno 3 Ind. 1739 et 1740, et deinceps; et ad aliud biennium de respectu pro annua summa unciarum quinquagintaquinque, solvenda postpositè in quolibet mense septembris vigore contractus locationis per eumdem Notarium die 7 augusti 1739 in annua summa unc. sexaginta, cum quinque relaxantur ratione quintae, vigore alberani inter Abbatem, et dictum de Colletto et vigore Procurationis ad invicem ad publicandum alberanum per eadem acta die 29 septembris 1740. . . . . on7 55 » »

Feudum dictum della Margana in territorio Vicaris, constans salmis 1303, locatum D. Hieronymo Vasselli ad quinquennium certum ab anno 13 Ind. 1734 et 1735 et deinceps, et ad aliud quatriennium de respectu pro summa

vid. primo anno 13 Ind. ratione tt. vigintisex pro salma, et annis sequentibus tam certis, quam de respectu ratione unciae unius pro salma, solvenda postpositè in mense octobris cujuslibet anni, vigore contractus locationis per Notarium Antoninum Sabella, et Savona, die 19 julii 1734. on7 1303 » »

Pro gabella molendini in eodem feudo locato vigore ejusdem contractus eidem de Vasselli. . . . . on7 26 » »

Pro carnagiis ejusdem feudi . . . . on7 10 » »

Feudum Mansionis Salemi in valle Mazariae locatum D. Antonino Migliaccio terrae Planae Graecorum a die 1 septembris 1737, ad annum 4. Ind. 1740 pro summa ratione unciae unius pro salma super salmis 765. 12. terrae solvenda postpositè in mense septembris cujuslibet anni, vigore contractus per acta ejusdem Notarii die 28 januarii 1738. . . . on7 765 3 15

Feudum Mansionis in territorio Agrigentino locatum D. Hieronymo Vasselli ad triennium certum et ad aliud triennium de respectu ab anno 15. Ind. 1736 et 1737, et deinceps pro summa unciarum 160, solvenda tertiatim postpositè quolibet anno vigore contractus per eadem acta die 27 julii 1736. . . . . on7 160 » »

Census plurimi, qui exiguntur in civitate Panormi, tenore significatoriae officii conservatoris, et praesentatae in officio S. Regalis Visitationis, ut describuntur in folio primo usque ad undecimum on7 424 28 11

Census feudi, seu territorii Resalaymi debitus a Marchione Oleastri, ut in significatoria fol. 11. . . . . on7 80 » »

Census alii, qui exiguntur in civitate Messanae, exigibiles ut ex Significatoria fol. 11. . . . . on7 60 8 »

Census alii in Regno, ut ex significatoria fol. 13. . . . . . . on7 47 23 »

Census feudi S. Elisabeth in Civitate Corleonis ut in significatoria f. 13. on7 229 » »

Census exigibiles in eadem civitate, ut in eadem significatoria fol. 14. on7 3 14 »

Gabella horarum trium aquae fluminis Sabuci, ut in eadem significatoria fol. 14. . . . . on7 6 » »

Affictus domus vulgo della Ruga delli Formaggi ut in significatoria tunc locatae pro un7 5 fol. 14. . . . . on7 6 » »

Census super tymmaria Solanti debitus a D. Mario Joppolo Pricipe S. Eliae pro tymnis concessis a Rege Friderico anno 1305 ut etiam in eadem significatoria fol. 11 . . . . on7 6 » »

Census super tymmaria S. Georgii debitus a civitate Panormi pro tymnis concessis, ut supra, et ut etiam in eadem significatoria fol. 14 . . on7 2 25 10

Summa totius Introitus on7 4490 12 16

Sunt, et alii census inexigibiles, quorum aliqui non exiguntur, cum domus, super quibus sunt fundati extant dirutae, et alii quia non habetur notitia debitorum, et praedii, ut in eadem significatoria fol. 14 usque ad 16.

Onera, sive, ut vocant, Gravitiae Sacrae Domus Mansionis.

Pro expensis Divini Cultus Ecclesiae Domus Mansionis unciae quincentum vigintiuna, et tar. vigintiquatuor prout infra. on7 521 24 6

Priori Ecclesiae unciae viginti una et tareni 24. . on7 21 24 »

Cappellano Cantori unciae viginti. . . . . . on7 20 » »

Septem Cappellanis ratione unc. 18 pro quolibet, unciae centum vigintisex. . . . . on7 126 » »

Quatuor sacristae unc. vigintisex. on7	26	»	»			
Organico unc. duodecim. on7	12	»	»			
Et qui folles elevat unc. duo. on7	2	»	»			
Duobus Presbyteris, qui Diaconi, et Subdiaconi munia obeuut, unc. octo. on7	8	»	»			
Barbitonsori unc. duo et tt. 12. . . . . on7	2	12	»			
Pro cera, oleo, vino et similibus ad Divinum Cultum spectantibus, unc. sexagintasex, et tt. 15 . . . . . . on7	66	15	»			
Pro panis eleemosyna, unciae quinquagintaseptem et tareni quindecim. on7	57	15	»			
Pro fabricis, et jocalibus Ecclesiae unciae octuaginta. on7	80	»	»			
Pro festivitate SS. Trinitatis, et Corporis Christi, unc. quatragintaquinque. on7	45	»	»			
Pro pane, et vino Ministrorum Ecclesiae in eodem die Corporis Christi unciae duo tt. 18 6. . . . . . . on7	2	18	6			
Pro festivitate S. Stephani unciae duo. on7	2	»	»			
Pro cera Caudelorae unc. tres. on7	3	»	»			
Pro expensis S. Sepulcri unciae duodecim. . . . on7	12	»	»			
Pro eleemosyna Praedicatoris in Adventu, et Quadragesima, unciae viginti. on7	20	»	»			
Pro rata annuali expensae quatraginta horarum in summa un7 45, pro quolibet triennio unc. quindecim. . . on7	15	»	»			
In totum. on7	521	24	6			
Ecclesiae S. Mariae Alemannae in Civitate Messanae suffraganeae Domus Mansionis un7 18. . . . . on7				18	»	»
Seminario Clericorum pro pensione unc. sexaginta. on7				60	»	»
Pro censu aquae ad servitium Domus, et Ecclesiae unciae sex. . on7				6	»	»
Magistro aquae unciae duo. on7				2	»	»
Infrascriptis Subjugatariis super feudo della Gulfa, unciae centum trigintaquinque, prout infra. on7				135	»	»
Sorori Petrae Aloysiae Regio Moniali Monasterii Abbatiae Novae unciae quinquaginta. on7	50	»	»			
Principi Campifloriti unc. vigintiquinque, tar. 23 5. on7	25	23	5			
Conventui PP. Johannis de Deo unc. decem, et octo. on7	18	»	»			
Sac. D. Francisco Zizza unc. decem. on7	10	»	»			
Collegio Societatis Jesu Panormi unciae trigintauna tareni sex et grana quindecim. on7	31	6	15			
In totum. on7	135	»	»			
Regiae Curiae pro medietate Donativi ordinarii, cum alia medietas spectat ad Pensionarios, unciae nonagintanovem, tareni quatuordecim, et gr. 15 . . . . on7				99	14	15
Deputationi Regni pro reparatione viarum ec. pro medietate, quae spectat ad Abbatem, cum alia medietas sit solvenda a pensionariis unciae trigintaquinque, tareni vigintiseptem, et gr. novem on7				35	27	9
Deputationi Regni pro donativo un7 2000 pro medietate, quae spectat ad Abbatem unciae nonagintaquatuor, tareni vigintisex, et grana quinque on7				94	26	5

Deputationi regni pro donativo un7 1000 pro medietate, quae spectat ad Abbatem, ut supra unciae sexaginta duo, tareni tres, et gr. 16. . on7 62 3 16

Infrascriptis pensionariis unciae millesepticentum et duodecim. . on7 1712 » »

D. Salvatori Dominici unciae octuaginta. . . .	on7	80	»	»
D. Angelo Anicito unciae vigintiquatuor. . . .	on7	24	»	»
D. Matthaeo Ferrasilla unciae vigintiocto, et tt. 24.	on7	28	24	»
D. Augustino Garsia unc. centumtrigintasex. . .	on7	136	»	»
D. Sebastiano Pauli, unciae octuaginta	on7	80	»	»
D. Antonio Perlongo unciae biscentum	on7	200	»	»
D. Salvatori Mariotta unc. centumvigintitres, et tt. 6.	on7	123	6	»
D. Antonio Nummo unc. centum.	on7	100	»	»
D. Philippo Nummo unc. centum	on7	100	»	»
D. Didaco Chiesa unc. centum sexagintaduo, et tar. 24	on7	162	24	»
D. Antonio Amico unc. trigintaocto, et tar. 24 .	on7	38	24	»
D. Jacobo Augustino Polistiazzi unciae sexaginta .	on7	60	»	»
Ab. D. Aeneae Aureggio unciae centum. . . .	on7	100	»	»
D. Josepho Perlongo unc. quatrincentum . . .	on7	400	»	»
D. Carolo Blasco unc. triginta, et tt. 12 . . .	on7	30	12	»
Patri Francisco Guin unciae quatragintaocto , . .	on7	48	»	»
Sunt.	on7	1712	»	»

Summa totius exitus

Unciae duomillia septincentum quatragintaseptem, tareni sex, et gr. 7. on7 2747 6 7

Praetensiones Sacrae Mansionis

In primis praetenditur ab Abbate S. Mansionis, nulliter fuisse concessum feudum, seu territorium Resalaymis anno 1523 a Benedicto Ramo , tunc temporis Procuratore D. Alphonsi Aragona Abbatis pro annuo canone unciarum octuaginta sibimetipsi , et suis haeredibus non adhibitis necessariis solemnitatibus.

Praetenditur praeterea ad abbatiam Sacrae Mansionis spectare integrum feudum, vulgo dictum de Montegrifone ad Mare Dulce contra Marchionem Agoniae , et alios si necesse esset.

Item alia petia terrarum in eodem loco ad Mare Dulce nuncupata li Margi di Faraci, et magna portio aquae fontis Maris Dulcis nunc detenta ab eodem Marchione Agoniae absque ullo titulo.

Item praetendit Abbatia praedicta census deperditos super eadem aqua.

Item plures terras in integro feudo S. Elisabeth existente in territorio Corleonis.

Item praetenditur laesio contra Sacram Distributionem Agrigentinam, et pro ea contra Gerlandum, Franciscum, et Libertinum Aletto, et Antoninum Dalli super terris antiquitus a Sacra Mansione concessis, et nunc per eosdem possessis, pro quibus Sacra Distributio solvit in totum jure proprietatis un7 1 14.

Item super clausuris nuncupatis antiquitus di S. Scena, nunc legatum pro dote puellarum orfanarum, possessis per Raymundum Moscato; et partim locatis D. Antonino Grilletto, quae quidem continet salmas 6. 2. terrarum, pro quibus solvitur jure proprietatis un7 1.

Item super clausuris dictis di Craparo , modo possessis per Clericum Antoninum Modica, et dictum Grilletto, continent salmas quatuor terrarum, pro quibus solvuntur quolibet anno tareni sexdecim.

Item super loco dicto di Griscia primum possesso per Sac. D. Stephanum di Carlo ,

nunc per ejus haeredes continente salmas 2 terrarum, pro quibus solvuntur tareni sex, et gr. decem.

Item super loco nuncupato di Guacciolo modo possesso per Venerabilem Archieconfraternitatem SS. Sacramenti, continet salmas 4 terrarum, pro quibus solvuntur quolibet anno tareni 7 et gr. 8.

Item super loco nuncupato di Zambito, possesso per Onuphrium Zambito, constante salm. 2 terrarum, pro quibus solvuntur tareni 7.

Item super loco terrarum, olim nuncupato Montis Aperti, modo possesso per Clericum Defendinum Bardi constante salm. 7, pro quibus solvuntur un7 2, et tareni 4.

Item sunt, et aliae praetensiones recensitae per Regios Visitatores in actis suarum Visitationum, et praesertim per Philippum Jordium.

Stipendium Cappellanorum, et aliorum Ecclesiae Ministrorum.

Cum primum Cappellani servitio chori, et ecclesiae addicti fuerunt, quoddam certum stipendium in pecunia, et in quadam portione panis, et vini a Praeceptore, vel Abbate Commendatario fuit eis adsignatum, ut produnt acta antiquarum Visitationum Francisci Vento, et Jacobi Arnedo. Non idem tamen semper stipendium Cappellani obtinuerunt. Exiguum jam olim erat, sed postea Decretis Regiorum Visitatorum, ut alacrius commodiusque Ecclesiae inservirent, fuit adauctum. Jacobus enim Arnedus aliquid adjunxit. Franciscus inde Puteus augendum adhuc illud sentiens, mandavit, quod stipendium pro quolibet Cappellano augeretur ad uncias 15 et tarenos 24 quolibet anno. Tandem Philippus Jordius voluit, et ordinavit, quod Priori darentur unciae 21. 24. Cantori, sive Magistro chori unc. 20, et reliquis Cappellanis unc. 18 quolibet anno; aliquando vero sequioribus temporibus, pinguius stipendium brevi tamen tempore consequuti fuerunt: nunc vero juxta Decretum Philippi Jordii illud obtinent hac scilicet ratione. Prior consequitur quolibet anno ab Abbate Commendatario uncias 21. 24, ex largitate vero moderni Commendatarii aliae unciae sex sunt adjunctae. Item pro portione panis, et vini, quae quolibet anno in festo Corporis Christi per Commendatarium erogantur, obtinet rotulos sexdecim panis et amphoras, vel ut vocant *quartucci* octo vini, quae cum in pecunia modo distribuuntur, ascendunt ad summam tarenorum 11, et gr. 12 olim Prior possidebat jura erranteriae, quae erat secus moenia Mansionis, et eleemosynas, quae in capsulis in Ecclesia hinc inde positis a fidelibus immittebantur, sibi acquirebat, nunc nihil eorum percipit.

Magister Chori, sive Cantor habet uncias viginti, reliqui Cappellani decem et octo, et de portione panis, et vini eisdem debita in festo Corporis Christi ratione rotulorum 8 panis, et amphorarum sive *quartucci* quatuor vini, tarenos quinque, et gr. 16 pro unoquoque.

Sacristae duo, unciae viginti nempe decem in singulos quolibet anno, et triginta rotul. panis quolibet mense, ultra rotul. quatuor panis, et duas amphoras sive *quartucci* vini in festo Corporis Christi, nec non usum superpellicei, seu cottae, et domum in Mansione.

Clericus Sacrista, qui Missas celebrantibus inservit uncias sex, et rot. quatuor panis, et duo *quartucci* vini, quolibet anno cum usu cottae et domus.

Quoniam vero Sacristae in praesentiarum sunt quatuor, stipendium tribus supradictis adsignatum, inter se quatuor ipsi partiuntur.

Organicus un7 14 et rotul. octo panis, et quartucci quatuor vini quolibet anno.

Qui folles organi elevat un7 2 et rotul. 4 panis et quartuccios duos vini quolibet anno.

Diaconus, et Subdiaconus, qui in festivis diebus Ecclesiae, choro, et altari inserviunt, quilibet eorum uncias quatuor quolibet anno.

Et quoniam olim Cappellanis per Commendatarium Abbatem dabatur Barbitonsor, nunc stipendium illius, quod in anno ascendit ad uncias 2. 12, inter Cappellanos, et Sacristas dividitur, hac scilicet ratione, quod priori tarenus unus detur, et cuilibet Cappellanorum grana decem quolibet mense.

Jocalia et Ornamenta,

Quae Illmus, et Rmus Dnus Visitator visitavit, et invenit sunt:

In primis una cappella d'oro consistente, casubola con sua stola, e manipolo frinzate, due tonicelle con puro gallone con stola, e 2 manipoli, ed una cappa con suo gallone, e frinza, e sua chiappetta di argento con una tovaglia asprinata usata con sua guarnizione di argento al presente inservibile.

Di più una cappella di lama di argento con guarnizione d'oro tutta fornita di stole, e manipoli con sua cappa guarnita, come sopra, con piangia di argento, dove vi è scolpita la SS. Trinità, al presente è usata.

Un'altra casubola dell'istesso drappo: guarnita di stola e manipolo, al presente usata.

E più un'altra cappella con sua cappa di lama rossa con suoi scudi guarnita di galloni all'antica di tutto fornita, e la cappa con chiappetta di argento.

Color bianco

Una cappella di tilettone listiato con due stole, e manipoli sfoderata.

Una casubola con monipolo, e stola del medesimo drappo foderata.

Una cappella di raso usata con guarnizione falsa con sue stole, e manipoli, al presente inservibile.

Due casubole di raso bianco, e rosso con sua frinza, e veli rossi trinati di guarnizione d'oro usati.

E più numero sei cappe usate foderate bianche, guarnite di guarnizione falsa con fasce rosse di dietro inservibili.

Numero sei cappe di damasco bianco usate foderate con gallone di seta.

E più una casubola di lama d'argento con sua guarnizione d'argento all'antica, fornita di stola, e manipolo inservibile.

E più una casubola bianca usata inservibile senza stola, e manipolo.

E più una cappella vecchia di terzanello inservibile guarnita di gallone di seta senza stola, e manipolo.

Due portali di lama bianca per il Coro guarniti con suo gallone, e frinza d'oro inservibili.

E più sopracalici num. quattro vecchi.

E più un velo bianco per sopra le spalle, guarnito di guarnizionella d'oro inservibile.

Un paviglione bianco per la custodia inservibile.

E più due vesti della Madonna della Torcia inservibili, una guarnita all'antica, e l'altra piana.

E più un faldistorio inservibile.

E più due paviglionetti di tabernacolo, uno riccamato d'argento, e l'altro di lama inservibile.

Color Rosso.

Una cappella di damasco rossa frinzata con sue stole, e manipoli inservibile.

Una cappella di drappo d'oro senza stola, e manipoli usata.

Numero quattro casubole rosse foderate vecchie con stole, e manipoli, trinate d'oro falso inservibili.

Quattro casubole, tre di terzanello, ed una di damasco usate, con stola, e manipoli foderati, e guarniti di gallone di seta al presente inservibile.

Sette cappe usate rosse foderate, guarnite di gallone di seta, cioè n. sei di terzanello, ed una di damasco.

Un padiglione grande di seta per la Custodia di color rosso, e due portali dell'istesso drappo, foderati usati. 25

Un faldistorio senza fodera usato.
Un padiglionello rosso, vecchio, inservibile.
Un vestito della Madonna del medesimo colore inservibile.
Due veli per sopra le spalle; uno inservibile, e l' altro usato di color rosso.
Cinque sopracalici rossi, due inservibili.
Una cappella d' imbroccato falso con sue stole, e manipoli, guarniti di gallone falso con una cappa guarnita inservibile.
E più una cappella di damasco cremisino con il mezzo della casubula, e tonicelle d' imbroccato allora inservibile, al presente modernata, e servibile.

Color Verde.

Una cappella di damasco verde con due cappe foderate, guarnite con stole, e manipoli trinati di gallone di seta.
Quattro casubole verdi, cioè una di damasco fornita di stola, e manipolo con suo gallone di seta, ed altra di terzanello con sua stola, e manipoli con galloni di seta, ed altri due di capicciole trinate di frinza.
Tre sopracalici, cioè uno di terzanello, e due di taffettà del medesimo colore.
Un padiglione verde di taffettà per la custodia con guarnizione di filo, e seta.
Una tovaglia per sopra le spalle verde usata.
Un faldistorio verde.
E più una veste della Madonna della Torcia del medesimo colore.

Color Violaceo.

In primis tre casubole di tabì trinate di guarnizione d' oro con sue stole, e manipoli con una cappa di terzanello trinata con il cappuccio, guarnito di guarnizione d' oro.
E più un velo di terzanello guarnito d' oro.
Uno stolone di tabì fornito di guarnizione d'oro con palla, e borsa dell' istesso drappo.
Una cappella di damasco violaceo guarnita di frinza di seta con sue stole, e manipoli con il fondo di raso incarnato.
Due tonicelle di buratto, una con sua stola, e manipolo; l' altra con manipolo senza stola, ed un' altra senza, amendue inservibili.
E più n°. 12 sopracalici violacei, cioè quattro grandi, e gli altri piccoli usati.
Una veste della Madonna inservibile.
Un faldistorio di burato usato.
Due mante della Madonna della Pietà, cioè uno di rosso riccamato all'antica, e l'altro di taffettà trinato di argento.
Due portaletti violetti per il coro vecchi di capicciola frinzati.
Uno stolone vecchio di damasco frinzato.
Un baldacchino violato di buratto vecchio.
E più un panno violaceo di velluto per il pulpito frinzato.
E più due portali per il SS. Crocifisso di capicciola, inservibili.

Color Nero.

Una pianeta nera frinzata cremisina con il fondo sì della casubola, come delle tonicelle di raso rosso con sue stole, e manipoli, la quale casubola è di velluto, e le tonicelle di terzanello.
Una cappa di terzanello vecchia con gallone di seta inservibile.
Due casubole nere di damasco guarnite di guarnizione di argento con sue stole, e manipoli.
Due sopracalici neri con guarnizionella d' oro.

Altre due casubole nere, una di terzanello con stola, e manipolo trinata di gallone di seta, e l'altra di damasco inservibile.

Tre padiglionelli per la pisside piccola inservibili.

E più un altro di raso ricamato alla moda d'oro, e di argento a color di perla per la pisside grande.

Due portali per la sacristia vecchi, inservibili, listiati di seta.

Altri due di panno verde per detta sacristia, usati.

Quattordici fardi tra grandi, e piccoli per un tosello, che serve per l'altare maggiore di velluto fiorato.

Due portali dell'istesso drappo con suoi galloni, e frinza di seta per il coro.

Una spallera per il Priore dell'istesso drappo con gallone di seta.

Due baldacchini, uno di lama d'argento, foderato di terzanello, mancante d'alcuni giummi, l'altro d drappo fiorito, foderato di taffettà listiato, mancante di un giummo.

Biancheria.

E primo n.° tre cammisi di tela costanza con sua guarnizione di mezzo palmo.

Tre cingoli con sua zagarella.

Un cammiso di tela costanza con sua guarnizione alta un terzo.

Un cingolo con zagarella incarnata.

Un altro cammiso usato con guarnizione all'antica alta due terzi.

Altri due cammisi di tela fina vecchi con sua guarnizione piccola.

Cingoli sei vecchi per uso delli cammisi della giornata.

Otto cammisi per la giornata due nuovi, e sei vecchi.

Numero 12 ammitti 6 nuovi, e 6 vecchi.

Quattro cotte per li sacristani due nuove, e due vecchie.

E più n.° 13 tovaglie per gli altari cioè quattro buone, e l'altre vecchie.

Numero tre tovaglie per le mani cioè due usate, ed una nuova.

E più numero due tovaglie per la credenza.

Palii.

Un palio di cannavaccio d'oro con suo gallone, e frinza d'oro mancante.

E più cinque palii di lama d'oro con sua frinza mancanti, e gallone d'oro all'antica vecchi.

Nove palii di lama di argento, fiorati, nuovi, con guarnizione, e gallone d'oro.

Due palii bianchi, uno di damasco, e l'altro di lama con guarnizione all'antica di argento inservibili.

Due palii rossi, uno di taffettà con guarnizione di filo bianco, e l'altro inservibile.

Altro palio di velluto nero, con sua frinza, e gallone di seta cruda.

Sette palii d'imbroccato vecchi, per gli altari della giornata.

Dieci palii violacei inservibili.

Numero nove palii verdi, tre inservibili, e l'altri vecchi.

Più un padiglione di tela violacea per cuoprire la custodia.

Rame

E primo numero tredici lampieri tra grandi, e piccoli per la nave della chiesa.

E più numero quattro campanelle per la chiesa.

Una ruota di n. 10 campanelle.

E più una campana sopra la porta della sacristia.

E più quattro campane tra grandi, e piccole nel campanile.

Argento

E primo due incensieri di peso . . . . lib. 3 10 »
Un sicchietto con sua spongia . . . . lib. 1 11 »
Una navetta con sua cocchiarella . . . . lib. 1 6 »
Una Pisside piccola . . . . lib. 1 2 »
Una Bussola del Perpetuo . . . . lib. » 7 »
Una Pisside grande. . . . . lib.
Un Calice . . . . lib. 2 3 »
Un altro Calice di peso . . . . lib. 2 7 »
Un altro. lib. 2 » »
E più un altro Calice . . . . lib. 1 9 »
E detti quattro calici sono stati pesati colla loro patena.
E più un coppo di un calice, che ha il piede di rame, con sua patena di peso . . . . lib. » 8 »
Un pomo di argento per la croce . . . . lib. » 7 »
Ed un taddema di S. Stefano . . . . lib. » 10 »
E più una statua del glorioso S. Stefano di rame con sua testa, e mani di argento, e parte del petto, dove si conserva la reliquia; per la stima di un perito di peso . . . . lib.
E più una pace coll'impronta della SSma Trinità, di peso . . lib. 1 9 »
E più una campanella di argento . . . . lib. » 8 1/2
Un piattino di argento per le ampolline . . . . lib. » 11 1/2
E più un disco di argento . . . . lib. 7 2 »
Lampieri piccoli n. undici. . . . . lib. 21 1 »
Un lampiere grande . . . . lib. 11 6 »
Vasetti n. otto, pesati di lordo . . . . lib. 25 7 »
E più candelieri con piede, e croce con crocifisso di rame n. nove, di lordo. . . . . lib. 87 6 »
E più tre carte di gloria . . . . lib. 3 6 »
Una sfera con tutti li cristalli, e spico di rame . . . . . . lib. 6 7 »
Un piedestallo di argento. . . . . lib. 4 2 »
E più due corone una per la Madonna della Torcia, e l'altra per il Bambino, di peso . . . . lib. 1 7 »
Due corone, una della vergine SSma del Rosario, e l'altra del Bambino. lib. » 2 1/2
Una mezzaluna inservibile, quattro candelieri, ed una raia a due circoli con stelle di argento, di peso . . . . lib. 4 9 »
Oggi d'ordine dell'Abbate furono consegnati a Francesco Nicodemo Argentiere per farne num. sei reliquiari con fiori di argento alla naturale, come appare distintamente, per l'apoca, per gli atti di not. Antonino Sabella, e Savona sotto li ... quali sono con piede, e bussole di rame dorati, di peso di netto. . . . . lib. 4 : 1/2
E più num. due chiavi del tabernacolo dorati dell'altare maggiore, altra del tabernacolo piccolo, e l'altra del sepolcro . . . . . . lib.
E più un palio d'argento dell' altare maggiore . . . . lib.

Reliquie

E primo, Legno di S. Croce in Reliquiario di argento, di peso. lib. 4 » 3/4
E più un reliquiario di argento, ove si conserva in un cristallo un pezzetto d'osso dalla gloriosa S. Rosalia . . . . lib. 1 7 »

Nella statua del glorioso S. Stefano si conserva il gangolaro con quattro ganghe.

Una statua della gloriosa S. Apollonia di legno, si conserva un dente di detta santa, posto in una bossoletta di argento.

Un'altra mezza statua di legno del glorioso S. Luca, si conserva un pezzetto della costa di detto santo, posta in bussoletta di argento.

Numero sei reliquiarii di argento, ove si conservano le reliquie degl' infrascritti santi, cioè S. Crescenzio, S. Bonifacio, S. Mansueto, S. Costantino, S. Laureato, e S. Candido, distinti ognuno nel suo reliquiario, come per autentica.

Un reliquiario nuovamente fatto con cristallo dorato di mistura, dove si conservano principalmente le reliquie di S. Vincenzo M. e del glorioso S. Severino Martire, ben grandi.

E tutte le altre Reliquie, che si conservano in due cassette, che descrive la visita, cioè S. Donato Amazio, Canuto, Teofilo, Clemente, e Bonifacio, delle quali parte maggiori delli detti sono posti dal presente Priore col permesso del Vicario Gen. nelli reliquiarii nuovamente intagliati nella cappella della Signora della Pietà.

Un reliquiario d' argento senza reliquie di peso lib. 1. 4.

Nota delle robe di Chiesa, e Sacristia nuovamente fatte dal presente Priore dall' anno 1736 in poi.

E primo una cappella di tabì bianca con sua cappa, tutta trinata di guarnizione d'oro con velo borsa, e palla.

Un' altra cappella di drappo fiorata d'argento, e fiori effelbati col fondo a color d' oro, tutta trinata con guarnizione di argento.

Un padiglione di detto drappo per il tabernacolo con sua frinza di argento, e seta, e sua scocca.

Un altro padiglione del detto di telittone zaffiro trinato di argento falso, e sua scocca di argento fino.

Due casubole di tilettone fasciato bianco, e incarnato, e torchino con sue stole, e manipoli, foderati di tela rossa, trinati di gallone falso di argento con sue borse, palli e veli.

Due casubole di fiammetta sfoderate trinate di terzanello, ovvero zagarella incarnata con sue borse, palle, e veli.

Tre palii, uno per l'altare maggiore, e gli altri due per la SS. Trinità, e S. Stefano di telettone zaffiro con gallone di argento falso foderato di tela.

E più un'ombrella di drappo fiorato con argento consimile alla Cappella, foderata di terzanello trinato di frinza con argento, e seta.

Sei cappe di tabì bianche foderate, trinate con guarnizione d' oro falso.

E più numero due casubole di tabì fiorato trinate di guarnizioni d' oro fino, foderate di terzanello incarnato, con veli, borse, e palle.

Un padiglione per la pisside grande di cannavaccio di argento, trinato di frinza d'oro, e giummi di cannottiglio.

Una casubola di telettone nero trinata di gallone di seta, a color d'oro, con borsa, palla, e velo.

Una cappa di terzanello nero trinata di gallone usato, e foderata di tela.

Due casubole di telettone color di ponsò, trinate di gallone di argento falso foderate di tela incarnata, con palla, borsa, e velo.

Un velo per sopra le spalle trinato d'argento.

Biancheria.

Un cammiso di tela di bisso con sua guarnizione fina alta due terzi.

Due cammisi di tela costanza coll'istessa guarnizione di due cammisi inservibili.

Sette tovaglie di altare, una delle quali è guarnita per l'altare maggiore.
Altre sei tovaglie per detti altari.
Dodici tovaglie di mano per la sacristia, delle quali al presente se ne conservano 4 e e l'altre inservibili.
E più dodici cotte fatte in cinque anni, ed al presente sono 4, e le altre inservibili.
E più dieci ammitti, dieci corporali, e dieci cingoli.

Libri di Coro.

Un Graduale, un Breviario, ed un Martirologio tutti nuovi.
Un antifonario nuovamente legato.
Un salterio rinnovato.
Un ottavario usato.
Un disco grande.
Un disco per il breviario del coro nuovamente fatto.
Sette missali, due nuovi, due usati, e gli altri vecchi.
Due messali di morti nuovi, ed altri tre inservibili. — E più un Rituale.

Robe per uso degli Altari della Chiesa.

Sedici candelieri per l'altare maggiore inargentati, num. 8 delli quali nuovamente fatti
E più numero sedici vasi inargentati.
Trentasei candelieri, e vasi per l'altare della SS. Trinità, e S. Stefano dorati di mistura nuovamente fatti.
E più settantadue candelieri e vasi per l'altare, fatti di mistura.
Diciotto rami di stagnolo fatti nuovamente per l'altare maggiore.
Trentasei rami per gli altri altari.
Cinque paja di carte di gloria nuovamente fatte di mistura, ed altre due usate.
E più dischi num. quattro di mistura.
Quattro torcieri per l'altare maggiore nuovamente dorati di mistura.
Un tappeto grande per l'altare maggiore.
E più un tappeto piccolo per la pradella del celebrante.
Una tovaglia rossa trinata di argento.
Una bianca trinata d'oro.
Una pianeta ricamata all'antica piana, di raso di Fiorenza, data da Monsignor Abbate de Branciforti.

Onera Missarum, quae in Ecclesia Mansionis celebrari debent, sunt.

In primis; legatum missarum quatuor quotidianarum celebrandarum per Priorem pro tempore, et tres Cappellanos digniores, relictum per quondam Abbatem D. Petrum del Carriglio ratione annualium unc. 24 pro qualibet missa, ut ex testamento per acta Notarii Petri Faviglia Panormitani die 15 aprilis 11 Ind. anno 1636.

Legatum unius missae quotidianae celebrandae in altari S. Michaelis Arcangeli per Cappellanum Seniorem relictum per quondam D. Gasparem D'Utria ratione annualium un7 18.

Legatum Missae unius quotidianae celebrandae in Cappella SS. Crucifixi, relictum per quondam D. Petrum Foti ratione annualium unc. 18.

Alia Legata pro celebratione Missarum.

Legatum annualium unciarum 16 super nonnullas domus prope Abbatiam relictum per quondam Sac. D. Stephanum Princizano, de quibus un7 16, deducto censu tarenorum vigintiocto solvendorum Abbati deductisque expensis pro Domorum reparatione pro duabus annuis missis cantatis, et pro cera in cappella S. Mariae Dolorum, quod remanet, erogatur in celebratione Missarum.

Ab haereditate dicta de Masetti un7 1. 15, solvendorum a Tabula Panormi per bimestre, quae summa erogatur in celebratione Missarum ratione tt. 1. 10, pro qualibet missa.

A Deputatione dicta de Licodin ann. un7 3; quae erogantur in celebratione Missarum ut supra; eaque summa fuit assignata ab haereditate supradicta di Massetti, ut per acta adsignationis per manus Notarii Matthaei Fortunato Battaglia Panormitani die 13 octobris 10 Ind. 1684.

A tabula Panormi tt. 12 per bimestre adsignati a quondam Antonina Carrisi, vigore donationis per acta Notarii Gasparis Pellegrino die 9 Julii 15 Indictionis 1632.

Ab haeredibus Hyacinthi Catanzaro un7 5 quolibet anno vigore contractus recognitorii per acta Notarii Stephani Sabella, et Savona die 12 Junii 7 Ind. 1684, et dictae unciae quinque solvuntur Ecclesiae Mansionis jure proprietatis super magna domo sita in via dicta del Cassaro.

A Magistro Petro Battaglia un7 2 quolibet anno vigore contractus emphyteutici per acta Notarii Michaelis Angeli Lo Presti, die 18 aprilis 15. Ind. 1737, quae summa un7 2 solvuntur a dicto Battaglia super domibus existentibus ante Monasterium S. Rosaliae ex legato quondam Petri Lo Rizzo.

A Sorore Josepha Gaetano un7 1 quolibet anno super domo in via vulgo dicta de la Serra vecchia, tamquam haerede Dominicae Elisabeth, et Johannae di Leo, prout ex eorum testamento.

Ab haeredibus D. Josephi Celesti annui tareni 4, qui distribuuntur inter Cappellanos praesentes in missa una pro dicto di Celeste, ut ex ejus testamento.

Supradicta parva legata important circiter quincentumquatraginta missas quolibet anno, quae non semper eodem sunt numero pro varietate expensarum, quae causa ipsorum legatorum, eorumque exactione quolibet anno occurrere solent.

Decreta.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. mandavit, quod pro conservatione Bonorum, et Jurium Abbatiae observentur Decreta Generalia pro Archiepiscopali Mensa, et Regii Juris Patronatus Ecclesiis.

Item mandavit, quod praetensiones Abbatiae pro recuperatione Bonorum, et Jurium usurpatorum, nec non contra alienationes laesivas aut illegitimas quantocius promoveantur, causaeque introductae sollicitè expediri curentur.

Item quod panis pauperibus ex onere Abbatiae dispensandus, aut è platea ematur, aut non aliter distribuatur, quam recognitus prius, et approbatus a Priore, et antiquiore Cappellano.

Item Illmus Dnus Visitator perpendens redditus dicti Prioris ex erranteria, et eleemosynis cipporum, seu Capsularum Ecclesiae, vel penitus defecisse, nec non attendens ad gravem ejusdem Prioris in Ecclesia laborem, cui par non est stipendium in unc. 21 24; prout et ipse Abbas haec novit, qui propterea eidem sponte contribuit alias uncias sex quolibet anno, decrevit, atque mandavit, quod praedictae unciae sex in perpetuum ex redditibus Abbatiae Priori persolvantur, et quidem de caetero percipiat stipendium in totum unc. 27. 24; ita tamen, ut proventus juris Erranteriae, et eleemosynarum si qui fuerint cedant in Beneficium Ecclesiae, et Cultus Divini.

Item mandavit, quod fiat rollus legatorum, et onerum Anniversariorum, et Missarum omnium sive Ecclesiae, sive altaribus, sive Cappellanis incumbentium, et sub distinctis rubricis describantur, origo, bona, et redditus, summaque omnium tabellae consignetur, quae in Sacristia continuo prostet.

Quod fiant libri satisfactionis dictorum anniversariorum, et Missarum, qui sint sub cura primi Sacristae, qui semper esse debeat Sacerdos, mandans; quod in illis manu propria

celebrantis, et coram Sacrista celebratio ipsomet die adnotetur, alioquin Missae pro celebratis non habeantur, et contrafacientes eleemosynam amittant; Sacrista vero poenam scutati unius fabricae applicandam incurrat.

Ad haec Dnus Visitator eligit in Deputatos operis Missarum Priorem, et Subpriorem, qui, et Sacristae praeesse debeant, et omnia ad amussim exequi curabunt, libros dirigent, et in quarto quoque mense revidebunt cum onere reddendi subbinde implementi rationes Abbati in fine cujusque anni, et inter quoties voluerit.

Quod redditus, sive eleemosynae relictae pro supradictis Missis quolibet anno exigantur.

Quod singulis mensibus decantetur Missa pro Regibus defunctis.

Quoniam Regii Visitatores Puteus, et Jordius pro fabricis, et ornamentis Ecclesiae annuas uncias octuaginta ex redditibus Abbatiae persolvendas taxarunt, salvo majoris indigentiae casu, atque pro earum administatione Deputationem instituerunt, quae tamen sicut, et ordinationes desuper ab ipsis edictae temporis cursu, sive hominum vitio, vel penitus interciderunt cum ingenti Regii Patronatus damno, proinde haec omnia Illmus, et Rmus Dnus Visitator pro suo munere instauraturus confirmat cum primis taxactionem praedictam in unc. octuaginta, aequis partibus pro fabrica, et Jocalibus, easque quotannis in publica tabula Panormi tertiatim deponi mandat, ita quidem, ut eadem summa pro ordinariis tantum indigentiis taxata intelligantur. Declarans ipse Dnus Visitator non intendere in casibus extraordinariis majoris necessitatis dispositionem juris comunis, et Capitulorum Regni quoquo modo limitare, ut alias declaravit Regius Visitator Jacobus Arnedo, aliique etc.

Item declarat dictam summam, pro fabricis vere pro restauratione, et reparatione earumdem esse applicandam, non autem pro construendis novis aedificiis, ut Capitula Regni, et primae Visitatorum electivae demonstrant, ut alias declaravit Regius Visitator Jordius, minus vero pro commodiori aliquo, ac superfluo usu, nec denique pro aliis indigentiis Cultus etiam Divini, ad quos tenetur Abbas; idque non obstante quacumque licentia, praeterquam Regis, qui solus Actis Visitatorum valet dispensare.

Praeterea declarat, quod nomine fabricarum Sacrae Domus Mansionis, non intelligantur, nisi stricte Edificia Ecclesiae, et Domus Abbatiae, et Cappellanorum, non autem Domus Apothecae, et aliae fabricae ab illis distinctae, et si ad eas pertineant, prout declaravit idem Arnedus, et Regius Visitator de Puteo.

Porro ne unquam Deputatio deficiat Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Deputati munus officiis perpetuis affigens, deputavit in perpetuos Administratores dictae Massae pro fabricis, et Jocalibus Priorem Ecclesiae, Cantorem S. Petri de Palatio, et antiquiorem Rationalem Regii Patrimonii, eorumque successores; qui Notarium Maragmatis, sibi benevisum deputabunt, et summum praed. unciarum octuaginta pro fabricis, et Jocalibus cum intelligentia, et beneplacito Abbatis erogabunt, servata forma suprascriptarum declarationum, et non aliter, sub poena solvendi de proprio, si quid vero supererit in emptionem annuorum redditaum favore ejusdem Massae implicabunt.

Caeterum si per Abbatem stato tempore non fuerit aliquando summa praedicta fideliter depositata, Administratoribus ipsis incumbet, eam exigere manu Regia super bonis, et redditibus Abbatiae, quam subinde in tabula, ut supra depositabunt, ac erogabunt.

Ad haec omnes, et singuli actus syngraphae de recepto mandata, expentiones etc. non fiant, nisi ab omnibus, et per manus Notarii Maragmatis.

Iidem praeterea Administratores, prima hebdomada tertii cujusque mensis deputationem habebunt in Ecclesia Mansionis, ibique audito Sacrista super necessitatibus fabricae, et Jocalium deliberabunt, quod ipsis expediens visum fuerit, cum intelligentia, et beneplacito Abbatis. In eadem quoque Ecclesia Deputatio praedicta suum peculiare habebit Archivium Computorum, aliarumque scripturarum ad Maragma pertinentium.

Denique singulis annis ipsimet Administratores revidebunt mandata, ac quidquid expensum, reliquumque fuerit liquidabunt, adsistente Abbate, vel ejus Procuratore generali, ac de residuis cum ejus beneplacito resolutiones capiant opportunas.

Curent autem Administratores praedicti, quod cum ex massa pro fabricis, et jocalibus quid fieri contingerit, nonnisi arma Regia iis impouantur.

Item Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator mandavit, quod Jocalia, et suppellectilia Ecclesiae per publicum Inventarium, et actum consignentur moderno Priori, eique qui pro tempore erit in principio muneris, sub obligatione jurata de illis fideliter custodiendis, nec ulli prorsus commodandis, nec extraendis ex Ecclesia, nec commutandis, aut vendendis, prout Illmus Dnus Visitator commodari, et extrahi vetat, sub poena reparationis damni, si quod fuerit, et unciarum centum Regio Erario applican.; mandans praeterea, ne eadem quantumvis inutilia vendantur, permutentur, aut quocumque alio modo distrahantur, nisi de licentia Proregis.

Denique quod sex pluvialia alba in alios usus convertantur: planeta ex lama argentea restauretur; novum ex eadem serico Pallium altaris fiat et duae novae dalmaticae albae, quatuor planetae rubri coloris, et faldistorium reaptetur: ac tota demum sacra suppellex reficiatur, sacraeque vestes omnes a sordibus circa collum tertio quoque mense mundentur.

Decreta addita.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. inhaerens vestigiis suorum Praedecessorum, decrevit atque mandavit, quod Abbas singulis diebus in templo dictae S. Domus celebrare faciat Missam pro Regibus defunctis, ut qui suas eidem opes conferendo, temporali a impensè profuderunt, perpetuum exin gratitudine Ecclesiae suffragium hauriant animarum.

Item quod in singulis Missis, quae in dicta Abbatia celebrantur, semper ac Ecclesiasticus patiatur ritus, habeantur orationes pro incolumitate, et felicitate nostrorum Principum.

Sequuntur Decreta generalia, prout in Cathedrali Panormitana.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae S. Johannis de Leprosis adnexae Abbatiae Sacrae Mansionis, habita per Illmum, et Rmum Dnum Regium Generalem Visitatorem D. Johannem Angelum de Ciocchis, die 3 Septembris 1741.

datis Regiis literis 22 aprilis anno 1504; quibus tum accessit Bulla Clementis Papae VII die 17 octobris 1506. At mox Rex mutato consilio eandem Abbatiam Francisco Roboreo Savonensi Archiepiscopo Beneventano concessit; subinde Carolus eam Magno Valetudinario unitam voluit, ut ex literis 26 julii ann. 1516, et Bulla Leonis X data Tuscanellae 9 octobris ejusdem anni. Tandem anno 1573 per Rectores Magni Valetudinarii Monachis Olivetanis ea fuit concessa, multis adjectis pactis, et conditionibus, quibus prae caeteris fuit conventum, quod Monachi deberent esse numero quindecim praeter Abbatem, qui semper diu noctuque in Monasterio Sancti Spiritus degerent; ipsique quicquid pro fabricis, et jocalibus, suppellectilibus Ecclesiae, oleo, cera, aliisque ad Divinum Cultum spectantibus necesse esset, praestarent; pro quibus omnibus Rectores Magni Valetudinarii bona nonnulla Monachis concesserunt annuis redditibus unciarum quinquaginta cum pacto, ut si qua vero accideret diminutio redditus praedicti unciarum quinquaginta, ea cederet risico, et periculo Monachorum, ut liquet ex instrumento concessionis. Porro bona praedicta, quae describuntur in dicto instrumento, ita recenset Regius Visitator Puteus anno 1583 in suo hujus Abbatiae lustro, videlicet: *Viridarium quoddam circumdatum muris prope dictum Monasterium. Item cantharium, seu praeeminentiam, ac jurisditionem ipsius cum fructibus, et proventibus. Item cannetum tam vetus, quam novum existens subtus ipsum Monasterium. Item horas sex aquarum fluminis Salnciae in hebdomada. Item quaedam jura censualia, una cum eorum proprietate, quae jura censualia, et bona suprascripta dixerunt esse annui redditus, et valoris unciarum quinquaginta quolibet anno, cum pacto, quod dicta Congregatio Monachorum teneatur singulis annis solvere dicto Hospitali Magno libram unam duorum cereorum cerae albae jure recognitionis.*

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis die 2 mensis septembris anni 1741, ad hanc Regiam Abbatiam S. Spiritus perlustrandam accessit, ubi honorifice de more exceptus per Abbatem, et Monachos. Visitavit SSmum Sacramentum, Sanctum Oleum, altaria omnia, sacristiam, jocalia, et suppellectilia Ecclesiae, confessionalia, Chorum, librosque chorales. Visitavit insuper Monasterium, ejusque omnes partes, nec non fabricas omnes interiores, et exteriores. Visitavit subinde statum formale Monasterii, et servitium Divini Cultus in Ecclesia. Denique visitavit bona, et redditus, atque gravitias, quae recensentur inter redditus Magni Valetudinarii.

Cumque idem Illmus Dnus Visitator examinasset relationes desuper praesentatas in officio Sanctae Regalis Visitationis, et admissas quoad nullum inferrent praejudicium fisco etc.

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis mandavit, quod pixis major intus deauretur, confessionalia reformentur juxta instructionem S. Caroli, apponanturque in eorum fenestellis crates ligneae ultra laminam, nec non tabellis instruantur casuum reservatorum, et Bullae coenae, et summarii Bullae Gregorianae contra sollecitantes.

Item quod pavimentum Ecclesiae renovetur, et dormitorium Monasterii perficiatur.

Item quod PP. Montis Oliveti, qui in Monasterio Abbatiae Divino Cultui deserviunt, esse semper debeant numero quindecim praeter Abbatem, et in eo, diu noctuque habitare, servata forma concessionis a Rectoribus Magni Hospitalis sub poena mulctae super unciis annuis quinquaginta ipsis ab eodem Hospitali consignatis, ad quod advertant Hospitalerii diligenter.

Item, quod si quacumque contingerit, quod dicti PP. Monasterium deserant, teneantur relinquere pro dote Ecclesiae dictas annuas uncias quinquaginta ipsis assignatas, sub obligatione, ut diminutio eorum periculo curreret; nec non teneantur Ecclesiam sufficientibus suppellectilibus, et jocalibus instructam relinquere ob redditus praedictos hactenus perceptos, et oblationes Fidelium in eadem Ecclesia factas, eidemque quaesitas, ex quibus PP. praedicti ipsam jocalibus instruere tenebantur.

SANCTA REGALIS VISITATIO

Regiae Abbatiae S. Mariae de Crypta, vulgo, la Grutta, et Collegii Societatis Jesu Civitatis Panormi in magna Cassari via, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis, Regium Generalem Visitatorem die 9 septembris anni 1741.

§ I.

De Veteribus Abbatiis S. Mariae de Crypta Panormi, et Marsalae.

Fama est, cum Christiana per Siciliam Religio ante Saracenorum adventum apprime floreret, Monachos ordinis S. Basilii Magni Monasterium, et Ecclesiam Panormi habuisse sub titulo S. Philippi Agyrensis in eo urbis loco, ubi nunc extat Domus Professa Patruum Societatis Jesu, illud vero post Saracenicam impressionem, et si fere vastatum, adhuc tameo Christianis in usu Siciliae, eosque in latibulis cryptarum ibi existentium synaxes secreto agerent, devotissimam Virginis imaginem de Crypta appellatam coluisse, eodem demum loci, latitatem, et fideles docentem Nicodemum Panormitanum antistitem a Northmannis fuisse eductum.

Ilorum itaque armis Saracenis expulsis, ac Christiana Religione restituta, Rogerius Comes anno 1072 Monasterium, et Ecclesiam raedificans sub eodem titulo S. Philippi Agyrensis, sve S. Mariae de Crypta Patribus Basiliensibus iterum dedit, ac perampla dote donavit.

Subinde auctoritate ejusdem Rogerii Cristodulus Siciliae Amiratus alterum Basilianorum coenobium sub titulo etiam S. Mariae de Crypta in Lilyboeo fundavit, ac dotavit, quod pstmodum Gregorius Amiratus ejus filius uberioribus donationibus locupletavit.

Anno 1197 Henricus VI Imperator, et Constantia ejus uxor, ut utrique Monasterio melius consuleret, illa perpetuo uuierunt, atque ita ab Abbatibus Regolaribus fuerunt gubrnata usque ad annum 1440, quo dari simul in commendam coeperunt.

Postremo advocatis è Senatu Panormi Societatis Jesu presbyteris, cum Regni comitia Crolum V exorassent, ut Regia munificentia eos prosequeretur, pietissimus Princeps Sicilorum bono consulturus, cui Societas illa tantopere studebat illis perpetuo adscriptis anno 1552 Abbatiam, sive Abbatias de *la Grutta*, datis literis sub die 23 aprilis ejusdem anni, quas tum confirmavit Julius III per Apostolicas literas anni 1554.

Relictam hinc a Basilensibus aedem, ac coenobium Panormitanum, statim Jesuitae subieunt, cujus Rector proinde perpetuus Abbatiae Commendatarius evasit, et eo titulo 21 in Parlamento locum obtinuit.

§ II.

De Veteri Societatis Jesu Collegio Panormitano, et antiquis R. Visitatoribus ejusdem.

Qo tempore Societatis Jesu presbyteris fuit perpetuo concessa Abbatia S. Mariae de Crypa erat ejus Ecclesia, et coenobium in ea Panormitanae urbis regione, et foro qui dicitu *Ballarò*, ubi scilicet fuerat pro Basilianis ante Saracenos fundatum, iisque exactis a Rogrio restitutum. Verum cum nimis angustum coenobium esset patribus Societatis Jesu perampjam, ac magnificam summis sumptibus domum pro se, et scholis pararunt, cui subinde tuplum superbissimum adjecerunt; qua in re fama est veterem Basilianorum aedem eo fuisse, ubi nunc est cappella S. Annae; coenobium vero, cellasque monachorum in cryptis, quae eo loci visuntur.

Sive eodem anno 1552, sive post unum, aut alterum annum, quo Carolus V Abbatiam Societati concesserat, suum egit in ea lustrum Regius Visitator Jacobus Arnedo, reperitque ibidem patrs Divino Cultui, et Reipublicae bono enixe vacantes, Ecclesiam, ut potuerant jam instaurase; et domus erexisse quamplures.

Hinc postquam meminit in principio actorum concessam a Rege Abbatiam fuisse congregationi, sive Collegio sacerdotum nuncupatorum de Jesu, agens de servitio Divini cultus subdit: *servitia Divini Cultus praedicti* in urbe felici Panormi *optime exequuntur, perplures patres praedictae Congregationis de Jesu exercentes plurima opera spiritualia indefesse, audiendo confessiones, praedicando Verbum Divinum; pueros, et adolescentes docendo literas, et virtutes ad gloriam Dei, et totius civitatis utilitatem, qui etiam restaurarunt Ecclesiam in tecto, pavimentis, muris, et eam totam dealbarunt, et de novo magnam erexerunt domum ad eorum utilitatem, et habitationem non sine maximis sumptibus, et expensis, nam ultra domum plurimas construxerunt scholas pro diversis classibus; docent enim grammaticam, rhetoricam, logicam, philosophiam, graecam, et hebraicam linguam, et theologiam.*

Visitavit etiam bona Abbatiae, eaque recensuit, invenitque reddere quotannis uncias biscentum trigintaquatuor, tarenos vigintisex, et grana quinque, et deductis oneribus, reddere uncias centum septuaginta septem, tarenos decem, et septem, et grana quinque.

Visitavit pariter jocalia, et suppellectilia, et denique Ecclesias, et grancias Abbatiae, nempe: Abbatialem Ecclesiam S. Mariae *la Grutta* extra maenia Marsalae.

Ecclesiam S. Johannis de Boi.

Ecclesiam S. Veneris.

Ecclesiam S. Angeli in feudo del Rinaccio, et Ecclesiam S. Crucis in civitate Marsalae.

Anno 1584 eamdem Abbatiam Ecclesiam, et Domum Societatis Jesu Panormi visitavit Regius Visitator Franciscus Puteus, qui sub exordio actorum ad eam Ecclesiam visitandam se accessisse scribens subdit, quam visitare cum vellet et PP. dictae Societatis Jesu scire vellent, qua ratione, et facultate visitaret, et cognoscerent fieri ex mandato S. C. M cum sit de Ecclesiis Regii Patronatus, et Rmus de Arnedo, olim Regius Visitator post annexionem etiam visitaverit, ea qua debet obedientia majestati catholicae, Dnum Visitatorem in Ecclesiam, atque in omnes monasterii cellas introduxerunt, et visitavit servitia Divini Cultus, jocalia, et ornamenta, fabricas, Ecclesiae redditus.

Ait renovatum a patribus magnificentissimum templum sub invocatione S. Philippi, atque ordinavit, quod dicta Ecclesia vocetur nomine proprio S. Mariae *della Grutta* ejus patronae. Nec non, quod relicta in altari majori pro more Societatis imagine Jesu Christi vetus imago S. Mariae *la Grutta* existens in cappella Ecclesiae subterraneae collocaretur in superiori juxta aram maximam, atque pro ea celebraretur festum annuum.

Visitavit praeterea statum materialem edificii, atque a magnificentia cunctas laudavit *fabricas Ecclesiae, nec non domus, et scholas* (sive ut ait) *fabricas classium gymnasiorum, et monasterii, quod fecerunt ex magna domo, quam eidem Societati eadem majestas Caroli V Imperatoris donavit.* Visitavit quoque formalem statum Collegii, laudavitque Jesuitarum mores, famam, et assiduitatem in praedicatione, confessionibus, et lectionibus in classibus; *ibidem fundatis grammatices, philosophiae, et theologiae.*

Denique visitavit statum realem, sive bonorum, invenitque eorum redditus ascendere quotannis ad summam unciarum 565. 3.

Hic vetus Abbatiae, et Collegii Societati status sub ultimo Visitatore de Puteo qui et Regiis Visitatoribus successit Philippus Jordius cum fere nullas post Cathedrales lustraverit Abbatias, et hanc *de Grutta*, ut et alias Panormi omisit.

§ III.

De Collegio novo Societatis Jesu Panormi sub titulo S. Mariae de Cypta.

At varietus ad praesens est materialis, sive localis status Abbatiae, et Colegii. Nam Societatis patres ipsum a domo professa separaturi novum, atque amplissimum, magnifi-

centissimumque in Cassari via Collegium erexerunt, ibique transtulerunt scholas, concessamque pro scholis Abbatiam, remanente veteri Collegio pro Domo Professa: extat itaque ad praesens Abbatiae titulus, et imago S. Mariae de Grutta in Ecclesia Collegii novi, cujus rector est Abbatiae perpetuus Commendatarius, et Administrator.

Collegium hoc novum, aedificii vastissimum magnificentia fabricarum amplitudine atriorum, superbia conclavium, et commoditate aularum, sive cellarum admirandum, nulli fere in Italia Jesuitarum Collegio secundus extitit; bibliothecam praenobilem habet innumeris, ac excellentiorum editionum libris refertissimam extat, et musaeum Graecae, Romanae, et Siculae antiquitatis reliquiis instructum, idque elegans amplum ditissimum; literarum scholae, et numero, et structura spectandae, universitatem studiorum integram referunt. Ecclesia non tam ampla, sed elegans, cujus in ara maxima imago S. Mariae de Grutta titularis colitur; suppellectilibus, ac jocalibus pretiosissimis ad miraculum pollens summum, quo Societas studio nitorem Domus Dei, prosequitur, ostendit.

Jesuitarum in hoc Collegio praegrandis numerus Divino cultui, animarum saluti, et instituendae moribus, literisque juventuti assiduè vacant. Leguntur in ea theologia, canones, mathesis, philosophia, rhetorica, humaniores literae, et Grammatica Latinae, Graecae, et Hebraicae Linguarum. Habet, et typographiam, in qua publicis interdum typis literatorum hominum elucubrationes excunduntur.

§ IV.

De Visitatione Status materialis seu localis

Ad tam eximium Societatis Collegium, ecclesiamque solemniter visitandam accessit, itaque Ill. et Rmus Dnus Visitator roccheto, et mantelletta indutus, die 9 mensis septembris anni 1741, ibique honorifice pro more ad gradus ecclesiae exceptus a Rectore, et omnibus Societatis Patribus ex in longo utrinque ordine per totam ecclesiam usque ad aram maximam majorem templi januam dispositis, campanarum, organi, tubis, et inter festivos Musicalium instrumentorum sonitus; acceptaque a Rectore aquae lustralis spongia cum manus osculo, quatuor ductibus Patres, populumque respersit, tum ad limen, crucem a Rectore ei oblatam, genibus positis super strato, et pulvinari serico rubri, deosculatus, atque trino ductu ab eodem Rectore thurificatus, ad altare majus, ubi SSmum Sacramentum servatur, processit inter praestantiores Patres, atque postquam super genuflexorio, et pulvinaribus serico rubro paullulum orasset, deposita mantelletta, ac pluviali indutus, tabernaculum aperiri, ac pixides SSmae Eucharistiae extrahi jussit, quas cum pro ritu thurificasset, reverenter visitavit, praeviisque opportunis interrogationibus circa cultum, et administrationem tanti Sacramenti, cum omnia egregiè haberi, et fieri invenisset, zelum Patrum summè laudavit.

Deposito hinc pluviali, atque resumpta mantelletta, visitavit aram maximam, in qua imago Beatissimae Virginis de Grutta titularis est; tum omnia altaria, confessionalia, aquae lustralis fontem, pavimentum, tectum, ac omnes ecclesiae partes, et fabricas tum interiores, et exteriores, cunctaque a magnificentia, nitore, et proprietate probavit.

Processit tum ad sacristiam, ibique praestantissimam suppellectilem, et jocalia ecclesiae visitavit, quae a copia, pretio, et munditie pariter laudavit.

Subinde Patribus omnibus comitantibus Collegium subiit, ibique primo oratorium elegantissimum, locatumque in eo armariolum oleorum sacrorum, et reliquias visitavit, tum deambulacra, et conclavia Collegii, Patrum cellas, Bibliothecam, Musaeum, atria, et scholas literarum visitavit. Denique perlustratis officinis, refectorio, et cunctis fabricis, tum interioribus cum exterioribus, cum omnia magnificenter, et optime haberi invenisset visitationem status materialis, sive localis explicuit.

§ V.

De Visitatione Status Formalis

Perlustraturus tum Illmus, et Rmus Dnus Visitator formalem Collegii statum cum Rectore, et Patribus pluries sermonem habuit de numero, forma, et exercitiis, et scholis Collegii, acceptisque opportunis interrogationibus, nec non habitis aliunde notitiis aliis, plane cognovit numerosam Patrum copiam, qui eo aluntur summo, infractoque labore, et zelo pietatis exercitiis, et docendis literis assiduè vacare, atque proin adamussim respondere menti Caroli V, qui ad hoc Regalem Abbatiam eis perpetuo concessit.

Ad haec Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis egit cum Rectore Collegii de methodo studiorum, et quam optabile, proficuumque esset, ut ea recentiori doctorum hominum gustui aptarentur, atque quam opportunum, ut breviori tempore juvenes praesertim saeculares in disciplinis instituerentur.

Denique cum omnia ad statum formalem pertinentia Illmus Dnus Visitator, ea, quae par erat diligentia expendisset, sequens tantum pro materiali, et formali statu collegii censuit edendum.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator cum in visitatione eximiam Patrum Societatis diligentiam in cultu divino, et literis promovendis comperisset, ac sacrae suppellectilis nitorem ecclesiae, et Collegii magnificentiam, optimamque scholarum methodum cognovisset, omnia justis laudibus cumulavit, mandans dumtaxat, quod confessionalia reformentur juxta Instructionem S. Caroli, addita crate lignea ultra laminam, etc.

Quod in altari S. Mariae de Crypta missa pro defunctis Regibus singulis saltem mensibus celebretur.

§ VI.

De Visitatione Status Realis Abbatiae, nunc Collegii.

Ad statum Realem Abbatiaè, et Collegii pertinent primo jocalia, et suppellectilia, quae cum et numero, et qualitate praestantia, Illmus, et Rmus Dnus Visitator invenisset, nec ea censuit numeranda nec quidquam desuper mandandum.

Onerum Missarum, quae alteram status realis partem conficerent, Patres Societatis nullum obtinent.

Itaque ad res, et bona Regalis Abbatiae Visitatione redacta, cum eadem Illmus Dnus Visitator, earumque redditus expendisset invenit industria Patrum longe excrevisse, ac longe uberiorem modo iis esse proventum, quam dum Abbatiam obtinuerunt liquere tamen iisdem nitori ecclesiae, bono animarum, incremento literarum, ac sublevandis pauperibus melius quoque, uberiusque in dies semper studuisse.

Porro bona, et redditus dictae Regalis Abbatiae, ejusque onera, quae Dnus Visitator liquidavit, sunt, quae sequuntur, censuit tamen, quod pro eorum conservatione serventur decreta generalia favore Regii Patronatus edita in visitatione Cathedralis.

Bona, et Redditus

In primis, ex parvis censibus super domibus, et parvis petiis terrarum Panormi, et Marsalae unciae quatragintaocto. . . . . onz 48 » »

Possidet etiam supradicta abbatia de Crypta feudum S. Angeli in territorio civitatis Marsalae, quod conterminum habet feudum nuncupatum *Piddirino — Parecchiata di Rocazzella — Falconeri — Marcanza — Musuleo — Rassademi — Mandra di Giacchi — Nasco — Buttagna — e Parecchiata delli Fici.*

Item magnum petium terrae dictum Regalia in territorio Marsalae, conterminum cum communibus di Bufulata — Viridario S. Clarae Drepani, communi *del Bosco*, et Regalia minori, seu *Ragaliotta* in territorio Marsalae.
Item parvam insulam S. Pantalei prope Marsalam.
Quorum omnium redditus computavit novissima Regni Deputatio pro annua summa unciarum quadrincentum viginti. . . . . on7 420 » »

Summa totius introitus unciae quatricentum sexagintaocto. . . on7 468 » »

Onera sive Gravitiae.

Regiae Curiae pro Donativis ordinariis unciae sexagintauna, tareni vigintiquatuor, et grana sex on7 61 24 6
Deputationi Regni pro pontibus, turribus etc. quolibet anno, unciae septem, tareni tresdecim, et grana 5. 3. . . . . on7 7 13 5 3

§ VII.

De Granciis, et membris Regalis Abbatiae S. Mariae de Crypta.

Granciae, et membra Regalis Abbatiae de *la Grutta* etsi antiquitus quamplurima fuerint, Regii tamen Visitatores Arnedus, et Puteus non invenerunt, quam
Ecclesiam S. Mariae de Grutta extra maenia Marsalae.
Ecclesiam S. Johannis de Lilyboeo.
Ecclesiam S. Veneris.
Ecclesiam S Crucis in Civitate, et Ecclesiam S. Angeli in Feudo de *lo Rinazzo*.
Eaedem ergo, et modo supersunt è quibus summis sumptibus fuerunt renovatae a collegio Panormitano Ecclesiae Sanctae Mariae de *la Grutta* extra maenia Marsalae, et Ecclesia S. Angeli, sed de his sigillatim in visitatione Regalium Ecclesiarum dioecesis Mazariensis.

SANCTA REGALIS VISITATIO

Abbatiae S. Giorgii a Kemonia membri Regiae Abbatiae S. Mariae de Altofonte, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Generalem Visitatorem.

Monasterium S. Georgii dictum de Kemonia in urbe Panormi in quarterio Albergariae, prope monasterium S. Johannis Eremitarum a Roberto Wiscardo circa annum 1073 extructum, Monachi Graeci primum inhabitarunt; cum vero ii defecissent, Fridericus II anno 1307 Abbatiae S. Mariae de Altofonte, sive de Parco univit, una cum suis redditibus, et juribus, ut hospitio esset Cisterciensibus monachis de Parco Panormum adventantibus. Voluit tamen ipsemet Rex Fridericus, quod statueretur ibidem certus monachorum numerus, qui quotidie divina officia celebrarent, dato regio diplomate Messanae anno 1307, mense junii 28, IV Indictione.
Cum vero monachi Cistercienses discessissent è monasterio de Altofonte, et hanc eamdem Abbatiam, sive monasterium S. Georgii proin quoque reliquissent, eam Ecclesiam veluti derelictam Archiepiscopus Panormitanus occupavit ex ignavia et negligentia commendatariorum minime curantium, ne Regio jure patronatus aliquod inferretur praejudicium. Quare per eumdem Archiepiscopum quibusdam laicis fuit facta facultas erigendi in ea confraternitatem sub titulo S. Georgii, prout idem erexerunt, nullo quoad constat impetrato regio assensu.

At cum fuerit ordinatum per regium visitatorem Puteum, ut omnia Monasteria, sive Abbatiae regii Juris Patronatus ad pristinum statum reducerentur, restitutis monachis Cisterciensibus in monasterio de Altofonte, redditum quoque iis fuit hospitium, et Ecclesia S. Georgii, exortaque pro in lite cum confratribus, qui Ecclesiam relinquere renuebant ob aliquas fabricas, quas extruxerant, atque agitata desuper causa coram regiae monarchiae Judice, tandem confratres, ac monachi ad transactionem devenerunt, nonnullis initis pactis, et condictionibus, per quae etiam usque modo eadem confraternitas in dicta Ecclesia persistit, super qua quidem trasactione, et facultate permanendi, an regius, ut par erat adsensus accesserit, non adhuc ostenditur.

Ecclesia modo S. Georgii opere plastico exornata tribus constat altaribus, habetque sacristiam.

Hospitium vero, quod ei adhaeret, constat tribus inferioribus aulis, et parva culina, et stabulo cum viridariolo, nec non duabus inferioribus cellis, et alia parva culina.

Unus in eo monachus est, qui quotidie celebrat Missam in eadem Ecclesia, in qua nulla proin officia Divina peraguntur, contra mentem Regis Friderici.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator examinatis relationibus, et admissis pro more citra praejudicium etc. Visitavit Ecclesiam praedictam, altaria, sacristiam, omnia mobilia, et suppellectilia, nec non aulas omnes, et officinas Hospitii, cunctasque fabricas interiores, et exteriores, super quibus nonnulla decrevit, atque mandavit, ut infra.

Suppellectilia vero, et jocalia, quae invenit, sunt

In primis, una statua scolpita di legno del glorioso S. Giorgio a cavallo colla giovane liberata dal dragone nell'altare maggiore.

In detto altare sei candelieri, sei vasi con sei fiori, croce con Crocifisso, con tre carte di *Gloria* indorate con mistura, e nuovi.

Nell'altare di san Bernardo, sei candelieri, sei vasi, e sei fiori vecchi con croce, crocifisso, e carte di *Gloria*.

Nell' altare di S. Giovanni, sei candelieri, sei vasi, e sei fiori; croce con Crocifisso, e carte di Gloria.

Tre incerate per detti tre altari, ed un solo disco.

Un lampiere di rame giallo vecchio.

Palii bianchi tre, due vecchi, ed uno nuovo.

Palii rossi tre vecchi.

Palii violati vecchi tre.

Palii verdi vecchi tre.

Palii neri vecchi tre.

Quattro pianete di quattro colori, bianco, rosso, verde e nero.

Un'altra pianeta violata nuova colle loro stole, manipoli, veli, borse, e palle.

Un calice con coppa di argento, e patena indorati, e con piede di rame indorato.

Una campanella per le messe.

Un messale per le messe de' defonti.

Un genuflessorio colla carta preparatoria in sacristia.

Una bussola di legno per conservare le ostie.

Un messale per le messe di tutto l'anno, vecchio.

Un camice con ammitto, e cingolo.

Decreta

Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis, attendens praedictam ecclesiam, quae monasterium esse consuevit Monachorum Graecorum concessum, annexumque cum suis bonis fuisse per Regem Fridericum II, vulgo III anno 1307, Abbatiae S. Mariae de Al-

tofonte pro Hospitio Abbatis, et Monachorum ipsius, cum ad civitatem Panormi, eos descendere oporteret, ita quidem, ut statutis ibidem personis sufficientibus continue Divinum officium celebrarent in eadem, ut legitur in regio diplomate, nec non perpendens aequum non esse, quod dum Abbas redditus ejusdem ecclesiae percipit, cultus Divinus in ea cesset contra mentem regalem, decrevit, quod ipsemet ad formam enunciati diplomatis in ea rivocetur, curaeque proin Abbatis imposuit, ut statutis monachis sufficientibus divinum officium ibidem continuè celebretur.

Item mandavit, quod laicorum congregatio S. Georgii, quae in ea ecclesia reperitur introducta, aut ostendat, aut sibi procuret intra sex menses Regis adsensum, et facultatem permanendi in eadem, alias termino elapso per Abbatem ejiciantur, qui renitentes per Juris remedia ab exequutoribus S. Regalis Visitationis faciet coherceri.

Item mandavit, quod singula altaria instruantur tribus mappis, cerata, et stragula, atque candelabris, et floribus necessariis, quodque confessionale reficiatur juxta instructionem S. Caroli; sacristiae armarium ad decentiorem formam redigatur, novus calix comparetur, et vela colorum pro tempore, ac vestes omnes, et ornamenta sacra reduplicentur.

Item quod muri aedificii undique incrustentur, reaptentur, et dealbentur, illudque amplietur pro personis necessariis ad Cultum Divinum in eo statuendis, et aqua salienti necessaria provideatur sumptibus Abbatis.

Denique curabit Abbas, ut onera Missarum fideliter adimpleantur, et jurgia confratrum S. Giorgii compescet.

SANCTA REGALIS VISITATIO

Regalis Ecclesiae Episcopalis. Agrigentinae coepta die 8 octobris anni 1741.

§ I.

Discessus Panormo Agrigentum versus.

Pridie nonas octobris primo mane sumptuosa pro dignitate evectione Panormo Illmus, et Rmus Dnus Visitator profectus Agrigentum versus urbem ad septuaginta circiter passum millia dissitam, quae duorum dierum cursu verhedi, et paraverhedi conficere aestate, autumnove solent, Alcariam sero venit a Clero, Magistratu loci, et administris Principis summis honoribus exceptus, hujusque palatio splendide, et liberaliter Albescente die altero Magistratus pariter, et Clerus officiis, sonitu campanarum, mortariorum explosione, militiaeque Urbanae cum bellicis instrumentis comitatu, profectionem honestarunt. Paribus Regiam Visitatoris Dignitatem honeribus in itinere magnates reliqui sunt prosequuti Agrigentum usque. Capitulum Sanctae Ecclesiae Agrigentinae canonicos duos praemisit, qui Dominum Visitatorem Aragonae excipientes oppido ad duodecim millia passus comitarentur ad urbem Magistratus, ac Patriciorum, quin Vicarii Generalis, Episcopo Parlamenti causa Panormi agente, honorifica officia, et laetitiae significationes intervertit nocturnus adventus. Ut in conventualium coenobio hospitii loco ad id nobiliter parato receptus est, Vicarius Generalis, cononici, aliique felicem adventum gratulatum accessere. Sequenti die Magistratus in forma publica, Vicarius ipsemet, et tota Episcopalis curia, Capitulum cum roccheto, insignis, et cruce, Seminarium, Regulares, Regiae Militiae Moderator, Tribunalia justitiae, ac nobilium ordo urbane Dominum Visitatorem convenerunt, qui denique his expeditus edicto diem constituit, quo Sanctam Regalem Visitationem in cathedrali exorditurus esset, ac reliqua ad id opportuna pro more disposuit.

§ II.

De Regalis Ecclesiae Agrigentinae origine, et statu.

Agrigentum praeclaram jam olim urbem, ad oram Siciliae meridionalem inter Lilyboeum ad occasum, et Gelam ad ortum, templorum, et publicorum operum splendore, ac magnitudine civium ad 800 capitum millia numero, luxu, nobilitate, clementia coeli, ubertate soli apud Carthaginienses, etiam diutius celebrem, Attici primum, tum Galli vel penitus exciderunt, atque vastarunt. Civium reliquiae ante christianam aeram proximo colle, praeruptis saxis munitissimo castrum, sive urbem novam aedificarunt. Eo D. Petrum Apostolorum Principem episcopalem sedem instituisse volunt Siculi, primumque creatum Episcopum S. Libertinum, qui sub Vespasiano, et Domitiano Christi Martyr occubuit. Huic undecim Episcopi ad saracenicam usque impressionem successores recensentur, quae ad annum 825 remitti solet.

Ad thronum Romanum pertinuisse, ut et Sicilia omnis, quae regio urbicaria erat, quamplures Summorum Pontificum Pelagii, et Gregorii Magni literae docent. Avulsam autem a Romano throno, et Patriarchae Constantinopolitano adscriptam exhibet novella Leonis Philosophi, qui nono saeculo dispositionem thronorum publici juris fecit.

Porro Agrigentinam Ecclesiam Saracenorum jugo suppositam, ac duorum saeculorum, et amplius servitute confectam, templis excisis, ecclesiasticis rebus penitus dissipatis, Sacrorum ministris prorsus deletis, Comes Rogerius Agrigento jure belli capta anno 1086, pulsisque Saracenis pro re nata in libertatem restituit, imo fundo templo, dote, ac Parochia ei data fundavit, excitavitque, eamque ad beneficiorum cumulum throno romano, invidentibus Graecis restituit.

Hoc belli jus religionis restitutio, templi, et Episcopatus fundatio, aedificatio, et dotatio, denique a Constantinopolitano Patriarcatu avulsio, Patronatus jura omnia Rogerio compararunt, qui proin adsensione Pontificis ordinavit Ecclesiam datum in Episcopum S. Gerlando, ac duodecim canonicis constitutis, quos amplissimis privilegiis adauxit. Subin Reges jus adsensus in electionibus habuerunt, tum vero jus nominandi, et praesentandi Episcopum, et Canonicos jam olim omnes, ut Visitatores Arnedus, et Puteus meminerunt, et Regiae Cancelleriae Panormitanae perhibent monimenta.

Agrigentinae Ecclesiae modo status est, ut Episcopum ad Regiam nominationem obtineat, cujus mensae fructus ad scutatos ascendunt, deductis oneribus; Capitulum insigne quatuor Dignitatum, et sexdecim Canonicorum habeat, cujus Decanus, Archidiaconus, et Canonici tres dicti de Portu a Rege praesentantur; etsi a fundatione, et dotatione omnes juris Patronatus Regii esse videantur. Habet quoque Mansionarios qui quotidie Divina in Choro persolvunt officia, ac a Sacrae Distributionis massa stipendia consequuntur. Magnifico gaudet templo, ac Episcopali palatio, pro quorum maragmate, sive fabricis proventum habet ex Regia liberalitate. Denique eidem est Seminarium clericorum, et Collegium, quae universitatis literariae speciem exhibet. Dioecesim perampla, quae ad ortum Syracusanam, et Catanensem, ad occasum Mazariensem, et Monregalensem, ad septentrionem Caephaludensem, et Panomitanam dioecesim conterminas habet, ad meridiem Mediterraneo mari abluente. Praeter Agrigentinam urbem sexaginta duobus locis constat, quorum nonnulla civitatum jura, oppidorum, pagorumque condictionem reliqua sortiuntur. In his omnibus censita capita sunt bisceutum, et duo millia, octingenta, et triginta hominum, quorum scilicet habet:

Agrigentum animas	N.° 14465	Hadrano-Vicus	N.° 3687
Lucca.	» 1718	Regalis Mons.	» 668
Racalmutum.	» 4362	Comitissa.	» 2530
Candicattinis.	» 9557	Aragonia.	» 5611

Narus.	N.°	8560	Castrum Philippi.	N.°	1015
Comitini.	»	986	S. Margherita	»	6031
Serradifalco	»	1153	Bivona.	»	3400
Ravaranusa.	»	4490	S. Blasius.	»	1694
Mons aureus.	»	1069	Memphis.	»	2700
Campus bellus.	»	1394	Delia.	»	1696
Summatinum.	»	1380	S. Antoninus.	»	2969
Sutera.	»	2375	Mons apertus.	»	830
Pritium.	»	4600	Castrum novum.	»	4465
S. Stephanus.	»	3954	Catholica.	»	6738
Campus Francus.	»	2234	Chiusa.	»	5441
Acquaviva.	»	830	S. Elisabeth.	»	733
Musmellis.	»	6300	S. Catharina.	»	3026
Juliana.	»	3000	Rafadalis.	»	2925
Castrum Thermarum.	»	5167	S. Anna.	»	550
Favaria.	»	5949	Gruttis.	»	3519
Alicata.	»	10060	Mons vagus.	»	1735
Mons allegrus.	»	900	Xacca.	»	9158
Joppulus.	»	1017	Palma.	»	5500
Calamonaci.	»	1072	Caltanixetta.	»	10900
Caltabellotta.	»	4030	S. Angelus.	»	966
Burgium.	»	5320	S. Johannes.	»	2717
S. Carolus.	»	130	Cammarata.	»	4858
Alexandria.	»	3910	Bifara.	»	53
Ribera.	»	3700	Villafranca.	»	3530
S. Cataldus.	»	4376	Camastra.	»	412
Siculiana.	»	5000			
Sambuca.	»	6025	Summa animarum Dioecesis. n.°		202830
Bonpinseris.	»	500			

Habet urbis, et Dioecesis Agrigentina

Beneficia cum obligatione Missarum	183	Sacerdotes Saeculares.	1135
Beneficia sine obligatione Missarum	154	Diaconos.	43
Cappellanias.	424	Subdiaconos.	44
Onera Missarum.	186864	Clericos in minoribus.	500
Sanctimonialium Monisteria,	28	Ordinatos ad titulum Beneficii	11
et in his animas.	567	Curatos, et Archipresbyterales Ecclesias.	44
Conventus sive Monasteria virorum.	113	Ecclesias reliquas supra	600
et in his animas.	732	Conventos suppressione dignos	13
Sacerdotes Regulares.	635		

Praeterea Hospitalia, Sodalitia, Montes Pietatis habet quamplura, Ecclesiasque, et beneficia Regii Juris Patronatus jam multa, de quibus in speciali § agetur.

TIT. I.

VISITATIO LOCALIS, ET STATUS MATERIALIS

§ I.

De Ecclesia Cathedrali

Templum maximum Agrigentinum a S. Libertino jam olim Virgini in Coelum Assumptae dicatum, tum post Saracenos exactos iterum excitatum, divoque Jacobo Apostolo,

tum S. Gerlando consecratum in montis, urbisque vertice existit. Est peramplum, triplicemque navim habet, opere plastico, ac picturis exornatam. Ordinem Doricum exhibet, et ab Occidente in Orientem protenditur, illinc portam majorem, hinc aram maximam habens. ad Septentrionem vero Meridiemque minora ostia duo. Altaria, praeter maximum quatuordecim in eo sunt: Chorus sublaqueari pollet deaurato cum insigniis praegrandibus Regis. Stallis hinc inde Canonicorum praeminent Episcopi thronus ad meridiem, cui è regione sedes est Praefecti Armorum, et Magistratus. In templi capite, quod Presbyterium, et Sanctuarium audit, erigitur Thronus Regius. loco scilicet editiori, sanctiori, et ornatissimo, qui etiam pavimento nitet marmoreo, egregiis, variisque coloris lapidibus constructo. Sacrarium denique, Thesaurum, et turris campanaria cum campanis octo, item Aula, et archivium capitulare templum perficiunt.

§ II.

De SS. Sacramento. Die Dominico 8 octobris 1741.

Illmus, et Rmus Dnus Visitator Cathedralem perlustraturus Ecclesiam, roccheto, et mantelletta indutus, ac a Praefecto Armorum, et Magistratu civitatis, ac nobilibus ad eam pulsantibus campanis, ac resonantibus tubis perductus, cum in magna populi frequentia templi aream subiisset, a capitulo, et Clero cum insigniis, et cruce exceptus est. Sub ingressu Cantor, qui absente Decano primae Dignitatis locum obtinebat, roccheto, et pluviali indutus aspersorium Visitatori porrexit, qui resperso populo, quatuor ductibus versus quatuor mundi plagas, genuflexit super strato, et pulvinari ad ostium praeparato, atque oblatam sibi ab eodem cantore crucem reverenter exosculatus se erexit, et thuris honorem triplici ductu ab illo accepit. His peractis cum ipse praeeunte cruce Clero, ac Capitulo, et pulsantibus organis, inter duas dignitates procedere inciperet versus aram SS. Sacramenti: Vicarius Gen. Episcopi absentis, suis officialibus, et pluribus nobilibus stipatus viris occurrit, ac Episcopi nomine gratias Regi agit, quod Visitatorem misisset, ad coadjuvandum, et dirigendum pastorale munus, suamque assistentiam, at obsequium offerens, quam Dnus Visitator remisit, facta reverentia discessit. Tunc per Cantorem, intonato *Te Deum*, ac succinentibus omnibus ad altare SS. Sacramenti se contulit, ibique super strato pulvinari, et faldistorio paullum genuflexit. Hinc oratione peracta, assistentibus duabus dignitatibus, totoque circumstante Capitulo, Magister Caeremoniarum, cum aliis de clero amictum, et pluviale de altari sumens, ipsis dignitatibus adjuvantibus, induit, Praelatorum more, bireto coopertum. Tum intonato hymno de Spiritu Sancto, ac eo expleto, et oratione recitata, ministro bugiam, seu palmatoriam tenente, ipsemet Visitator tabernaculum aperiri, sacrasque pixides extrahi jussit, et incensum ministravit, cocleari ei a Cantore porrecto cum manus osculo. Subin universis canentibus *Tantum ergo*, ac incensato SS. Sacramento, illud reverenter visitavit; cumque reperiisset satis decenter servatum tabernaculum, rite instructum, ac vasa bene inaurata optime clausa, et decenti conopeo cooperta, facta de more reverentia, et incensatione, sacras pissides reponi jussit, ac tabernaculum claudi. Subinde opportunis praehabitis interrogationibus circa administrationem, ritum, et cultum SS. Eucaristiae, cum omnia laude digna comperisset, dumtaxat

Mandavit, et jussit, quod tum in cathedrali, cum in omnibus Ecclesiis civitatis, et dioecesis, illa non quavis causa exponatur, sed publica tantum, eaque gravi, ne nimia frequentia minuat reverentiam; quod et de processionibus etiam praecepit.

Item decrevit, quod in expositionibus SS. Sacramenti cohibeantur immoderati sumptus in cereorum excessu, et machinarum nimis artificiosa constructione, quae fere semper populi devotionem, et reverentiam intervertere solent, cum immane quandoque Ecclesiarum et pauperum jactura, atque is modus cum in civitate, tum in dioecesi per Illmum, et Rmum Episcopum praefiniatur, qui pietatem simul, Ecclesiasticamque moderationem redoleat.

Item, quod dum ad infirmos SS. defertur viaticum, tympani, sive tamburi exoticus usus omnino aboleatur; sed pro Ecclesiae instituto campanula praeferatur; domum autem infirmi prius decenter instrui Parochus curet, nec unquam Sacram Pixidem fronti, aliove aegrotantis corporis loco applicari patiatur.

§ III.

De Fonte Baptismali, deque Oleis Sacris.

Processit tum Illmus. et Rmus Dnus regius Visitator praecedentibus intorticeis, ac cum eadem Dignitatum, et Canonicorum assistentia ad visitandum Baptisterium, cumque invenisset magnae pelvis loco urnam sepulcralem adhiberi, variis sculptam imaginibus gentilium morem referentibus, cui nec aptum ciborium, nec conopeum pro ritu Ecclesiastico imminet, mandavit, quod infra tres menses Baptisterium innovetur novo fonte marmoreo comparato rutundae, vel octangularis formae, qui ciborio decenti, et conopeo albo serico, ac reliquis ad praescriptum S. Caroli, vel pro Romano more instruatur, transferaturque in navi sinistra ad murum, atque cancellis ferreis sepiatur. Urnam vero sepulcralem alio perspicuo juxta Ecclesiam loco servandam praecepit, velut egregium artis, et antiquitatis Agrigentinae monumentum.

Visitavit subinde armariolum oleorum sacrorum juxta altare SS. Sacramenti constructum, atque mandavit illud serico violacei coloris interius adornari exscribique ostiolo titulum. Perlustravit quoque vasa omnia, atque de ritu administrationis, quaesivit omniaque laude digna compexit.

Ad haec visitavit libros parochiales currentis anni, ac methodum ad ritualis praescriptum riti servatam laudavit.

§ IV.

De Sacris Reliquiis

Eodem postmodum ordine ad lararium, quod Thesaurum Reliquiarum vocant, processit illudque optimè instructum, et custoditum inveniens perlustravit prae caeteris urnam argentuam S. Gerlandi Episcopi Agrigentini, ac cantata Antiphona per Canonicos, incensatisque per Illmum, ac Rmum Dnum Visitatorem Sacris lypsanis, diligenter ipse omnia rimatus est, cumque nonnullas thecas reliquiarum illarum absque sigillo, et apertas invenisset, accepta duorum Canonicorum aetate provectiorum testimonio super illarum sinceritate, ac veteri cultu, eas sigillo suo obsiguavit, atque decrevit, quod in ea veneratione, in qua reperiebantur, remanerent.

Quoniam vero ad Regalis Ecclesiae decus summopere pertinet, Regisque Patroni inter est insigniarum reliquiarum in ipsa esse Thesaurum, easque nec deperdi, nec donari, nec minui, idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator decrevit librum inventarum Sacrarum Reliquiarum intra mensem fieri, in cujus calce Thesaurarius praesens statim, et qui pro tempore erit ipsomet actu possessionis se obliget cum interventu Regii Secreti illas omnes custoditurum, ac nusquam refiguari passurum, aut easdem capi, vel minui. Qui liber inventarii in tabulario servetur.

Item mandavit, quod prae foribus Thesauri tabella membranacea coridibus ornata propendeat, in qua Sanctorum nomina, et vitae, et martyrii indiculus ex probatis authoribus conscribatur ab Illmo, et Rmo Episcopo prius recognoscendus, et approbandus.

Reliquiae autem in Thesauro per Dnum Visitatorem repertae, visitatae sunt quae sequuntur.

Catalogus Reliquiarum

In primis, corpus gloriosi S. Gerlandi Episcopi civitatis Agrigentinae intus capsam argenteam.

Item crux ejusdem S. Gerlandi intus thecam argenteam.

Item ex capillis B. V. M. intus thecam argenteam.

Item sacrum caput gloriosae S. Victoriae intus thecam argenteam.

Item sacrum mentum gloriosi S. Viti intus urnam crystallinam.

Item frustulum ossis gloriosae S. Annae intus thecam aeneam.

(Item frustulum ossis gloriosae S. Annae).

Item frustulum ossis S. Gregorii Episcopi Agrigentini intus parvam thecam argenteam.

Item frustulum ligni SS. Crucis D. N. J. C. ac frustulum veli Bmae Virginis, et frustulum palii gloriosi S. Joseph in parva theca argentea.

Item frustulum ossis S. Antonii de Padua in parva aenea theca.

Item multae reliquiae Sanctorum, ut dicunt Baptizatorum positae in duabus capsis ligneis sericis funiculis abductis, ac sigillatis.

§ V.

De Confessionalibus.

Pergens Illmus, ac Rmus Dnus Visitator reliqua Ecclesia membra visitare, perlustravit confessionalia, et mandavit eadem refingi ad formam a S. Carolo traditam, nimirum, ut omnia sint tabulis septa, et a latere utroque, et a tergo, et a parte superiori intecta. A parte autem anteriori aperta omnino ostiolum tamen habentia cum sera, et clavi, ut cum confessarius in ea non est, laici, vagique illa non subeant. Locus item poenitentium sit a parte superiori intectus; ex utroque autem latere tabulis septus latitudinis palmi saltem cum dimidio; altitudinis vero toti confessionali aequalis fenestella insuper intermedia habeat laminam perforatam ex parte poenitentis; ex parte vero confessarii cratem, cancellosque ligneos inter se per semiunciam dissitos. Quae omnia in cunctis Ecclesiis civitatis, et dioecesis Illmus, et Rmus Episcopus observare faciet.

Item, Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis innovans alibi ordinata per Dnum Visitatorem Jordium, praecepit, quod confessarii, nonnisi cum superpellicio, et stola fidelium confessiones audiant.

§ VI.

De altaribus, et caeteris Ecclesiae partibus.

Tum Illmus, et Rmus Dnus Visitator, visitavit aram maximam, et altaria omnia, eorum imagines, structuram, mensuram, et suppellectilia, nec non cappellam SS. Crucifixi, in qua nobilium confraternitas adest; item fontes aquae benedictae; chorum, et libros chorales, thronum episcopalem, et sedes magistratus, sacristiam, et thesaurum suppellectilium aulam capitularem, duo organa, suggestum, pavimentum, et sepulturas, fenestras, et portas, tectum, muros omnes interiores, et exteriores, turrim campanariam, novem campanulis instructam, et turrim horologii, atque perspectis omnibus ad templi splendorem, et decus pertinentia, decrevit, atque mandavit.

Primo, quod altaria omnia instruantur tela cerata, quae cooperiat sacram lapidem, item tela stragula, et cruce cum imagine sculptili Salvatoris, paliisque colorum pro ritu, et cancellis. Insuper opus plasticum omnium altarium dealbetur, et in unum quodque altare sit tabella oneris Missarum illi adnexi.

Item, quod serio, et diligenter attendatur per Illmum et Rmum Episcopum, ac Rmum Capitulum, et quemlibet alium etc. ne in posterum erectione novorum beneficiorum, sive patronalium, sive liberorum in regali Ecclesia Agrigentina, aut concessione sepulcrorum, sedilium, altariumque, vel oppositione inscriptionum, armorum, et stegmatum, aut oppositorum, mutatione, et cassatione, actisque similibus, jura regalia quoquo modo violentur.

Item, quod fiant duo fontes marmorei aquae benedictae pro dignitate Ecclesiae, qui statuantur ad primas post majorem portam columnas, hinc inde amota urnula sepulcrali quae ad ejusmodi usum limini adjacet.

Item quoniam Illmus, et Rmus Episcopus novum pavimentum marmoreum variatum in presbyterio fieri curans, literatos lapides tres marmoreos censuit amovendos, qui sepulcro clarissimae memoriae Episcopi Francisci Gisulfo reperiebantur impositi, Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator generalis, querimoniis etiam conjunctorum dicti quondam Antistitis excitatus, decrevit, quod ipse modernus Episcopus illos intra mensem, sub cenotaphio ejusdem Praesulis retro aram maximam omnino collocari, et componi satagat, atque eo loci ubi jacent illius ossa inscribi memoriam coaditi corporis literis aereis digitalibus.

Item quod ad servitium Chori comparetur novum Lectionarium, sive Breviarium grande in forma chorali, et qui libri chorales mox decentibus carent operimentis novis illico integantur.

Item quod in navibus Ecclesiae non serventur ligna machinae, tabulata, et similia, sed extruatur in areola septentionali cella, in qua eadem condantur, ibique construatur locus cloacinus, obstructa porta similis loci, quae satis indecenter in fine navis sinistrae reperitur.

Item quod reficiatur angulus muri exterioris cappellae S. Gerlandi, renovetur murus scalae portae meridionalis, et diligenter catenis appositis solidetur, et sarciatur templi prospectus occidentalis rimosus; reaptetur etiam cupulum fornicis, quod ab externa superiori parte decrustatum reperitur. Tectum cappellae B. M. V. laquearibus duobus fulciatur. Murus scalae ad templi lunulam exporrectae instauretur, et dealbetur, ut occurri humiditati possit, et consulatur eidem in emicyclo cappellae maximae. Denique renoventur aerae confratriae murus, et porta cappellae SS. Crucifixi.

Item Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator visitationem localem Sacristiae, et Thesauri peragens, in quo ecclesiastica suppellex servatur, mandavit, quod provideatur indemnitati, et comodo suppellectilium, quae ob murorum Thesauri madorem mucida, et male olentia existunt, ac proin facile denigrescunt, et veterascunt.

Item quod in sacristia horologium perpetuo statuatur, quo horarum distributio pro ritu fieri valeat.

Item quod fiant in aula capitulari sedes, et armariola pro Canonicis, qui ea utantur ad usum propriae sacristiae; relicta mansionariis ea, qua modo utantur.

Item cum non sine gravi abusu è scala, qua è palatio episcopali ad Sacristiam descendit Illmus Episcopus, frequentem laicorum, imo et feminarum quandoque transitum per sacristiam habitum fuisse relatum Illmo Dno Visitatori fuerit, decrevit, quod porta praedicta per majorem sacristiam semper clausa teneatur, qui sub poena unciarum decem pro qualibet inobservantia ipso facto incurrenda, et applicanda fabricae Ecclesiae eam non aperiat, nisi cum Praelatus, vel Vicarius Generalis in Ecclesiam sunt descensuri, aut capitulum in forma sit conventurum Episcopum.

Denique visitavit Archivium Capituli, eoque diligenter rimoto, ac scripturarum, librorum, et diplomatum specie, custodia, ordine, pluteis, portisque perspectis, Illmus, et Rmus Dnus Visitator pro norma, et directione archivii Capituli praescripsit ea omnia, quae alias praescripta fuerunt a Benedicto Papa XIII, anno 1727, in Bulla, quae incipit *Maxima vigilantia*. Ita tamen, ut quae archivio, mox scipturae insunt, eique longa possessione quaesitae repieriuntur in eo perpetuo maneant, atque serventur.

Item mandavit novum pluteum, sive armarium fieri, ibique asservari scripturas, quas ipse Illmus Visitator coacervatas vidit.

Item fieri mandavit librum inventarii scripturarum cum argumento illarum, et adnotatione anni, et mensis, in calce cujus libri archivista cum primum ad munus assumitur, eas omnes sibi creditas profiteatur, et custoditurum sacramento promittat manu publici Notarii. Idque in perpetuum servetur.

Item quod omnino scripturae extra Archivium non deferantur, delatae vero illico revocentur.

Item quod Dignitates, et Canonici intra mensem Archivio praedicto Capitulari inferant omnes scripturas pertinentes ad suas praebendas, ut ubi perpetuo serventur.

De Palatio Episcopali, et Curia

Pergens Illmus, et Rmus Dnus Visitator perlustrare aedificia Episcopatus, ad palatium Episcopi accessit, honorificè exceptus ad portam a Reverendissimo Vicario Generali D. Petro Giojeni, ac pluribus nobilibus; atque cum aulas omnes tum Episcopi, cum Vicarii, cum familiarum, nec non officinas, scalam, pomariolum, curtim, atrium, portas, murosque omnes attentè rimasset, ac invenisset fabricas male tentas, mandavit, quod Illmus, et Rmus Episcopus curet palatii restaurationem.

Visitavit etiam aulam Curiae, Tribunal Vicarii, Archivium Mensae, ejusque scripturas, volumina, actaque, laudavitque in omnibus diligentiam, integritatem, et curam Officialium atque mandavit, quoad Archivium Mensae, eadem quae praescripta reperiuntur in Bulla Benedictina de Archiviis.

Denique mandavit carcerem novum pro Sacerdotibus fieri dissitum a loco carcerum pro mulieribus.

TIT. II.

Visitatio status Formalis

Forma Agrigentinae Ecclesiae ea est, ut Episcopo ad Regiam nominationem gaudeat, qui pastoralem, spiritualemque curam per Parochos quatuor in civitate, et quatragintaquatuor nominatos Archipresbyteros in Dioecesi exercet, Episcopalem vero audientiam, et ecclesiasticam jurisdictionem per Vicarium Generalem, aliosque Magnae Curiae Episcopalis Officiales. Habet Ecclesia Divini Cultus Ministros, nempe in Cathedrali, Canonicos omnes ex origine sua, ex fundatione, et dotatione Regis, et Mansionarios, sive Beneficiatos. In Dioecesis vero Ecclesiis per simplices Presbyteros, et Clericos, quibus accedunt Regulares variorum ordinum. Est et Seminarium ad alendam, educandam, instruendamque Ecclesiasticam iuventutem, quae in collegio, Seminario adnexo in Ecclesiasticis literis perficitur.

§ I.

De Episcopo, et Pastorali cura.

Agrigentinae Ecclesiae praeest Episcopus Illmus et Rmus D. Laurentius Giojeni Panormitanus è Ducibus Andevagensibus ad eam provectus anno 1730 ad regiam praesentationem, prout ex bullis datis Romae eodem anno, die 11 decembris, et exequutoriatis Panormi die 4 januarii 1731, quarum vigore Ecclesiae possessionem coepit die 8 ejusdem mensis.

Eo parlamenti causa Panormi agente Illmo, et Rmo Dno Visitatori per suum Vicarium Generalem et officiales rationem, vigore edicti regiae visitationis reddidit suae pastoralis curae, et totius status tum formalis, cum realis Ecclesiae suae praesentata in officio visitationis relatione perampla, ac legitime subscripta, qua abunde, et diligenter retulit pri-

mo de origine, et fundatione Ecclesiae Agrigentinae: 2 de aedificatione templi maximi: 3 de structura: 4 de titulo: 5 de situ: 6 de campanaria turri: 7 de exemptione ab Archiepiscopo Panormitano. 8 9 et 10 de Capitulo, ejusque insigniis: 11 de cura animarum per Capitulum exerceri consuetam: 12 de praebenda theologali: 13 14 15 et 16 de officio dignitatum Capituli: 17 et 18 de confratriis, et oratoriis laicorum in cathedrali; 19 de congregatione doctrinae christianae: 20 et 21 de temporibus ordinationis, et confirmationis: 22 de Episcopali praedicationis munere, et praedicatoribus ab Episcopo accitis, nec non missionibus, et exercitiis spiritualibus S. Ignatii; 23 de capsa malorum ablatorum, et eleemosynis in cathedrali; 24 usque ad 31 de fundatione sacrae distributionis, et de mansionariis, et officialibus chori; 32 ad 38 de curatoribus Missarum, et aliis ministris Ecclesiae; 39 ad 45 de aliis mansionariis, et beneficiatis, eorumque insigniis; 46 ad 48 de choro, et servientibus Ecclesiae; 49 usque ad 52 de corrigendis in cathedrali; 53 ad 55 de aliis beneficiis in cathedrali existentibus, et de altaribus, et indulgentiis; 56 57 et 58 de aedificiis Ecclesiae et palatii episcopalis; 59 de seminario, et collegio eidem adnexo sub titulo Sanctorum Augustini, et Thomae; 60 de Sanctimonialium monasteriis in civitate; 61 et 62 de hospitali, et monte pietatis; 63 ad 66 de parochis civitatis, coenobiis regularium, confraternitatibus, et congregationibus; 67 et 68 de amplitudine, et confiniis dioecesis; 69 de cura animarum; 70 et 75 de Ecclesiis et conventibus regularium de iisdem suppressione dignis; de Sanctimonialium, aliorumque mulierum religiosis domibus dioecesis; 76 ad 80 de munere parachorum, collegiata Alicatae, sacris distributionibus, et comuniis dioecesis; 81 de piis praelati gestis: 82 de magna curia Episcopali; 83 de beneficiis regii juris patronatus; 84 de possessione Episcopatus; ultimo de indulgentiis Ecclesiae.

Qua quidem relatione in officio Sanctae Regalis Visitationis producta, ac per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem, recepta citra praejudicium tamen omnium, et quorumcumque jurium regalium, nec non jurium privatorum, quibus per dictam relationem forsitan laederetur; eaque attente discussa, et examinata, ac per visitationem localem, et personalem ab eodem Illmo Dno Visitatore peractam recognita, ipsemet in parte, et partibus, ut supra non praejudicialibus Regi, et tertio, laudavit curam, et diligentiam Praelati, quoad pastoralem curam, et munus: addens tamen infrascripta pro semper laudabiliori gubernii Episcopalis ratione.

Primo; Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis laudabilem Illmi, et Rmi Dni Episcopi consuetudinem probavit, neminem fere ad clericalem statum admittendi, nisi in seminario primus fuerit probatus. Quod, et in posterum tum ipse tum successores Episcopi pro zelo disciplinae implere curabunt.

2.° Quod Illmus, et Rmus Episcopus numerum clericorum in quacumque urbe, et loco praefiniat, et taxactio juxta necessitatem Ecclesiae fiat, factaque in albo publico exscribatur.

3.° Quod singulis annis occasione praecepti paschalis exacte a parochis statum animarum fieri satagat, quem in prima post dominicam in Albis hebdomada iidem exhibere in cancellaria Episcopali teneantur descriptis in illo sub certis rubricis animarum numero cum marium, et feminarum, et cujusque aetatis adnotatione: numero natorum; numero mortuorum; numero comunicantium; numero confirmatorum; numero desponsatorum; numero Ecclesiasticorum, tum saecularium, cum regolarium; numero transgressorum praecepti paschalis; et numero censorum innodatorum, vel alias Sacramentis, ingressuque Ecclesiae interdictorum. Quem quidem statum in librum redactum, et a quopiam Parocho subscriptione, et sigillo munitum Cancellarius in Archio Episcopali servet, edatque quotannis tabellam in Cancellaria publice propensuram, in qua sub distinctis columnis summae summarum dicti status describantur.

4.° Contra non residentes per juris remedia, omnino, et statim procedat, eosque si Regii Patronatus beneficia obtineant, pro Regi actutum denunciet.

Et quinto, quod praebendam canonicalem aliquam in poenitentialem omnino erigat ad formam bullae Benedicti XIII, quae incipit: *Pastoralis Officii*: eam vero sicut et theologalem per formalem concursum, ac servatis reliquis in eadem Bulla praescriptis conferat sub poena nullitatis.

§ II.

De Vicario Generali, et Episcopali audientia.

In magna curia Episcopali praeest juridicundo Vicarius Generalis, qui in praesentiarum est Rmus D. Petrus Giojeni Panormitanus. Vicarium consilio tantum suffragantur, eique adsident officiales duo Adsessores nuncupati. Caeteri Curiae ministri sunt Advocatus, et Procurator Fiscalis, Advocatus, et Procurator pauperum, Magister notarius, sive actuarius, archivista, et Adjutor. Habet praeterea duos famulos, fiscales, cursores, sive erarios octo, et custodem carcerum.

Itaque praesentata Illmo, et Rmo Dno Visitatori relatione status Curiae, eaque in Visitatione locali et personali expensa, ac discussa, et quo ad non praejudicialia Regi et tertio admissa, idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator formam omnem Episcopalis audientiae probavit. Injunctis tamen oretenus nonnullis, quoad legitimum, et prudentem jurisditionem usus ac mandatis iis, quae sequuntur.

Quod carceratio pro delictis non mandetur, nisi prius instructo processu, ac in casibus a jure permissis; Ecclesiasticorum autem famae, et condictioni in rebus praesertim occultis, ita semper prospiciatur, ut publicitas quoad poterit pro charitate, et prudentia evitetur, nè plus scandali coercitio gereret, quam excessus.

Item quod non procedatur judicialiter pro delictis stupri et adulterii, nisi ad instantiam parentum, vel eorum, qui parentum loco sunt, et maritorum. Cum vero denunciari Ecclesiasticum contingerit de secreta in honesta consuetudine cum muliere honestae familiae, in illum nullatenus judicialiter procedatur; sed vel praevio processu camerali secreto corrigatur, vel si timor adhuc supersit, ut res publicetur, et damnum aliquod, vel infamia inde sequatur ab ejusmodi quoque remedio Curia se temperet, aliisque pro prudentia utatur.

Item quod subjecti in officio contineantur, et divitiae peccantium fiant thesauri justitiae, mandavit poenas pecuniarias omnino transgressoribus edictorum, et mandatorum, servatis servandis irrogari, exigique; ita tamen, ut vel in ipso condamnationis decreto, alicui certo pio operi publice destinentur, vel solvendae jubeantur depositariis mulctarum. Quod de poenis, et mulctis praescriptum est in legitimis transactionum casibus pariter observetur.

§ III.

De Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae.

Rogerium Regem cum primam Agrigentinam ordinavit Ecclesiam duodecim in illa canonicatus instituisse, docent vetus libellus de successione Pontificum Agrigentinorum in Regia Cancelleria servatus: *Ordinati fuerunt duodecim canonici in Ecclesia ipsa per Papam, et Principem etc.* Philippus Episcopus, qui floruit anno 1330 in sua constitutione, quae incipit: *Antiquorum Patruum vestigiis*; et Aloysius Episcopus in alia constitutione, quae incipit; *Ecclesiam* dat. die 13 septembris 1567, ejusmodi institutionem, ita mem oriae prodiderunt; cum è fundatione praedictae Ecclesiae Cathedralis tempore B. Gerlandi domini, et patroni nostri Episcopi Agrigentini, confirmatione tamen felic. rec. Papae Urbani II cum consensu, et expressa voluntate Dni Comitis Rogerii strenui conquistatoris hujus regni a manibus fidelium fuerit legitime institutus numerus duodecim canonicorum. Aucto

subin ad quatuordecim, ut in eodem libello, et constitutionibus Episcopus Bartholomaeus sex alios canonicatus addidit, adscriptis proventibus, et redditibus mensae Episcopalis, quibus univit quaedam beneficia regia. Eos subin abolevit Episcopus Philippus in citata constitutione, et iterum restituit Episcopus Octavianus de Labro alia constitutione anno 1354, qui primis quatuordecim ordines attribuit, statuens, ut perpetuo sint septem sacerdotales, tres diaconales, et quatuor subdiaconales. Sacerdotales praebenda Nari, Caltanixettae, Licatae, Cameratae, Castri-novi, S. Mariae Graecorum, Caltabellottae. Diaconales antiquior canonicus de Portu, canonicus Xaccae, antiquior canonicus de Sutera. Subdiaconales duo juniores de Portu, et junior canonicus de Sutera, et canonicus Burgii Millusi. Aliorum sex canonicatuum supranumerariorum nullam rationem habuit; quin, et Episcopus Aloysius lata constitutione, sive sententia die 13 septembris 1567, eos nomine tenus canonicatus dici posse declaravit; nec ullatenus vocem in capitulo dare etc. Sed cum subinde rem melius perpendisset, aliam eodem die constitutionem edidit, qua canonicatus supranumerarios aliis in omnibus aequales declaravit, eisque ordinem quoque adscripsit.

Capitulum itaque totum, sive canonicatus duodecim, tum quatuordecim, vel a Principe, vel de consensu Rogerii instituti, atque ex regiis illius largitionibus dotati, nec non et alii sex canonicatus supranumerarii ex regia Episcopi mensa, et beneficiis regalibus erecti, regii juris patronatus existunt ex fundatione et dotatione. Hinc Regiorum Visitatorum omnium potestatem semper ac visitationem subierunt, qui omnium redditus perlustrarunt, abusus emendarunt, ac plura de eorum servitio statuerunt, ut ex actis Vento, Arnedo, Putei, et Jordii, liquet. Hinc quoque canonicorum supranumerariorum praebendas jam olim ipsis ex regalibus redditibus mensae, et beneficiis regiis constitutas injuria temporum exhaustas invenisset laudatus Jordius, eas unione beneficiorum, aut redditibus mensae ejusdem supplendas mandavit.

Iidem omnes viginti canonicatus ad Viceregiam jam olim nominationem conferebantur, ut ex Capibrevio Regiae Cancellariae adnotavit Visitator Jacobus Arnedo in actis Visitationis 1552, et subin repetivit Visitator Puteus anno 1580, quod et liquet ex libro *Praelatiarum Regiae Cancellariae*. Verum hodie nominat Rex tantum ad praebendam Nari, sive Decanatum, Archidiaconatum, et praebendas tres, sive Canonicatus de Portu, etsi non liqueat de concessione libertatis, sive remissione dicti juris nominandi. Canonici autem sunt infrascripti, videlicet:

D. Joseph Filingeri Regius Decanus.
D. Joseph Belmonte Cantor.
D. Nicolaus Ardizzone R. Archidiaconus.
D. Petrus Giojeni Thesaurarius, et quartus presbyter.
D. Salvator Marchese pmus presbyter.
D. Gaspar Salerno 2.dus presbyter.
D. Hieronymus Giojeni 3.us presbyter.
D. Johannes Baptista Formica 5.tus presbyt.
D. Polydorus Formica 6.tus presbyter.
D. Philippus Lena 7.mus presbyter.
D. Antoninus Giuttari Regius Diaconus dictus de Portu.
D. Joseph Palmeri Regius Diaconus idem.
D. Desiderius Giojeni Diaconus.
D. Honuphrius Contino Diaconus.
D. Joseph Castelli Diaconus.
D. Didacus Franco Subdiaconus.
D. Honuphrius Vinciguerra Subdiaconus.
D. Joseph Bonditto Regius Subdiaconus decanus de Portu.
D. Rosarius Lombardo Subdiaconus.

Caeterum cum Capitulum praedictum eidem Illmo, et Rmo Dno Visitatori vigore edicti relationem status formalis, et realis totius corporis capitularis fecisset, ac subin ipsemet Dnus Visitator in Visitatione personali Canonicorum omnium Bullas, et redditunm revelationes expendisset, denique omnes secreto audivisset super statu Ecclesiae, servitio chori, ac reliquis, quae ipsius auxilio, et remedio magis indigere videbantur, mandavit, et jussit.

Primo: Quod statuta capitularia, quibus carere asseruerunt Canonici servadis de jure servandis fiant, et sanciantur, et ad effectum ejusmodi duabus primis Dignitatibus, et duobus Canonicis antiquioribus commisit, ut eadem ex antiquis actis, et monumentis Capitu-

laribus, atque ex Constitutionibus Synodalibus compilare intra duos menses curent, ut inde recognosci, confirmari, et perpetue vim legis valeant obtinere.

2.° Quod negotia capitularia omnia, atque alienationes, concessiones, emptiones, acceptationes haereditatum, et legatarum, causae, lites, transactiones, et reliqua ad statum totius Capituli pertinentia, nonnisi omnibus Canonicis solemniter convocatis pro more, congregatisque in Aula Capitulari hora, et tempore in actu convocationis designatis capitulariter tractentur, ac per secreta suffragia ex sententia majoris, sive sanioris partis ad formam Canonum statuantur sub poena nullitatis.

3.° Quod statuta synodalia fel. rec. Episcopi Ramirez sub tit. *de Capitulo* omnino serventur. Hoc addito, quod qui vocati actis Capitularibus absque legitima causa non intervenerint poenam scuti unius ipso facto incurrent, retinendam omnino super distributionibus, atque sacrae distributioni applicandam.

4.° Quod Officiales, et Administratores, qui eliguntur a Capitulo nonnisi per annum officio suo fungi possint, nec ad illud idem assumi, nisi liberati in forma a rationibus sub poena nullitatis, aliisque arbitrio.

5.° Cum Canonicis Gregorianum Cantum, Computum Ecclesiasticum, Ritusque oporteat callere, Illmus, et Rmus Dnus, nemini testimoniales ad Canonicatus literas concedat, nisi in his omnibus peritum invenerit.

6.° Quod post administrationis annum, statim revisores rationum capitulariter eligantur, qui intra mensem rem perficere, Capitulo rem referre in scriptis, ac judicium suum in forma tradere teneantur.

7.° Quod Dignatatum, et Canonicorum nemo a residentiae loco, nisi ex probatis in jure causis, et forma omnino absit sub poena contra non residentes illico per Illmum Episcopum irrogandis praeviis ad valvas Ecclesiae citationibus opportunis.

Et quoniam pro parte Decani dictae Ecclesiae, qui jamdiu adest, fuit ipso Dno Visitatori expositum adversae valetudinis causa loco residentiae se restituere non valere, idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod intra duos menses eamdem causam Sacrae Regiae Majestati exponere, et ab ea licentiam impetrare teneatur, secus si non obtinuerit, et residentiae loco non restituerit sequestro fructuum statim mulctetur.

§ IV.

De Mansionariis, sive Beneficiatis

Visitavit quoque Illmus, et Rmus Dnus Visitator omnes Mansionarios, sive Beneficiatos, eorum institutionis Bullas, et literas recognovit.

Sunt in Ecclesia Mansionariatus quinquagintaocto. Videlicet:

1 D. Cajetanus Piranio Terminator.
2 D. Joachim Lo Cicero Subcantor.
3 D. Honuphrius Lena Magister Scholae.
4 D. Johannes Andreas Trapanese Mag. Caeremoniarum Capituli.
5 D. Matthaeus Firenda.
6 D. Honuphrius Guarraci.
7 D. Augustinus Mantegna.
8 D. Paulus Xaxia.
9 D. Carolus Sanso Magister.
10 D. Gerlandus Schembri.
11 D. Raymundus Crapanzano.
12 D. Petrus Xiandra.
13 D. Petrus Lo Cicero.
14 D. Franciscus Guelti.
15 D. Nicolaus Fasulo.
16 D. Franciscus Trapanese.
17 D. Nicolaus Guarnotta.
18 D. Blasius Porcello.
19 D. Stephanus Catania.
20 D. Vincentius Quartararo.
21 D. Stephanus Lo Cicero.
22 D. Didacus Modica.
23 D. Didacus Calleja.
24 D. Liberalis Ferracane.
25 D. Petrus Sanzo.

26 D. Ignatius Modica.
27 D. Libertinus Mazza.
28 D. Nicolaus Narbone.
29 D. Liborius Nicolaus Amico.
30 D. Ignatius Minio.
31 D. Franciscus Calvino.
32 D. Eustachius del Giudice.
33 D. Gerlandus Algozino.
34 D. Antoninus Gaipa.
35 D. Hyacinthus Piazza.
36 D. Gerlandus Fasuoti
37 D. Joannes Antonius Narbone.
38 D. Vincentius Antinoro.
39 D. Gerlandus Sebastiano.
40 D. Gaspar Zirretta.
41 D. Honuphrius Virgone.
42 D. Laurentius Todaro.
43 D. Antoninus Sebastiano.
44 D. Didacus Rizzo.
45 D. Honuphrius Tuttolomundo.
46 D. Raymundus Formica.
47 D. Felix Alfano.
48 D. Antoninus Sitajolo.
49 D. Petrus Alonge.
50 D. Bartholomaeus Modica.
51 D. Joseph Alonge.
52 D. Angelus Campomar.
53 D. Calogerus Sanzo.
54 D. Joseph Trapanese.
55 D. Joseph Farulla.
56 D. Joseph Gangi.
57 D. Angelus Trigona.
58 D. Honuphrius La Longa.

Primi triginta ex sacra distributione stipendium habentes fuerunt de mandato Regii Visitatoris Jordii a f. m. Episcopi Bonincontro in beneficia erecti. Hos proinde cum Regii Patronatus esse praetendatur, contra vero liberae Episcopalis collationis esse pro parte Illmi et Rmi Episcopi Agrigentini affirmetur, Illmus, et Rmus Dnus Visitator Regiis juribus mature consideratis animi pendens, negotium ejusmodi coram S. R. Majestate Regalisque juncta in causa inter ipsum Episcopum, et Capitulum Agrigentinum esse deductam, illud totum Regiae definitioni censuit reservandum; interim tamen, nè ullum praejudicium Regiis iisdem juribus, et dignitati generetur, cui insuper dicti Mansionariatus ratione enunciatae litis pendentis specialiter sunt affecti, eumdem Illmum, et Rmum Episcopum praemonuit, inibuitque ne si casus vacationis evenerit ad actum provisionis, seu collationis aliquem, nisi consulto Rege procedat. Ad haec pariter mandavit, ne ullus audeat in eodem Mansionariatus officio alias se intrudere: se intrudenti vero Capitulum. Caeterique vero Ecclesiae ministri locum, et emolumenta minimè permittant.

Praeter hos triginta Mansionariatus sunt, et decem alii, quos fel. rec. Episcopus Trayna anno 1651 illis adjugendos mandavit.

Ipse quidem donatione, quam supremo elogio rati habuit praeter caetera, quae disposuit, donavit sacrae distributioni uncias tercentos *ad opus, et effectum, ut persolvantur singulis annis decem Mansionariis dictae Ecclesiae Agrigentinae, qui Mansionarii addantur, et augeantur ad numerum triginta*. Eligantur vero ab Episcopo, vel Vicario Capitulari sedevacante, praevio concursu, facta utrique facultate augendi, vel minuendi numerum. Ita quidem, ut decem hi Mansionarii *canere, celebrare, et alia sacra obire munia, prout alii de numero triginta* tenerentur ad honorem, et gloriam Dei peccatorum remissionem, et Ecclesiae decorum, et praeterea eorum quilibet singulis hebdomadis celebrari in cappella S. Gerlandi Missam de requie pro anima donantis.

Pro parte itaque quatuor Mansionariorum ex his fuit Illmo, et Rmo Dno Visitatori expositum dictum legatum non integrè ab administratoribus sacrae distributionis fuisse adimpletum, atque ex decem Mansionariis sex tantum constitutum a donante stipem percipere; quatuor vero exponentes eo carere, qui propterea pro illo non celebrant. Insuper conquesti sunt, quod male jam olim Capitulum cum primis Mansionariis Traynae convenerit de integra illorum cum aliis triginta exequutione in lucris, et oneribus adscripto reliquo sacrae distributioni.

Proinde Illmus, et Rmus Dnus Visitator auditis Canonicis Administratoribus animi pendens ejusmodi conventionem, quae longa caeteroquin observantia non improbantibus Epi-

scopis imo vel rati habentibus vires accepit, certè inutilitatem ipsius Ecclesiae, sive sacrae distributionis fuisse initam, imo insuper in utilitatem ejusdem piae dispositionis Episcopi Traynae, quae absque sacrae distributionis auxilio, impensisque litium fortè, an modo, nec in parte subsisteret: contra vero, neque per eam pio donantis fini quidquam subtrahi cum, et Ecclesiae servitium, et suffragium ipsius aeque per illam habeatur.

Confirmavit, et rati habuit ipsam antiquam conventionem inter Capitulum, et veteres Mansionarios Episcopi Traynae initam de integra illorum cum aliis triginta exequutione in oneribus, et lucris adscriptis legati redditibus sacrae distributioni administratores omnibus decem Mansionariis praedicti Episcopi Traynae teneantur integram partem aliis dari consuetam ex ipsa sacra distributione praestare.

Item decrevit, quod sollicite curent Canonici vindicare bona, et redditus quoscumque ad ipsam piam Traynae dispositionem pertinentes.

Item quod dispositum favore Seminarii et cappellae S. Gerlandi, atque pro subsidiis dotalibus quorum implementa, vel in parte, vel in totum desiderantur, excipientibus, administratoribus et opponentibus expensarum litium reintegrationem, Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit eligi intra mensem a partibus duos amicabiles compositores, qui auditis de plano interesse habentibus intra alium mensem computa expensarum discutiat, atque rem ita componat, ut dispositiones praedictae omnino adimpleantur, prout ipse Dnus Visitator omnino adimplendas, et observandas mandavit, aut de obstaculis actutum referat.

Quadragintis quorum meminimus Mansionariis accedunt, et alii duodeviginti a variis piis fundatoribus instituti, et quoad istos referendum ad Regem censuit de Mansionariis institutis a Petro Costa reservato patronatu, favore certum personarum, quod illis extinctis Episcopus liberae collactionis esse affectaverit in praejudicium Regiarum excadentiarum.

Item quoad Mansionariatus institutos a quondam Crescentio, quorum nulli sunt ad praesens redditus ob bonorum evictionem, mandavit quod S. Distributionis Administri omnino curent super aliis bonis dicti quondam fundatoris, si quae sint judicium instituere et illis non existentibus in haeredes Canonicorum agant, qui bona fundatoris anterioribus hypothecis subjecta incautè, et culpabiliter pro dicta pia dispositione elegerunt. Pari etiam cura vindicare studeant bona relicta, aut hypothecata a quondam Polizzi pro substentatione Mansionariorum ab ipso institutorum.

Denique quoad omnes Mansionariatos, mandavit sub poena nullitatis neminem in Mansionarium eligi, nisi Cantum Gregorianum, computum ecclesiasticum, et ritus calleat, publiceque desuper examinatus, fuerit repertus idoneus.

§ V.

De Sacristis, et Servientibus Ecclesiae.

Famulantur Ecclesiae comodis Sacristae. Horum Major, qui Missarum Curator est, de his in Sacrario sollicitudinem gerit, et Thesauri suppellectilia curat. Tres alii Sacristae adjutricem illi, et servitio Chori manum dant. Est et Sacrista SS. Sacramenti, illius altari deserviens. His quatuor Subsacristae accedunt, vulgo *Monosigli* appellati. Clericique sunt sacris deservientes, quibus adjungitur famulus vulgo *Massaro*.

Examinatis itaque per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem officiis, numero, diligentia, cura ac stipendiis omnium, perpensaque Ecclesiae necessitate, comodoque mandavit.

Primo, quod Majori Sacristae solvatur, ut olim, stipendium unciarum octo, ut commode servire possit Ecclesiae, et munditiei suppellectilium melius vacare.

2.° Quod Sacrista Major munditiem sacrae suppellectilis, et Ecclesiae diligenter curet, sub poena tareni unius pro qualibet negligentia; incumbantque Thesaurarius, et Maragmerii, ut omnia munda sint, utque eum nitorem, qui domum Dei decet praeferant, sub poena tripli.

3.° Quoniam Sacristae minores, sive *Monosigli* in numero quatuor satis non sunt, Illmus et Rmus Dnus Visitator, mandavit ampliari ad sex, quorum tres Canonicis, tres caeteris inserviant. Omnes autem ab Illmo, et Rmo Episcopo ut tempore ultimae Visitationis Illmi Jordii stipendia accipiant.

§ VI.

De Servitio Chori, Divinisque Officiis, et Cultu.

Omnes tum Canonici, cum Mansionarii quotidie Choro, et Ecclesiae inservire tenentur, nec mensium conciliarium, ullamve vacationem habent. Qui desunt a Punctatore mulctantur. Punctandi autem ratio ea est, ut in Officio Divino a secundo primi Nocturni psalmo absens Canonicus, aut Mansionarius è quadraginta punctentur, ac solvatu

Pro non interessentia in quolibet nocturno	gr. 2	In qualibet Missa cantata. . . .	gr. 2
In Laudibus.	gr. 2	In Vespero.	gr. 6
In unaquaque ex quatuor Horis Canon.	gr. 2	In Completorio.	gr. 4

In processionibus arbitrio ejus, qui Choro praeest; in absentia a Choro, pro parte notabili Missae, aut Officiorum arbitrio.

Caeteri Mansionarii 18, qui minus percipiunt puncto minori, ac proportionali notantur.

Perspectis itaque per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem relationibus tum Illmi Episcopi, cum Capituli de servitio Chori ac in Visitationem personali, cognita disciplina, et defectibus ejusdem.

Mandavit quod pro processionibus deficientes puncto integra distributione unius diei mulctentur, et pro qualibet absentia a Choro absque necessitate, et licentia puncto integro illius horae.

Item dividi quandoque Chorum prohibuit, districte vetans, ne eodem tempore pars Choristarum Divinum Officium, pars altera psalmos graduales, aliudque canere, aut aliam Sacram functionem agere attentent. Qui secus fecerint in integra unius hebdomadae distributione punctentur. Eadem quoque poena coarceantur, qui Ecclesiasticas functiones complicando Missae cantum horarum, aut alterius Officii recitatione interrumpunt.

Item Canonicalium quoque ordinum gradus non frustra distinctos Illmus, et Rmus Dnus Visitator intelligens, praecepit ne Canonico Presbytero pro ritu celebraturo inferioris ordinis Canonicus sufficiatur. Contrafacientes distributionem unius diei integram amittant.

Item nemo pariter audeat licentia a Praefecto Chori non petita, aut non obtenta Choro praetextu Missae, aut Confessionis excedere. Cui contra fecerit illius horae distributione punctentur, quam etiam subeat poenam, qui obtenta ad Missam celebrandam licentia, ad alia se diverterit.

Item consulturus Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis Divini Cultus augumento pro consuetudine Illustriorum Siciliae Urbium Episcopalium, nec non Regalis, et Cathedralis Ecclesiae decori, atque sollemnium functionum, praesertim Regalium decentiae, imo Ecclesiasticorum, laicorumque votis, praecepit quod in Ecclesia Agrigentina conveniens Chorus Musices, jam olim in ea habitus, restituantur.

§ VII.

De Parochorum cura, et Ecclesiastica Disciplina.

Ea fuit semper Legatorum Apostolicorum, ac Visitatorum jure Legationis a Regibus Siciliae allegatorum, pastoralis, et ordinaria potestas, atque sollicitudo, ut de cura Parochorum, et ecclesiasticorum disciplina, quamplures quoque ordinationes frequenter edixerint. Horum itaque exemplis, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis suo muneri

satisfacturus, cum omnia ad haec pertinentia pervestigaverit, ac in nonnullis irrepsisse cognoverit aliqua, quae suam Episcopi manibus manum jungi requirant, mandavit.

Primo: ne uniuscujusque Dignitatis laicus sub poena Regiae indignationis, ac unciarum mille ipso facto incurrenda, ac Fisco Regio irremisibiliter applicanda, audeat vel praesumat officium Parochiale in scandalos homines impedire, aut per brachii denegationem scandala fovere, aut Ecclesiasticos disculos protegere, vel disciplinam Clericorum, et mandata desuper Episcoporum evertere, vel exactum fieri animarum statum quoquo modo Parochis impedire.

2.° Quod Parochi, reliquique curam animarum habentes, dum Praecepto imminente Paschali scandalosorum hominum, et publicorum peccatorum pervestigationem instituunt, mature, et diligenter caveant, ne praecepti quandoque zelo cum ingenti reipublicae damno, familias dehonestent, odia conjungibus interserant, puellarum nuptias praevertant, publicosque percenseant peccatores contra Concilii Generalis Constansiensis praescriptum.

3.° Quod quilibet Prasbyterorum, et Cleri Parochiae incardinatus coadjuvare Parochum teneatur in muniis Parochialibus, et praesertim in commendandis morientium animabus. Satagat autem Illmus, et Rmus Episcopus Congregationes instituere Ecclesiasticorum per unumquemque locum Dioecesis, qui ejusmodi charitatis praesteut officia.

TIT. III.

DE REBUS, SIVE DE VISITATIONE STATUS REALIS, ET BONORUM ECCLESIAE.

Munificentia Principum in Ecclesiam Agrigentinam ea fuit, ut quam veluti pro re nata excitarunt, ac dato Episcopo, instituris que Canonicis, et Ministris ordinarunt, simul collatis rebus, opibusque abunde dotaverint. Saeculo XI, quo Rogerius Comes primam, liberalemque tanto pietatis, et religionis operi manum admovit, nulla sive obtum renascentis Ecclesiae, sive ob aetatis illius conditionem, diviso mensarum Episcopi, et Canonicorum, et pauperum irrepserat, vel redditaum pro fabrica segregatio. Nos Ecclesiae ab uno Administratore OEconomo sub Episcopi dispositione, qui ad formam Canonum in quatuor canonicos partes fideliter dividi curabat. Hac de re Ecclesiae Agrigentinae, ejusque Episcopo S. Gerlando dumtaxat pro disciplina illius temporis insignem bonorum partem donavit Rogerius, sed ea quidem mente, et ratione, ut juxta canonicam partitionem Episcopo, ministris fabricae, et pauperibus succurretur. Inducta subinde Mensae Episcopalis a mensa Clericorum divisione facta quaedam bonorum Ecclesiae segregatio fuit, quae Canonicis, et aliis clericis sunt attributa. Huic procedente tempore quaedam alio taxatio pro ordinariis fabricae indigentiis, ac ornamentis successit; item et unio, ac taxactio pro Seminario clericorum pauperum, sed remansit tamen Episcopo onus, ut majoribus fabricae Divini Cultus, ministrorum, et pauperum opportunitatibus ex redditibus ecclesiasticis congruam suam alimoniam excedentibus juxta canones consuleret, et praevideret.

Ex bonis itaque a Rogerio, et Principibus aliis Ecclesiae Agrigentinae donatis, Episcopalem nactus est Mensam Episcopus, praebendas Capitulum, et Canonici; item hi, et Mansionarii primam Sacrae Distributionis massam, paragmae redditus Ecclesia, subsidia, et beneficia clericorum pauperum Seminarium, caeterique pauperes eleemosynam, et pensiones accipiunt. Quae omnia velut Regiae largitatis opera Regii Patronatus juribus mox afficiuntur, ac Regiae Visitationi peculiariter semper subfuerunt, ac subsunt.

§ I.

De Regia Episcopali Mensa, ac bonis, et redditibus Episcopi Agrigentini.

Visitavit itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Mensam, bona et redditus Episcopales,

eorumque onera sive ut ajunt gravitias; atque discussis cum relationibus OEconomi Episcopalis, cum rollis, ac codicibus Mensae, publicisque Notariorum actis, praesertim recensioribus, denique notitiis aliis undique comparatis, reperit bona, redditus, et onera in praesentiarum esse, quae hic describuntur, salvo tamen meliori examine, et citra praejudicium Regis, Ecclesiae, et quorumcumque etc.

Bona, et Redditus Feudales.

Possidet itaque Mensa Episcopalis Agrigentina cum primis:

Feuda duo trium Fontanarum, alterum vulgo dictum Sopràuo, alterum Sottano.

Primum contermina habet ab Oriente feudum Petrae Russae, ab Occidente feudum trium Fontanarum Sottano, a Septentrione feudum Cattà, et a Meridie feudum Millionis, et Petrae Russae.

Reperitur ad praesens locatum D. Francisco Russo terrae Raffadalis, et pro ipso D. Octavio de Alexandro ejusdem terrae, ut ex instrumento rogato per Notarium Didacum Vinti ipsius terrae sub die prima Julii primae Ind. anno 1738. Idque pro annua pensione . . . . on7 75 » »

2. Feudum trium Fontanarum appellatum Sottano, contermina habet ex Oriente feudum Millionis, ex Occidente flumen Cannarum; ex Septentrione Statum Raffadalis, ac supradictum feudum trium Fontanarum Suprano; a Meridie dictum feudum Millionis; ad praesens reperitur locatum D. Jacobo de Miceli a Siculiana, ut ex instrumento rogato per Notarium D. Michaelem Cumbo die 15 junii 1738. . . . . on7 90 2 »

Feudum Aquiliae, quod contermina habet ex parte Orientis infrascriptum feudum di Cattà et Borancio; ex parte Occidentis vero Statum Catholicae; a Septentrione statum Raffadalis, et a Meridie supradictum feudum Borancii, locatum pro anno 3 Ind. D. Baldassari La Rizza, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo die 27 aprilis prima Ind. 1738 pro. . on7 110 » »

Feudum de Culata, quod habet contermina ab Oriente statum Castrofilippi, ex Occidente feuda dicta di Cazzola, et Giardinelli; ex Septentrione, et Meridie vias regias publicas, quae ducunt ad civitatem Nari. Reperitur locatum D. Aloysio Cajetano Duci terrae Racalmuti nec non Sac. D. Cajetano Lumia terrae Canicattì, ut ex instrumento rogato per Not. Calogerum Palumbo Civ. Agrigentinae sub die 23 martii 4 Ind. 1741 pro unciis . . . . on7 132 » »

Feudum de Faguma habet contermina ex Oriente feudum de Milione, ex Occidente feudum de Caternini; ex Septentrione praedictum feudum de Milione; ex Meridie statum Siculianae. Reperitur ad praesens ingabellatum diversis personis in diversis petiis, quae vulgo vocant tenutas, Videlicet:

Prima tenuta dicta La Buffa locata D. Francisco Picorella, ut ex instrumento rogato per Notarium Michaelem Angelum Cumbo sub die 25 marti 1736, pro . . . . on7 46 » »

Alia tenuta locata D. Francisco Xiandra, ut ex instrumento rogato per praed. Notarium Cumbo sub die 8 decembris 12. Ind. 1733, ac novo contractu locata haeredibus Antonini Fiorica Realis Moutis, ut ex actis Calogeri Palumbo sub die . . . pro unciis . . . . on7 21 » »

Alia tenuta locata D. Philippo, et D. Paulo Vinti pro annis sex, ut ex instrumento rogato per praed. Notarium Cumbo sub die 16 Julii 1736. on7 70 » »

Aliae duae tenutae locatae Sac. Vincentio, et D. Francisco Sciandra Fratribus Terrae Siculianae pro annis sex, ut ex instrumento rogato per No-

tarium praedictum de Cumbo sub die 21 Maii 4 Ind. 1741, pro unc. on7 71 » »

Et alia tenuta locata haeredibus Notarii Liborii Sciandra, et Honufrio Lauricella, ut ex contractu per dictum Notarium de Cumbo rogato sub die 20 julii 1735 ad annos sex pro annuis. . . . . on7 65 » »

Feudum del Canalotto conterminat ex Oriente cum Feudo dell'Amagiore, ex Occid. et Septentrione cum eodemmet feudo, et a meridie cum feudo de Civita, ac terris communibus Civitatis Agrigentinae. Locatum est ad praesens D. Raymundo Garufo ad sex annos, ut ex Instrumento per ipsum Notarium Cumbo rogato sub die 8 junii 2. Ind. 1739 pro unc. . on7 18 » »

Feudum Mandrae di Scava habet contermina ex Oriente Statum Palmae, ex Occidente feudum del Canatello, ex Septentrione feudum di Nolbone, et Burrainito; et ex Meridie maris littus. Reperitur ad praesens ingabellatum bar. D. Francisco Riccardo et D. Francisco Mariae Ricca pro annis sex, ut ex instrumento rogato per Notarium Josephum Miraglia de Panormo sub die 25 septembris 14 Ind. 1735, pro unciis. . . . . on7 430 8 »

Feudum del Checco habet contermina ab Oriente feudum delli Mintini, ex Occidente Statum S. Angeli, et feudum del Mizzaro; ex Septentrione, et Meridie Statum Raffadalis. Reperitur ad praesens locatum D. Augustino, et D. Vincentio lo Dolce ad annos sex, ut ex contractu rogato per dictum Not. Cumbo sub die 3 Januarii 1. Ind. 1737, pro unciis . . . on7 120 2 »

Feudum delli Mintini habet confinia ex Oriente Statum Raffadalis, ex Occidente feudum Petrae Russae, et trium Fontanarum Soprano; ex Septentrione praed. Statum Raffadalis, et a Meridie Statum Montis Aperti. Reperitur ad praesens locatum diversis personis, ac divisum in variis petiis, sive tenutis, ut dicunt, videlicet:

Prima tenuta locata D. Francisco Russo ad annos sex, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo sub die 7 Februarii 1736, pro annuis unc. on7 45 » »

Alia tenuta locata D. Francisco Lumia ad annos sex, ut ex contractu rogato per Calogerum Palumbo sub die 5 novembris 1739, pro annuis unciis. . . . . on7 43 20 »

Alia tenuta locata Gaspari Caraba terrae Raffadalis ad annos sex, ut ex contractu per praed. Notarium Palumbo, rogato sub die 1 novem. 3. Ind. 1739, pro annuis. . . . . on7 52 15 »

Feudum di Cattà, habet contermina ex Oriente Statum Raffadalis, ex aliis partibus est circumvallatum a praedicto Statu. Est ad praesens locatum Principi ipsius Status Raffadalis ad annos sex, ut ex contractu rogato per Notarium Michaelem Cumbo sub die 21 februarii 1737, pro annuis. on7 355 » »

Feudum del Borangio habet contermina ex Oriente praedictum Feudum di Cattà, ex Occidente Statum Catholicae, ex Septentrione, ac Meridie Feuda Modacomo, et S. Georgii. Reperitur ad praesens locatum D. Antonino Turturici terrae Catholicae pro annis sex, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo sub die 12 martii 12. Ind. 1734, et iterum locatum D. Libertino Sala, ut ex contractu rogato per Notarium Palumbo sub die 15 augusti 2. Ind. 1739 pro annuis unciis. . . . . on7 200 » »

Feudum de Modacamo habet contermina ex Oriente Statum Raffadalis, ex Occidente Statum S. Angeli, ex Meridie Feudum del Borangio. Est ad praesens locatum Illri Princ. Raffadalis, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo sub die 21 februarii 1737 pro annuis. . . . . on7 125 » »

Feudum Petrae Russae habet confinia ex Oriente Feudum delli Mintini, ex Occidente Feudum de Cattà; ex Septentrione Statum Raffadalis, et ex

Meridie Statum Montis Aperti. Reperitur ad praesens locatum D. Johanni la Rizza terrae Raffadalis, ut ex contractu rogato per Notarium Calogerum Palumbo sub die 1 Septembris 1740, pro annuis unciis. . . .	on7	130	»	»
Feudum de Salamone habet contermina ex Occidente Feudum de Suzza, ex Septentrione Statum Raffadalis, et ex Meridie Feudum Monrealis. Reperitur ad pns locatum Felici Lombardo, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo sub die 23 Junii 15. Ind. 1737, pro annuis. . .	on7	56	20	»
Feudum Salsae, et Gerribici habet contermina ex Oriente Statum Siculianae, ex Occidente Statum Montis Allegri, et ex Septentrione, et Meridie cum ipsis Statibus, ac littore Maris. Reperitur ad praesens locatum D. Joachimo Romano, ut ex contractu rogato per Notarium Cumbo sub die 30 aprilis 15. Ind. 1737 ad annos sex, pro annuis	on7	300	12	»
Feudum Canatelli habet contermina ex Oriente feudum Mandrae de Scava, ex Occidente feudum S. Georgii, ac flumen S. Blasii, ex Septentrione Statum Favarae, et ex Meridie littus maris, et feudum S. Gregorii. Reperitur ad praesens locatum Bar. D. Riccardo, et D. Josepho Maria Ricca, ut ex contractu rogato per Notarium Josephum Miraglia de Panormo, sub die 25 septembris 1735, ad annos sex pro annuis	on7	365	»	»
Feudum Gibbisae habet contermina ex Oriente feudum Borraiti, ex Occidente molendinum Belguardi, et flumen Favarae, ex Septentrione ipsum Statum Favarae, et ex Meridie feuda Canatelli, et Belguardi. Reperitur ad praesens locatum Philippo Indilicato, ut ex contractu rogato per Not. Cumbo sub die 8 julii 1. Ind. 1739, ad annos sex, pro annuis. . . .	on7	155	4	»
Feudum Plani Episcopi habet confinia ex Oriente feudum Sonnarii, ex Occidente Olivetum dictum de Cacavignale, ex Septentrione viam, quae ducit ad Portum, vulgo Caricatore, ex Meridie littus Maris. Ad praesens reperitur locatum D. Gaspari Giojeni, ut ex contractu rogato per ipsum Not. Cumbo sub die 15 julii 2. Ind. 1739, pro annuis.	on7	40	»	»
Feudum Carboniae habet confinia ex Oriente Statum Aragonae, et saltum Giojeni, ex Occidente, et Septentrione Statum, ac terram S. Elisabeth. Reperitur ad praesens locatum Illri Princ. Raffadalis, ut ex contractu rogato per Not. Cumbo die 20 augusti 1739 pro annuis.	on7	280	»	»
Feudum S. Georgii habet ab Oriente flumen Cannarum, ex Occidente Statum terrae Catholicae, ex Septentrione feudum Borangii, et a Meridie feudum Maddoranae. Reperitur ad praesens locatum Philippo Indilicato, ut ex contractu rogato per Notarium Michaelem Cumbo sub die 8 julii 1738, prima Indictione pro annuis.	on7	477	»	»
Feudum Horti Fontanae subtus muros Civitatis Agrigentinae, habet ex Oriente Vallonem S. Leonardi, ex Occidente Vineta Patruum Dominicanorum, a Septentrione turrim Aquae Civitatis, et a Meridie territorium, sive Chiusas Magistri Didaci Vitellaro. Reperitur ad praesens locatum Libertino Cannameli, ut ex contractu rogato per Not. praed. de Cumbo sub die 24 julii 1. Ind. 1738, pro annuis.	on7	17	15	»
Summa itaque redditúum feudalium est unciarum.	on7	3891	12	»

Redditus Censuales.

Possidet etiam Mensa Episcopalis Agrigentina infrascriptos census proprietatis, ac minutos vigore veterum contractuum descriptorum in Juliana Beneficiorum servata in Ar-

chio Magnae Curiae Episcopalis Agrigentinae, et peracta anno 1585; nec non vigore actorum recognitoriorum, tum veterum cum recentiorum, aliorumque monimentorum solutionis.

In primis percipit ex haeredibus quondam D. Antonini Collura super Clausura al Pisciotto uncias.	on7	2	15	»	
Item ab iisdem super alia Clausura al Pisciotto alias.	on7	2	»	»	
Ab Alfio Saiecca super vineali alla Medollusa.	on7	»	7	»	
Ab Illri Principe Aragonae super suis statibus.	on7	8	»	»	
Item ab eodem salm. duo hordei, et pro eisdem.	on7	2	»	»	
A Magistro Angiolo Todaro, et Magistro Raymundo Moscato super Clausura alli Rocchi di S. Lucia.	on7	»	14	»	
A D. Antonino Sebastiano super Clausura al Pisciotto	on7	1	10	8	
Ab Arciconfraternitate SS. Sacramenti super clausura alla Suzza.	on7	»	5	2	
Ab Antonino Marino, et Sociis super Clausura al Pisciotto. . .	on7	»	21	»	
Ab Antonino La Longa super Viridario subtus muros Seminarii.	on7	»	2	»	
Ab haeredibus quondam Dominici Balistreri super Clausura in feudo Planii Episcopi.	on7	»	9	»	
A Calogero Zumbito super Clausura al Pisciotto.	on7	1	18	15	
A Calogero Noto super clausura alli Palmintelli.	on7	»	24	»	
A Petro Alajmo, et Sociis super clausura in cannatello D. Cajetani Piranio.	on7	»	7	»	
A Venerabili Congregatione Animarum Purgatorii super Clausura alli Palmintelli.	on7	»	8	»	
A Catarina, et Girlanda Cumbo super vineali in contrata di Mangiova.	on7	»	11	12	3
A Venerabili Conventu Tertii Ordinis super bonis Petri Bennisi, et super Clausura in feudo Planii Episcopi.	on7	2	13	»	
A Ven. Sacra Distributione super Granatello di Bocca di Landro.	on7	2	»	»	
Item ab eadem super vineali a Mangione, olim D. Calogeri d' Augustino.	on7	»	23	5	
A Dominico, et Francisco Vecchio super Clausura alla Suzza. .	on7	»	9	8	
A Venerabili Conventu S. Dominici super hortu Aquae solitae.	on7	»	4	»	
Ab haeredibus quondam D. Dominici Alonge super suis domibus.	on7	»	1	10	
Item ab eisdem super vineali di Mallia in contrata Fontanae. .	on7	»	12	»	
Ab haeredibus D. Susannae Sepellino super Clausura alli Palmintelli.	on7	»	3	10	
Ab haeredibus quondam D. Josephi Pancucci super bonis quondam D. Francisci Bennisi.	on7	2	7	15	
Ab eisdem super bonis quondam Mariae Morreale.	on7	1	20	»	
Ab haeredibus quondam Elisabeth Giarrizzo super Clausura allo Chiappazzo.	on7	»	2	10	
A Nicolao Giarrizzo super vineali a Mangione.	on7	»	11	12	3
A D. Vincentio Quartararo, et D. Antonio Guccione super Clausura, et vinea alli Palmintelli.	on7	»	8	»	
Ab haeredibus D. Josephi Poni super vineali nel Chaos. . .	on7	»	18	»	
A Sorore Auna Cangemi super Clausura in Plano Episcopi. . .	on7	»	22	10	
A D. Johanne Gozza super Apotheca in Platea magna. . . .	on7	»	5	»	
A Felice Lombardo super Clausura in Feudo Solumi. . . .	on7	»	1	10	
Ab haeredibus D. Michaelis Belguardo super vineali alla Meddolusa.	on7	»	8	»	
Ab haeredibus Magistri Libertini Petruzzella super Clausura al Pisciotto.	on7	»	3	»	
Ab iisdem super clausura alla Madonna delle Rocche.	on7	»	5	5	
Ab haeredibus D. Sebastiani Bianchino super Clausura subtus Palatium Episcopale ad Septentrionem.	on7	»	9	»	

A D. Antonino Sitajolo super tenimento domuum in Conceria Civitatis Agrigenti.	onz	»	17	»	
Ab haeredibus D. Simeonis Maurici super Clausura dicta di Ferro in contrata delli Communi.	onz	4	28	»	
Ab haeredibus quondam D. Francisci Barba super Clausura dicta di Ferro in ipsa contrata delli Communi.	onz	»	4	»	
A Canonico D. Philippo Lena super Vineali in Meddolusa olim di Palmerio.	onz	»	6	6	
A Venerabili Conventu S. Francisci de Assisio super terris dictis degli Angeli.	onz	»	24	»	
A Johonne Salemi super Clausura al Pisciotto.	onz	2	»	»	
A D. Josepho Lauricella super clausura alla Pietra di Cavalcare	onz	»	15	»	
A D. Josepho Giardina super clausura alla Suzza.	onz	»	8	»	
Ab haeredibus Magistri Libertini Petruzzella, et Johannis Vaccarino super clausura La Madonna delle Rocche.	onz	»	5	5	
A D. Josepho Giardina super clausura a Solume	onz	»	3	»	
A Gerlando Curreri super loco dicto di Maggiore in Plano Episcopi	onz	»	7	»	
A Sancto, et Johanne Butgè super Clausura alla pietra di cavalcare.	onz	»	7	10	
A Paula Zambito super clausura alla Suzza.	onz	4	10	»	
A Venerabili Ecclesia S. Hieronymi super vineali alle Pietre Giganti.	onz	»	16	»	
A Ven. Conventu S. Mariae Mercedis sub titulo S. Jacobi super clausura a Faguma.	onz	»	15	»	
A Josepho Sanzo super clausura dicta La Coniglia	onz	»	16	»	
Ab haeredibus D. Joseph La Mantia super Vinea, ac terris alla Meddolusa.	onz	»	6	»	
Ab Ignatio Poni super clausura alli Cugnarelli.	onz	»	7	14	3
Ab Ignatio Murotta super suis domibus ad S. Honuphrium.	onz	»	9	»	
A Simeone Favata super clausura alli Palmintelli.	onz	»	7	10	
A Libertino Basile Cozzo super suis domibus subtus campanile Cathedralis Ecclesiae	onz	»	4	10	
A D. Libertino Alletto super clausura al Pisciotto	onz	1	»	»	
A Libertino Pecoraro, et hodie a Monasterio S. Vincentii super clausura ad flumen Dracii	onz	»	8	»	
A Ven. Monasterio S. Spiritus super duabus tertiis partibus fructuum territorii di Missilina.	onz	»	22	13	
Item ab eodem super Vineali della Morte.	onz	»	3	»	
A Ven. Ecclesiae S. Mariae Graecorum super trappeto.	onz	»	11	»	
A Ven. Monasterio S. Vincentii super vineali al Chaos.	onz	»	15	»	
A Ven. Monasterio S. Mariae de Succursu super vineali in mediatate, olim Desiatae Rizzo	onz	»	8	»	
Item ab eodem Monasterio super domo dicta del Piemontese prope clausuram Purgatorii	onz	»	3	10	
A Ven. Missione 40 horarum sub titulo Congregationis S. Annae super clausura alle Rocche di S. Lucia.	onz	»	4	»	
Ab haeredibus D. Antonini Collura super clausura, et vinea al Pisciotto.	onz	4	26	5	
A Nicolao, et Petro Alajmo super tenimento terrarum alla Suzza.	onz	»	18	»	
A Ven. Ecclesia S. Honuphrii super claususa alla Madonna delle Rocche.	onz	»	5	5	
A Ven. Hospitali super fructibus territorii di Missilini olim del Porto.	onz	»	11	6	4

A D. Petro Francardi super clausura nelli Comuni. . . . . . onz » 25 10
A Johanne d'Amato super clausura nelle Rocche di S. Lucia . onz » 10 »
A Petro Macaluso, et Thoma Palazzotto super clausura al Pisciotto onz » 21 »
A Paulo Paci super vineali nella Costa di Fabio . . . . . onz » 13 15
A D. Antonino super clausura D. Francisci Ardesi . onz » 15 »
Item ab eodem super loco dicto di Quaglia Grande a Faguma. . onz 1 11 »
Petium terrae, quod conterminum habet Viridariolum Palatii Episcopalis, solitum locari pro. . . . . onz » 8 »
A D. Raymundo Monteperto super vineali olim di Sciarabba. . onz 1 1 »
Ab eodem D. Raymundo Montaperto super clausura al Pisciotto. onz 1 » »
Ab haeredibus D. Vincentii Cozzo super clausura nel Piano del Vest. alla Suzza . . . . onz 5 28 10
Summa itaque redditum censualium ascendit ad annuas uncias sexaginta novem, tarenos septem, et grana octo, ac picc. unum . . . . onz 69 7 8 1

Redditus Decimarum

Possidet pariter Mensa Episcopalis Agrigentina Decimas assignatas Ecclesiae, et S. Gerlando a Comite Rogerio, quos modo locat, exigitque in frumentis, partim in portibus, vulgò caricatori civitatum Agrigentini, et Xaccae, et partim in magazenis.

Decimae Montis Aperti locatae Magistro Antonino Burzellino terrae Montis Aperti per acta Notarii Calogeri Palumbo sub die 11 Julii 1741 pro ipso anno Ind. 4. pro salmis. . . . . sal. 23 »

Decimae Raffadalis, et S. Elisabeth, locatae Mro Leonardo Callea per acta Not. Dominici Lo Giudice Raffadalis die 18. Junii 1742 pro ipso anno 4. Ind. pro salmis quatuordecim centum quatraginta in Portu Agrigentino sal. 140 »

Decimae Joppuli locatae D. Nicolao Scifo per acta Not. Palumbo sub die 24 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis quatuordecim in Portu Agrigentino . . . . sal. 14 »

Decimae Favarae locatae Francisco Giorgia terrae Favarae per acta Notarii Palumbo sub die 29 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis centum, et quatuor in Portu Agrigentino . . . . sal. 104 »

Decimae Gruttarum locatae Carolo Mazza per acta Notar. Michaelis Cumbo sub die 29 Junii 1737, pro annis tribus 1739, 1740, 1741, Ind. 2, 3, et 4, pro annuis salmis quadraginta in Portu Agrigentino. . . sal. 40 »

Decimae Castrofilippi, Jardinelli, et Cazzolae, exactae ab ipsa Mensa Episcopali hoc anno 1741, 4. Ind. . . . . sal. 20 »

Decimae Racalmuti locatae Antonino S. Martino per acta Notarii Palumbo sub die 24 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis vigintiocto, et tumulis quatuor in Portu Agrigentino . . . . sal. 28 4

Decimae Comitinorum locatae Antonino Calleja per acta Notarii Palumbo sub die 24 Junii 1741 pro ipso anno 4. Ind. pro salmis quindecim, et tumulis quatuor in Portu Agrigentino . . . . sal. 15 4

Decimae Agrigenti locatae Gerlando di Benedetto per acta Notarii Palumbo sub die 29 Junii 1740 pro anno 1741, pro salmis biscentum sexagintaduo, et tumulis octo in Portu Agrigentino . . . . sal. 262 8

Decimae Montis Allegri locatae Nicolao Castello per acta Notarii Palumbo sub die 12 Junii 1740 pro anno 1741, pro salmis undecim in Portu Agrigentino . . . . sal. 11 »

Decimae Montis Aurei locatae Carmelo Morreale per acta curiae foraneae

dictae terrae sub die 25 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis trigintaduo, et tumulis tribus in Portu Agrigentino . . . . sal. 32 3

Decimae Siculianae et Realmontis locatae Matthaeo Augello per acta Notarii Michaelis Cumbo sub die 24 Maii 1739 pro annis 1739, 1740, et 1741, 2, 3, et 4, Ind. pro salmis septuagintaduo quolibet anno in Portu Agrigentino . . . . sal. 72 »

Decimae Casteltermini S. Blasii, et S. Angeli locatae D. Didaco Callea per acta Notarii Palumbo sub die 27 Junii 1741 pro ipso anno 4 Ind. pro salmis centum quatraginta, et tumolo uno in Portu Agrigentino sal. 140 1

Decimae Palmae exactae a Mensa Episcopali hoc anno 1741. 4. Ind. salmae octo. . . . . sal. 8 »

Decimae Aragoniae locatae Mro Stephano Volpe per acta Notarii Palumbo sub die 11 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis octuagintaseptem in Portu Agrigentino. . . . . sal. 87 »

Decimae Mussomeli locatae Antonino Patrouaggio per acta Notarii Cumbo sub die 24 Maii 1739, pro annis, vid. 1739, 1740, et 1741, 2, 3, et 4. Ind. pro salmis trigintaduo quolibet anno in Portu Agrigentino . sal. 32 »

Decimae Alexandriae, et Ciancianae locatae D. Vincentio Seidita per acta Notarii Palumbo sub die 5 Julii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis quatragintaduo in Partu Agrigentino . . . . sal. 42 »

Decimae Catholicae locatae Josepho Maniscalco per acta Notarii Catalanotto sub die 11 Junii 1741 pro ipso anno 4 Ind. pro salmis septuagintatribus, et tumolis quatuor in Portu Agrigentino . . . . sal. 73 4

Decimae Bivonae locatae Laurentio Caruso per acta Notarii Andreae Piccone sub die 3 Junii 1741 pro ipso anno 4. Ind pro salmis quinquaginta duobus, et tumolis duodecim in Portu Xaccae . . . . sal. 52 12

Decimae Burgii, Villae Franchae, Luccae, S. Annae, et S. Caroli, locatae D. Hieronymo Rumore per acta Notarii Dominici Giandalia de Burgio sub die 25 Junii 1741, pro ipso anno 4. Ind. pro salmis quatraginta sex in Portu Xaccae. . . . . sal. 46 »

Decimae Julianae exactae a Mensa Episcopali hoc anno 1741, 4. Ind. salm. viginti . . . . sal. 20 »

Item alia duo ex terzanello argenteo praetexto ornata.

Item alia planeta, quam dicunt *di lama a specchio*, aureo praetexto ornata, et stemmate Illmi Episcopi de Amico.

Item octo planetae ex damasco, argenteo praetexto ornatae, cum pallis, bursis, stolis, manipulis, atque velis.

Item planeta ex damasco praetexto aureo ornata.

Item planeta ex *tabì*, praetexto argenteo ornata, cum stola, manipulo, et stemmate Illmi Rhini.

Item duo dalmaticae ex damasco, argenteo praetexto ornatae cum stolis, ac manipulis.

Item permagna stola cum praetexto argenteo ex damasco.

Item pluviale, planeta, dalmatica ex *felba* cum stemmate, monte, et corona existenti.

Vestes nigri coloris pro Mansionariis.

In primis planeta ex damasco, serico praetexto ornata, cum stola, et manipulo.

Item quatuor planetae ex damasco serico praetexto ornatae cum stolis, bursis, manipulis, ac velis.

Item tres planetae ex damasco cum stolis, pallio, manipulis, ac velis.

Item aliae planetae ex damasco, praetexto argenteo ornatae cum stolis etc.

Item alia planeta ex terzanello.

Item aliae quatuor ex damasco, serico praetexto ornatae cum stolis, manipulis, pallis, bursis, et velis.

Item duae dalmaticae ex damasco.

Linteae vestes pro Mansionariis.

In primis sex linteae vestessacerdotales ex tela; ut dicunt *d' Olanda*.

Item alia lintea tunica sacerdotalis quondam Illmi Episcopi della Pegna cum amictu.

Item alia lintea tunica quondam Episcopi Ramirez cum amictu.

Item alia lintea tunica cum ornamentis sericis.

Item decem linteae tunicae Sacerdotales ex tela *d' Olanda*.

Item aliae duae tunicae linteae ex tela *d' Olanda*.

Item aliae novem linteae tunicae Sacerdotales.

Item aliae triginta quinque linteae tunicae.

Item integer panniculus ex tela cavae.

Item viginti amictus.

Item viginti cingula.

Mantilia pro RR. Canonicis, et Mansionariis.

In primis tresdecim mantilia pro tergendis manibus.

Item aliud mantile cum ornamentis	Item aliae sex mappae.
Item alia sex mantilia pervetusta.	Item aliae duae S. Bartholomaei.
Item alia novem mantilia.	Item octo mantilia pro abaco.
Item duo sindones pro abaco.	Item aliae quatuor mappae.
Item mappae num.° tringintaquatuor.	Item aliae mappae n.° trigintatres.

Item quatuordecim pallia ex serico rubeo, et fundo albo cum illo Beatae Mariae Virginis.

Item aliud pallium, quod dicunt *di lama a specchio* violacei coloris cum ornamentis aureis, ac praetexto argenteo ornatum.

Item aliud coloris viridis cum ornamentis aureis.

Item aliud coloris rubei cum ornamentis, seu praetexto argenteo.

Item aliud pallium, ut dicunt *di lama a specchio*, album, praetexto, ac ornamentis argenteis ornatum.

Item pallium vetus vestis aureae, et sericae, fundo albo, ac praetexto aureo ornatum.
Item pallium aliud ex damasco flavo.
Item aliud ex damasco viridi.
Item aliud pallium, quod dicunt *di lama a specchio* cum stemmate animarum Purgatorii violacei coloris, praetexto aureo ornatum, in medio habens scutum aureum, *praetexto aureo ornatum*.
Item quinque pallia, quorum tria serico, duo vero, alia aureo sunt praetexto ornata.
Item duo pallia violacea ex damasco.
Item aliud violacei coloris pro altare majori ex damasco, aureo praetexto ornatum.
Item aliud pallium phrygio opere actum; auro, ac argento ornatum cum stemmate Domus Rhini.
Item aliud vulgo *di lama a specchio*, cum ornamentis aureis, et stemmate Illmi Rhini.
Item aliud album, et ex auro.
Item aliud album praetexto argenteo.
Item aliud rubeum villosum praetexto aureo ornatum.
Item aliud album, ac rubeum villosum, praetexto aureo ornatum.
Item aliud *di lama a specchio*, praetexto aureo ornatum.
Item aliud, quod dicunt *di lama a fondo di caldara* cum ornamentis aureis.
Item tria pallia coloris violacei ex damasco serico praetexto ornata.
Item duo pallia viridis coloris ex damasco.
Item duo alia rubei coloris ex damasco.
Item aliud ex damasco albo et praetexto serico.
Item aliud ex damasco viridi, et praetexto aureo.
Item aliud, quod dicunt *di lama a specchio* rubeum, cum ornamentis argenteis.
Item aliud rubeum cum ornamentis argenteis.
Item aliud ex terzanello rubeo, et praetexto serico.
Item aliud asprini pro S. Gerlandi.
Item aliud felbae pro altari majori, et praetexto aureo.
Item aliud ex damasco violaceo, et praetexto aureo pro S. Josepho.
Item aliud ex damasco viridi, et praetexto aureo.
Item aliud ex damasco nigro, et praetexto aureo pro S. Josepho.
Item aliud ex damasco violaceo, et praetexto serico.
Item septem portalia ex serico rubeo, et albo.
Item vestis, ut dicunt soprabolletta ex broccato.
Item quatuor cannae, ut dicunt *in tocco di detto broccato*.
Item quinque palmi ejusdem.
Item vasa ossis cum suis pedibus argenteis planeis, donata ab Illmo Rhini.
Item baculum eburneum cum historia veteris testamenti, ab Illmo Rhini datum.
Item duo vela ex *taffittà* nigri coloris.
Item alia mappa ex *taffittà* albi coloris.
Item alia coloris viridis.
Item alia rubei coloris.
Item alia violacei.
Item aliae duae violacei coloris.
Item duae aliae coloris rubei.
Item alia ex filo aureo, et argenteo.
Item velum, ex *taffittà*, rubeum et ex una parte album.
Item vestis Missalis, quam dicunt *di lama a specchio* ex terzanello.
Item alia vestis ex damasco violaceo praetexto, ac ornamentis aureis ornata.
Item alia, quam dicunt *di lama a specchio*.
Item alia ex damasco albo praetexto aureo.
Item alia ex damasco rubeo, praetexto argenteo.
Item aliae duae pervetustae.
Item tria vela calicis.
Item thronum mappis aureis albis praetexto aureo ornatis.
Item tapetum pro altari majori.

Item aliud novum felbae.
Item aliud maurusium.
Item aliud felbae pro solio.
Item quatuor rubei coloris.
Item aliud panni rubei pro sede pastorali.
Item aliud rubeum pro S. Gerlando.
Item duo pro celebrantibus.
Item pannus felbae pro suggestu.
Item tabula SS. Virginis sine macula conceptae cum suo vitro, et cornicibus nigris, et corallis ornata.
Item tapetum ex damasco.
Item aliud coloris violacei.
Item alia tria.
Item duo panni ex damasco violacei coloris pro sedibus Canonicorum.
Item alii duo permagni ex damasco *cremisi* cum stemmate Rev. Capituli pro choro.
Item alii duo coloris violacei pro choro.
Item sex libri sacrorum pro Can.
Item octo pro Mansionariis.
Item alius Missalis.
Item decem et septem pro mortuis.
Item sex tomi Pontificales.
Item sex canones Pontificales.
Item caerimoniale unum.
Rituale unum.
Item Martyrologium.
Item tres libri Passionis.
Item supercoelum pro S. Gerlando ex vase etc.
Item indumentum sedis Episcopalis ex damasco albo.
Item tres tabulae matreperuae depictae, in quibus est Nativitas, et Epiphania Domini.
Item crux obducta matreperna.
Item duo lapides altaris, vulgo *balate*.

Vestes gremiales.

In primis vestis gremialis alba, quam vulgo dicunt *di lama a specchio*, cum quatuor scutis, et cruce in medio, cum indumento ex terzanello albo, et praetexto aureo.
Item alia gremialis coloris albi ex terzanello cum cruce in medio, ac praetexto aureo.
Item alia, quam dicunt *di lama a specchio* violacei coloris cum crucibus et praetexto aureo.
Item alia, *di lama a specchio* coloris nigri, cum cruce, ac praetexto aurea ornata.
Item alia *di lama a specchio* coloris rubei, cum cruce, et praetexto aureo ornata.
Item faldistorium coloris viridis ex tabì.
Item aliud ex damasco rubei coloris cum ornamentis sericis, et aureis.
Item aliud faldistorium ex damasco rubei coloris, praetexto aureo ornatum etc.
Item aliud, vulgo *di lama a specchio* coloris aurei, ac praetexto aureo ornatum.
Item aliud violacei coloris ex terzanello.
Item aliud ex damasco albi coloris praetexto aureo ornatum.
Item aliud rubei coloris ex terzanello.
Item aliud ex damasco albi coloris.
Item postergale Sedis Episcopalis ex terzanello violacei coloris.
Item aliud, vulgo *di stoffo* cum floribus albi coloris.

Pulvinaria.

In primis duo pulvinaria ex damasco cum duabus faciebus, quarum una est coloris viridis, violacei altera, cum praetexto aureo.
Item aliud etiam ex damasco violacei coloris.
Item alia duo etiam cum duabus faciebus rubea, et damasco, et serico.
Item aliud viridis coloris ex damasco praetexto aureo.
Item aliud ex damasco violacei coloris, praetexto aureo.
Item aliud rubei coloris ex damasco praetexto serico.
Item alia duo, quae vocant *di lama a specchio* coloris aurei.
Item tria conopea pro vasibus olei Sancti, quorum primum est coloris rubeis, alterum violacei, tertium vero albi.

Item mappa ex *taffittà* rubei coloris praetexto argenteo.
Item alia ex *taffittà* rubei coloris cum ornamentis sericis.
Item tria pallia ex *taffittà* pro SS. Virgine.
Item alia mappa ex *taffittà* cum ornamentis argenteis.
Duo vela parva rubei, et coerulei coloris ex taffittà.
Item duo tilialia ex damasco rubei coloris.
Item alia duo viridis coloris ex damasco.
Item quatuor albi coloris ex *taffittà*, et terzanello.
Item quatuor partes *di lama a specchio* rubei coloris cum ornamentis argenteis.
Item quatuor, ut dicunt, *giummi* serici violacei coloris.
Item sexdecim calciamenta ex damasco albi coloris.
Item octo calciamenta ex damasco rubei coloris.
Item duo violacei coloris.
Item duodecim chirothecae sericae albi coloris opere phrygio aureo ornatae.
Item duae violacei coloris.
Item sex rubei coloris; et duae viridis coloris.
Item duo panni pro Pontificalibus, et Canonicalibus, quorum alter est, ut vulgo dicunt *di lama a specchio* cum ornamentis aureis; alter vero albi coloris cum ornamentis aureis.

Mitrae

In primis Mitra ex tela coloris aurei, acu picta ex argento cum indumento ex tarzanello rubei coloris.
Item alia Card. Rodulfo auro picta cum 42 lapidibus, et stemmate ejusdem.
Item alia ex tela cum aliquibus lapidibus.
Item alia ex tela aurea, ex auro acu depicta, cum perlis, et aliquibus lapidibus parvis, et magnis ad num. centum.
Item alia, ut dicunt, *di lama a specchio*, aut ex auro depicta cum lapidibus num. decem, et aliquibus granatinis.
Item aliae duae ex tela coloris aurei.
Item alia, ut ajunt di *lama a specchio* coloris aurei, aureo praetexto ornata, et indumentis coloris rubei.
Item duae Mitrae ex damasco albo, quarum una est plana, aureo praetexto ornata, altera cum indumentis ex tela albi coloris, et terzanello.
Item alia ex *tabì* coloris albi.
Item alia ex veste coloris albi aureo opere phrygio, ac praetexto ornata; alia vero ex tela alba.
Item alia coloris albi ex *lama a specchio*.
Item alia ex raso coloris violacei cum indumento ex terzanello.
Item duo cingula.
Item planeta, ut ajunt *di lama a specchio*, aut depicta ex auro, et corallis stemmate Illmi Rhini cum stola, palla, bursa, manipulo, et velo, in medio cujus est imago S. Christophari.
Item lintea tunica Sacerdotalis ex tela bissi.
Item tobalia albi coloris ex damasco.
Item amictus, et sudariolum.
Item duo signacula Missalis phrygio opere ex auro, et perlis, cum septem frustulis sericis, vulgo zagarella, cum giummis aureis, et argenteis; et aliud cum octo frustulis.
Item duo frustula serica, vulgo zagarella pro amictu cum ornamentis aureis, et argenteis, ac corallis granatinis.
Item alia quatuor plurium colorum.
Item tobalia serica violacei coloris.
Item velum ex *taffità* rubei coloris.
Item tria almutia nigri coloris.

Item lintea tunica, et amictus cum cingulo, et planeta, acu depicta ex serico, et auro.

Res existentes in Baullo Pontificali

In primis Liber Sacrorum, vulgo *Missale*
Item Caerimoniale Episcoporum
Item Canon, ot Pontificale in tres tomos
Item Arca cum indumento felbae rubei coloris
Item pulvinar ex damasco violacei coloris
Item duae dalmaticae, et pluviale ex terzanello albi coloris, aureo praetexto ornata.
Item gremiale ex argentea veste, et praetexto argenteo ornatum.
Item planeta, ut ferunt, *di lama a specchio* aureo praetexto ornata.
Item planeta ex damasco albi coloris cum suo praetexto aureo.
Item pluviale, et planeta acu picta ex auro, et argento auro depicta. Item pulvinar.
Item pluviale ex damasco violacei coloris.
Item planeta ex damasco violacei coloris, cum stola, manipulo, ac aureo praetexto ornata.
Item planeta ex damasco rubei coloris, cum stola, et manipulo.
Item planeta viridis coloris, ut dicunt *di lama a specchio*, cum stola, et manipulo, ac stemmate Illmi de Amico.
Item duae dalmaticae violacei coloris ex terzanello.
Item gremiale, ut dicunt *di lama a specchio* violacei coloris; cum scutis, et cruce, acu depictum ex auro.
Item duae dalmaticae viridis coloris ex terzanello.
Item duae dalmaticae rubei coloris ex tarzanello, praetexto aureo ornatae.
Item calceamenta ex phrygio opere, et praetexto aureo ornata albi coloris, viridis, et violacei, cum suis tibialibus.
Item pluviale vulgo *di lama a specchio* rubei coloris cum ornamentis aureis, et stemmate Illmi Rhini.
Item planeta vulgo *di lama a specchio* coloris rubei et stemmate Rhini, cum duabus stolis, et manipulis, ac ornamentis aureis, et argenteis.
Item octo chirothecae coloris rubei, violacei, viridis, et albi.
Item tobalia serica rubei coloris.
Item lintea tunica, et cingulum Illmi Ramirez.
Item duo roccheta ejusdem Episcopi. Item duae linteae tuniche; et item quatuor Pallia Altaris coloris albi, viridis, rubei, violacei ex damasco.
Item tres tobaliae, et candelabra sex ex ligno, et carta de gloria pro sacello Palatii Fpiscopalis.

Decreta.

Cum Illmus, et Rmus Dnus Visitator multa jocalia, et mobilia Ecclesiae vetustate, aut alias inepta comparisset, mandavit de novo fieri quinque planetas, quatuor cappas, et duas tunicellas singulorum colorum ad usum Canonicorum in festivitatibus.

Item sex planetas singulorum etiam colorum ad usum quotidianum eorumdem.

Item sex planetas singulorum colorum pro Mansionariis in festivitatibus, et sex planetas singulorum pariter colorum pro quotidiana celebratione. Proeterea duodecim cappas pro Hebdomadario, et Ministris tribus cujusque coleris. Octo albas pro festis majoribus; octo alias pro Dominicis, et festis reliquis, et octo tobalias.

Item provideri altaria omnia palliis, seu ante altaribus sericis, et tobalias tum pro festis sollemnioribus, cum pro quolibet die.

Item reficiantur suppellectilia Thesauri, quae Illmus, et Rmus Dnus Visitator lacera invenit, amotis omnino, quae indecentia judicavit.

Item quod argentum usui ineptum convertatur in alia argentea mobilia ad opportuniorem, et decentiorem ejusdem Ecclesiae usum.

Item quod mobilia, et suppellectilia dictae Ecclesiae, et Thesauri non asportetur extra ipsam Ecclesiam, nec ulli prorsus commodentur sub poena unciarum decem.

Item quod Thesaurarius inventarium omnium mobilium modo, et forma, ut de inventario reliquiarum praescriptum est faciat, cum obligatione in forma Sacramento munita de illis fideliter, et bene custodiendis.

§.

De Oneribus, et celebratione Missarum.

Visitavit quoque Illmus, et Rmus Regius Visitator Generalis omnia onera Missarum dictae Ecclesiae, et invenit esse, quae sequuntur:

Series Onerum.

Pro Hadriano Bennici in altari privilegiato quolibet anno Missae vigintinovem N. 29

Pro Agatha Sciacca quolibet anno Missae sexagintaocto . . . . N. 68

Pro Agatha Bugea Missae N. vigintiduo in altari privilegiato videlicet N. octo pro anima ipsius, N. septem pro anima Gasparis Bugea, et N. septem pro animabus Petri, et Palmae Fradella quolibet anno . . . . . . N. 22

Pro D. Eleonora Valguaruera in altari privilegiato quolibet anno Missae N. quindecim. . . . . N. 15

Pro sorore Eleonora Valguarnera quolibet anno in altari privilegiato Missae N. trigintatres. . . . . N. 33

Pro Alphonso di Leto quolibet anno Missae N. trigintanovem. . . N. 39

Pro Angiola Bellia quolibet anno Missae N. duodecim. . . . . N. 12

Pro Angiola Falsone quolibet anno in altari Purgatorii Missae N. quinque N. 5

Pro Angiola Zunnica quolibet anno missae N. quinquecentum undecim. N. 511

Pro Anna Giaudalia quolibet anno Missae quinquagintauna. . . . N. 51

Pro Antonina Attardo in altari privilegiato quolibet anno Missae vigintinovem N. 29

Pro Antonino Zaccaria in altari Purgatorii quolibet anno missa una. . N. 1

Pro D. Autonino Ciantro Gualteri in altari privilegiato Missae n. centum et octo, in alio altari libero Missae n. centum octuagintanovem. . . . . N. 397

Pro Can. D. Antonino Glimpi quolibet anno Missae n. octo. . . N. 8

Pro Sac. D. Antonino Crista quolibet anno Missae n. triginta. . . N. 30

Pro Mro Anton. Tabboni in Altari Purgatorii quolibet anno missae n. duodecim. N. 12

Pro Baldassare Accardo quolibet anno Missae n. novem. . . . . N. 9

Pro Bartholomaeo Grammuzza in altari privilegiato Missae septuagintatres . N. 73

Pro Can. D. Benedicto Milacci quolibet anno, missae n. duocentum tringintaseptem. N. 237

Pro Calogora Ferrante in altari privilegiato quolibet anno Missae quatragintasex N. 46

Pro Calogero Insalto quolibet anno Missae N. trigintaquinque. . . N. 35

Pro Barone D. Carolo La Torre in altari privilegiato quolibet anno Missae centum vigintisex. . . . . N. 126

Pro D. Carolo Montaperto quolibet anno Missae N. trigintanovem. . N. 39

Pro Sacerdote D. Carolo Crista quolibet anno Missae N. octuagintaocto. N. 88

Pro Catarina Navarra quolibet anno Missae N. tercentum, et duo. . N. 302

Pro Catarina, et Victoria Monastra, quolibet anno Missae quatragintaquinque. N. 45

Pro Canonico D. Caesare Malagrida Missa una quolibet die festivo in Ecclesia S. Libertini. . . . . N. 82

Pro Abbate Boniucontro, et Montaperto, quolibet anno in altari privilegiato Missae centumdecem et septem. . . . . N. 117

Pro Constantia d'Avanteri quolibet anno Missae vigintiduo. . . . N. 22

Pro Sacerdote D. Didaco Orlando tria onera in dies, et duo in hebdomada in altari privilegiato Missae N. mille centum nonagintanovem. . . . . N. 1199

Pro Dominico Mallia in altari privilegiato quolibet anno Missae centum nonagintaquinque. . . . . N. 195

Pro Fabritio Tomasino quolibet anno Missae N. biscentum trigintatres. N. 233

Pro Sacerdote D. Philippo Tuttolomundo quolibet anno, Missae trigintasex. N. 36

Pro Illmo D. Francisco Truyna in altari S. Gerlandi N. decem onera in hebdomada, quae important unum onus quotidianum, et tria onera in hebdomada, et sunt quincentum viginti. . . . . N. 520

Pro D. Francisca Gisulfo Missa una quolibet die sabbati in altari privilegiato, et duodecim in die anniversarii Fidelium Defunctorum. . . . . . N. 64

Pro Canonico D. Francisco Cipolla in altari privilegiato quolibet anno Missae quatuor. . . . . N. 4

Pro Canonico D. Francisco Giardina Ziccari quolibet anno Missae N. centum trigintatres; et hoc onus est suspensum, usquedum satisfit Ven. Ecc. S. Mariae Itriae. . . . . N.

Pro Canonico D. Francisco Navarra in altari S. Josephi Ecclesiae Cathedralis quolibet anno Missae centum vigintisex. . . . . N. 126

Pro Canonico D. Francisco Boccolardo quolibet die Missa quotidiana . N. 365

Pro Francisco Pisano quolibet anno Missae octuagintaocto. . . . N. 88

Pro Clerico Francisco Canta pro quolibet primo quoque die lunae cujusque mensis quolibet anno Missae duodecim . . . . N. 12

Pro Francisco Contino Missa una in hebdomada in die Veneris quolibet anno, Missae quinquagintaduo. . . . . N. 52

Pro Sacerdote D. Francisco Milioto Missa cantata una in quolibet mense primo die lunae Missae duodecim. . . . . N. 12

Pro Francisco Falsone duae Missae in hebdomada in altari B. V. septem dolorum N. 104

Pro Francisco Mallia quolibet anno Missae biscentum septuagintaduo. N. 262

Pro Franc. di Fidi pro sua intentione quolibet anno Missae N. quatragintaocto. N. 48

Pro Canonico D. Francisco Magro quolibet anno. . . . . . . N. 29

Pro Notario Francisco Cachia in altari Purgatorii quolibet anno, Missae N. vigintiquatuor. . . . . N. 24

Pro Francisco Lena in altari Purgatorii quolibet anno Missae duodecim. N. 12

Pro Francisco di Vincenzo in altari Purgatorii quolibet anno, Missae quatragintaquatuor. . . . . N. 44

Pro Barone D. Gaspare de Marinis duae Missae in hebdomada in altari S. Hieronymi de Marinis, hodie vulgo della Madonna grande quolibet anno Missae centum, et quatuor. . . . . N. 104

Pro Gaspare Azzolino in altari Purgatorii quolibet anno Missae trigintaquatuor. N. 34

Pro Gerlando Diana quolibet anno Missae octo. . . . . . . N. 8

Pro Sacerdote D. Gerlando Francardi Missae N. viginti in altari Purgatorii et triginta novem in altari libero quolibet anno. . . . . N. 59

Pro Canonico D. Jacobo Montaperto Missae centum quatragintasex; idest 52 in die lunae, et 52 in die Mercurii pro remissione suorum peccatorum, aliae vero liberae quolibet anno. . . . . N. 146

Pro Sacerdote D. Jacobo Vassallo quolibet anno Missae septuagintaseptem. N. 77

Pro Sacerdote Jacobo Diana Missa una in hebdomada quolibet anno in die Veneris in altari privilegiato. . . . . N. 52

Pro Sacerdote D. Georgio Faruggia duae Missae in hebdomada in altari privilegiato

in diebus Martis, et Jovis quolibet anno. . . . . N. 104

Pro Canonico D. Josepho Paci quatuor Missae in die, idest duae in altari privilegiato, et duae in altari libero, et si redditus supererint celebrentur tot Missae quolibet anno. . . . . N. 1460

Pro Sacerdote D. Josepho Siracusa quolibet anno Missae trigintatres. N. 33

Pro Sacerdote Hieronymo Giannizzo quolibet anno Missae nonagintaunum. N. 91

Pro Hieronymo Morreale in altari privilegiato quolibet anno Missae vigintiduo. N. 22

Pro Hieronymo Belguardo quolibet anno Missae biscentum sexagintaduo. N. 262

Pro Hieronyma Pignola quolibet anno Missae biscentum, et quindecim. N. 215

Pro Hieronyma Fradella quolibet anno. . . . . . . N. 15

Pro D. Josepho Gisulfo quolibet anno. . . . . N. 52

Pro Canonico D. Josepho Carthia quolibet anno Missae vigintinovem. N. 29

Pro Johanna La Licata quolibet anno. . . . . N. 3

Pro Johanna di Giacomo quolibet anno. . . . . N. 8

Pro Johanna di Fidi quolibet anno Missae centum et novem. . . . N. 109

Pro Johanna di Leto quolibet anno Missae duodecim. . . . . N. 12

Pro Sacerdote Leonardo Cardilicchia quolibet anno Missae quinquagintaduo. N. 52

Pro Sacerdote D. Marco Antonio Vassallo quolibet anno Missae centum, et quatuor. . . . . N. 104

Pro Mariano Jombordino in altari Purgatorii quolibet anno Missae octo. N. 8

Pro Sacerdote D. Narcisso Giandaidone Missa una quotidiana in altari Privilegiato B. M. V. quolibet anno Missae tercentum sexaginta quinque. . N. 365

Pro Margharita Puma in altari privilegiato quolibet anno Missae centum et quatuor. . . . . N. 104

Pro Clerico Matthaeo Ferranti duae Missae in hebdomada, hoc est una pro anima sua, altera vero pro animabus Fabii, et Lucianae Ferranti Missae quolibet anno. . . . . N. 104

Pro Canonico D. Mariotto Diana quolibet anno Missae octo. . . . N. 8

Pro Canonico D. Nuntio Magro in altari S. Antoni de Padua hujus Cathedralis quolibet anno Missae nonaginta. . . . . N. 90

Pro Sacerdote D. Honuphrio Buscemi Missae tercentum, et novem quolibet anno, idest, 163 pro anima sua, 104 pro animabus suorum patris et matris, et 42 pro animabus suorum praedecessorum . . . . N. 309

Pro Canonico D. Paulo Piconio quolibet anno. . . . . . . N. 52

Pro Sacerdote D. Paulo Pici Missae n. centumquatuordecim, idest 38 in die lunae, 38 in die Jovis pro anima sua, et 30 pro anima suae matris in die Veneris quolibet anno. . . . . N. 114

Pro Canonico D. Pellegrino Maggiore Missae trigintaseptem in altari privilegiato quolibet anno. . . . . N. 37

Pro Canonico D. Petro Puyades quolibet anno. . . . . . N. 102

Pro Canonico D. Petro Tomasino quolibet anno. . . . . . N. 193

Pro Canonico D. Petro Mariano Monteperto quatuor Missae in hebdomada, idest una in die lunae de requie pro animabus Purgatorii; alia in die Veneris de S. Dominico; alia in die Sabati de B. M. V., et alia ad libitum in altari privilegiato quolibet anno. . . . . N. 208

Pro Sac. D. Petro Petruzzella Missae centum vigintiquatuor; idest 42 pro anima sua, 41 pro anima D. Francisci, 42 D. Gerlandi Petruzzella quolibet anno. N. 124

Pro Sac. D. Petro Alfano duae Missae in hebdomada de requie, una in altari privilegiato, altera ad libitum quolibet anno. . . . . N. 104

Pro D. Petro Montaperto quolibet anno. . . . . N. 52

Pro D. Petro Mallia Missa quolibet anno. . . . . . . N. 365.
Pro D. Petro Afritano quolibet anno. . . . . N. 30
Pro Petro Militello quolibet anno. . . . . N. 8
Pro D. D. Petro Polizzi, missa una in hebdomada, et sexagintaquinque quolibet anno. . . . . N. 430.
Pro Can. D. Placido Giardina quolibet anno. . . . . . . N. 76
Pro Sac. D. Salvatore Ferraro quolibet anno. . . . . . . N. 73
Pro Santo Lena Missae tot, quot erunt fructus suae haereditatis in quolibet anno pro alternatione aliarum Ecclesiarum, ut ex suo Legato, in altari libero etc. N.
Pro D. Salvo Morreale in altari privilegiato quolibet anno Missae trigintaquinque. N. 35
Pro Tiberio Calafato Missa quotidiana quolibet anno. . . . . N. 365
Pro Thoma Cuticnti quolibet anno . . . . N. 6
Pro Sac. D. Vincen. Montaperto Missa una in quolibet hebdomada quolibet anno N. 52
Pro Vincentio Zaccaria, Missae viginti octo quolibet anno, idest 22 pro anima sua; sex vero pro anima Can. D. Nuntii Magio . . . . . . N. 28
Pro Can. D. Vito Alaimo Missae tres in hebdomada, idest una in die lunae pro animabus Purgatorii; alia in die Veneris pro Passione Domini, ambae in altari libero; alia demum de B. M. V. in altari privilegiato in die sabati quolibet anno. N. 152
Pro Victoria Mazarà quolibet anno . . . . N. 22
Pro D. Vincentio Lo Nano quolibet anno . . . . . . N. 76
Missa conventualis quolibet die anni. . . . . N. 365
Missa de Maria Virgine SS. quolibet die. . . . . . . N. 365
Pro onere Parocchiali Magistrae Cappellae quolibet die Dominico. . N. 52
Pro onere Maraginatis quolibet die Dominico. . . . . . . N. 52
Pro onere feriarum vigiliarum, quatuor temporum primo die lunae cujuslibet mensis, et pro Regibus Benefactoribus quolibet anno . . . . . N. 40
Pro anniversariis, quae vel cum eleemosynis, vel gratis celebrantur Missae quinquagintasex. . . . . N. 56
Missa quotidiana in altari Purgatorii pro Beneficialibus. . . . . N. 365
Pro Canonico D. Jacobo Trapanotta quolibet anno. . . . . . N. 32
Pro Sorore Paula Misuraca quolibet anno. . . . . . . N. 52

Missae, quae celebrantur in Anniversariis, ut in libro anni 1735 videlicet.

Pro Sacerdote D. Narcisso, et Canonico Johanne Giandaidone Missae centumviginti quolibet anno. . . . . N. 120
Pro D. Laurentio Camfosa quolibet anno. . . . . N. 29
Pro Canonico D. Antonino Tomasino quolibet anno. . . . . . N. 7
Pro Melchiora Tomasino quolibet anno. . . . . N. 7
Pro Mariano Moscarelli quolibet anno. . . . . N. 9
Pro Sacerdote D. Gregorio Colles quolibet anno. . . . . . N. 29
Pro D. Alphonso Ciccarelli quolibet anno . . . . N. 5
Pro Ciantro D. Antonino Gualteri quolibet anno. . . . . . N. 23
Pro Canonico D. Francisco La Matina quolibet anno. . . . . N. 15
Pro Sacerdote D. Calogero Camerata quolibet anno . . . . . N. 20
Pro D. Susanna Serpillo, D. Alphonso Pancucci, et D. Michaele Schifano Missa una in quolibet hebdomada quolibet anno. . . . . N. 365
Pro D. Nicolao Noto Missae octuaginta duo quolibet anno in altari privilegiato. N. 82

Missae quae celebrari debent a Mansionariis pro haereditatibus particularibus.

Missa una a Mansionariis quondam Canonici D. Vincentii Criscentio in altari S. Josephi. . . . . N. 1

Missae quatuor a Mansionariis quond. Clerici Nicolai Costa in altari privileg. N. 4
Missae quatuor a Mansionariis quondam D. Catharinae Piamontese in altari libero N. 4
Missae tres a Mansionariis quondam Doctoris D. Vincentii Zunica in altari S. Rosaliae. . . . . N. 3
Missa una a Mansionariis quondam D. Dominici La Seta ad libitum . N. 1
Missa una a Mansionario quondam D. Hieronymi Maurici ad libitum . N. 1

Quibus quidem Missarum oneribus, librisque celebrationum, et implementi visitatis, cum inventae fuerint non celebratae ab anno 1727 usque per totum annum 1740, Missae bismille centum vigintiduo pro Sacra Distributione, et Missae vigintisex pro haereditate Catharinae Piemontese, et Missae noningentaeduo pro haereditate D. Vincentii Zunica, salvo tamen meliori calculo etc. Illmus, et Rmus Dnus Episcopus Regius Visitator Generalis mandavit earumdem celebrationem intra sex menses omnino fieri, alias sequestrentur portiones respective Canonicorum, et Mansionariorum.

Item mandavit, quod qui beneficia, et cappellanias in eadem Cathedrali Ecclesia possident cum oneribus Missarum, teneantur sub poena sequestri fructuum celebrari facere in ipsa Ecclesia Missas, quae ipsis incumbunt, quod a celebrantibus in libro Curatoris Missarum manu propria adnotabitur, alias non habeantur pro impletis, et celebratis.

Item ne in Ecclesia pro commodo Fidelium Missae singulis horis deficiant, Cantor, et Curator Missarum, eas quae quotidie celebrari debent sive a Canonicis, sive a Mansionariis distribuant pro unaquaque hora. Haec vero distributio in tabella describatur pro regula Sacristae, et eorum qui celebraturi sunt, et ab omnibus exacte observabitur sub poena unciarum decem.

Item quod libri Missarum formentur juxta normam a S. Congregatione traditam, ac celebratio Missarum a singulis celebrantibus manu propria notetur coram Sacrista; alias manu alterius faciat adnotatio celebrationem, et implementum minime probet.

De Privilegiis, et Diplomatibus Ecclesiae Agrigentinae.

Habet Ecclesia Agrigentina Regum praesertim liberalitate privilegia jam multa, concessiones, declarationes etc. quorum diplomata, et cartae in Archio servata, ac ab Illmo, et Rmo Dno Regio Visitatore Generali visitata, sunt, quae sequuntur:

Fundatio Ecclesiae Agrigentinae a Comite Rogerio facta.

Privilegium Comitis Rogerii de constitutione Episcopatus Agrigentini, et de Decimis Canonicorum.

Bulla Urbani II pro confirmatione Episcopatus Agrigentini.

Memoriale factum per Dominum de Pellegrino Episcopo Gerlando.

Privilegium Regis Rogerii filii ad favorem Episcopi Agrigentini, per quod mandatur Baronibus, et Vassallis totius Dioecesis, ut decimae in integrum persolvantur.

Restitutio cujusdam terrae Ecclesiae Agrigentinae facta per Johannem Capra anno 1127 Regnante Rogerio Comitis Rogerii filio.

Privilegium Regis Guillelmi datum Gentili Episcopo Agrigentino reaedificandi molendinum in flumine Tribuli anno 1171.

Privilegium Monasterii S. Mariae de Nova de Monte Regali super certis Decimis Castelli Corleonis assignatis Teobaldo primo Abbati per Bartholomaeum Episcopum Agrigentinum, ejusque Canonicos pro totidem aliis per eos habitis a Rege Guillielmo anno 1177.

Privilegium Regis Guillielmi pro Ecclesia Agrigentina, et ejusdem Canonicis de percipiendis redditibus annuis in excambium decimarum, et jurium per Bartholomaeum Episcopum admissum super Castro Corleonis Regali Monasterio S. Mariae Novae Montis Regalis.

Concessio S. Mariae de Refesio Ecclesiae Agrigentinae facta a serenissimo Rege Siciliae Guillelmo.

Transumptum privilegii primitivae Ecclesiae Montis Sion in Hyerusalem Alexandri PP. III anno 1178.

Privilegium Regis Guillielmi, quo conceditur Ecclesiae S. Gregorii juxta maenia Agrigenti cum pertinentiis suis ad favorem Ecclesiae Agrigentinae in permutationem decimarum, redditunm, et jurium in Batalaro, et Casalibus, quae dedit Bartholomaeus Episcop. Agrigentinus cum consensu suorum Canonicorum Monasterio Regali Sanctae Mariae Novae Montis Regalis anno 1179.

Privilegium concessionis Monasterii S. Salvatoris, et Monasterii S. Johannis in civitate Regii ad favorem Monasterii S. Mariae Novae, et Episcopatus Montis Regalis.

Privilegium Constantiae Imperatricis, et Reginae Siculae, quo confirmat Ecclesiae Agrigentinae decimas portuum Agrigenti, Xaccae, et Leocatae, instante Episcopo Urzone anno 1198.

Literae Clementis III super decimis Xaccae.

Confirmatio privilegii extractionis tricentarum. salmarum a portu Agrigenti facta a Friderico Imperatore, et Rege Siciliae anno 1232.

Concessio cujusdam terrae pro excambio alterius facta ab Ursone Episcopo Agrigentino cum consensu sui capituli anno 1232.

Divisio Dioecesis, facta, Panormitanae, et Agrigentinae Ecclesiae, anno 1244.

Transumptum cujusdam privilegii de inquisitione, et testibus receptis de donatione, possessione, quae tenebat Ecclesia Agrigentina de Ecclesia S. Mariae dello Rifesi, anno 1250.

Instrumentum concessionis aedificandi, et reaedificandi Ecclesias, unam in honorem SSmae Trinitatis, in territorio, quod dicitur Villanum, et alteram S. Mariae in territorio quod dicitur *lo Rifesi*, anno 1252.

Concessio Ecclesiae S. Mariae de Refesio quibusdam Monachis per Episcopum Rainaldum anno 1261.

Transumptum, in quo sunt depositiones testium receptorum de mandato Manfredi Regis Siciliae, et apparet quod Episcopus Agrigentinus, ejusque Canonici percipiebant decimas Dohanae, et Gabellarum civitatis Agrigenti, et decimas Xaccae, et Leocatae, Nari, Caltanissettae, Suterac, Cammaratae, Castrinovi, Mungibellosae, et Casalis Bisbonac, in quo sunt inserta privilegia Regis Rogerii Cathedralis Ecclesiae Agrigentinae, et Regis Guillielmi super divisione Brocati, et Caches, anno 1264.

Restitutio aliquorum bonorum Ecclesiae Agrigentinae, facta anno 1266.

Instrumentum decimarum, et aliorum bonorum Ecclesiae Agrigentinae, Regnante Rege Carolo, anno 1266.

Instrumentum pro feudo *delle Rifesi* anno 1270.

Actus revocationis Ecclesiae de *Rifesio* a manibus Monachorum, anno 1273.

Transumptum privilegii concessionis Casalis Librici, anno 1275.

Instrumentum quo tempore Decimae Episcopo Agrigentino solvi debent, 1276.

Accordium factum inter Dnum Johannem Melthonem, et Petrum Comeda super divisione Casalis nomine Milochum, anno 1277.

Concordia, sive transactio inter Robertum Episcopum Agrigentinum, et L. Lucam Abbatem Monasterii S. Johannis de Eremitis Panormi, anno 1281.

Transumptum literarum Petri II Regis, quo mandatur, quod Ecclesia Agrigentina manuteneatur in possessione Casalis de Carich, anno 1301.

Constitutio Bonifacii PP. VIII de Baptismo, confirmatione, et unctione Crismatis fiendis tempore interdicto.

Divisio terrarum Minacliae Ecclesiae Agrigentinae, et terrorum Ecclesiae S. Mariae Theutonicorum anno 1304.

Instrumentum, quo Fridericus Dux confirmavit, et concessit Decimas Dioecesis Agrigentinae Episcopo Bertuldo, ejusque Canonicis anno 1304.

Instrumentum, quo Re Fridericus concessit Decimas Dohanae Maris Ecclesia Agrigentinae, anno 1305.

Inquisitio facta per Episcopum Bertuldum super feudo Musati, et aliis beneficiis Ecclesiae Agrigentinae anno 1305.

Transumptum cujusdam privilegii de restitutione tenimenti Misari, quod dicitur Foresta, anno 1305.

Instrumentum, quo Ecclesia Agrigentina fuit restituta in possessione quarumdam terrarum, anno 1305.

Divisio cujusdam matrimonii contracti in Casali Cotta anno 1308.

Instrumentum quo Fridericus Rex praecepit Episcopo Bertuldo Agrigentino, ejusque Canonicis, ut persolvantur duae partes Decimarum gabellarum veterum terrae Leocatae, ut solitum erat, anno 1309.

Instrumentum Casalis S. Mariae de Carichio, anno 1310.

Instrumentum concessionis factae a Bertuldo Episcopo Agrigentino cum voto sui Capituli cujusdam tenimenti domorum, anno 1310.

Copia quarumdam Regiarum literarum super Casale de Carichio terrae Nasi, anno 1311.

Instrumentum, quo agitur possidentes bona Ecclesiae Agrigentinae. anno 1311.

Donatio casalis S. Mariae de Carichi in territorio Nari Ecclesiae Agrigentinae pro medietate, anno 1316.

Instrumentum de casali S. M. de Carichio Ecclesiae Agrigentinae anno 1315.

Instrumentum spectans ad Ecclesiam S. Mariae de Carichio casali Ecclesiae Agrigentinae anno 1317.

Sententia casalis S. Mariae de Carichio ad favorem Beneficialium Ecclesiae S. Mariae anno 1319.

Instrumentum, quo Rex Fridericus confirmat aliquas consuetudines Ecclesiae Agrigentinae, anno 1319.

Instrumentum, quo Fr. Peregrinus Prior S. Mariae de Hadriano dedit Dno Uscerio Episcopo Agrigentino terram, in qua fuerunt centum cavae Gigantum, anno 1325.

Privilegium Concessionis, et donationis castelli Minseris, et casalis Minsel factae a Rege Friderico Orsoni Episcopo Agrigentino, ejusque successoribus.

Compromissum inter Episcopum, et Canonicos Ecclesiae Agrigentinae ex una parte, et Dnum Ugolinum de Latio et altera anno 1328.

Procuratio ad Lites anno 1329.

Instrumentum, quo Rex Fridericus confirmavit Octaviano, et Carolo de Latro fratribus Can. Agrigentinis decimas eorum Canonicatuum, anno 1330.

Literae ordinationis ad minores ordines factae per Johannem Philippum Episcopum Agrigentinum anno 1330.

Instrumentum medietatis cujusdam casalis Ecclesiae Agrigentinae, anno 1331.

Instrumentum, per quod apparet casale S. Mariae de Carichio terrae Nari esse de bonis Ecclesiae Agrigentinae, anno 1331.

Instrumentum litis factae per Johannem Philippum Episcopum Agrigentinum de feudo Fagunae, Maggiordirani, et Molendini Cattà, in quo obtinuit Victoriam arbitro, et Judice compromissario Archiepiscopo urbis Panormi, anno 1331.

Instrumentum pro casali de Carichio Regibus Friderico, et Petro Secundo an. 1331.

Separatio cujusdam matrimonii per Curiam Archidiaconi, anno 1332.

Instrumentum de Contrata S. Mariae de Carichio, anno 1331.

Inquisitio, et testes recepti de feudo Foresto Ecclesiae Agrigentinae.

Transumptum privilegii, ac Sententiae Regum Friderici, et Petri II pro Ecclesia Agrigentina contra Manfredum da Chiaramonte super turbatione terrarum, et terragiorum feudi Forestae, anno 1333.

Instrumentum quietationis factae curatori Ecclesiae Agrigentinae Regibus Friderico, et Petro II, anno 1333.

Locatio cujusdam tenimenti terrarum Ecclesiae Agrigentinae in terra Caltabellottae, anno 1334.

Instrumentum cujusdam privilegii Regum Friderici, et Petri II, quod non molestentur Coloni feudorum Ecclesiae Agrigentinae, anno 1336.

Divisio bonorum Rainaldi de Garresio, anno 1336.

Concessio aliquarum terrarum ad gabellam facta a Johanne Philippo Episcopo Agrigentino, anno 1339.

Renunciatio gabellae de Jalsala facta Philippo Episcopo Agrigentino, anno 1343.

Excommunicatio Clementis PP. VI contra occupantes bona Ecclesiae Agrigentinae ad instantiam Episcopi ejusdem Ecclesiae, anno 1341.

Instrumentum concessionis ad emphyteusim cujusdam vineae per Episcopum, et Capitulum Ecclesiae Agrigentinae anno 1347.

Delegatio facta Episcopo Cephaludensi de bonis Ecclesiae Agrigentinae alienatis an. 1385.

Procuratio cujusdam Cardinalis Beneficialis S. Mariae de Bonamuronae, et S. Eligei tempore Urbani Sexti, anno 1387.

Arrendamentum fructuum Episcopalium factum per fratrem Johannem Episcopum Agrigentinum anno 1401.

Instrumentum pertinens ad jurisdictionem Archidiaconi super causis criminalibus anno 1409.

Donatio quorumdam bonorum facta Ecclesiae Agrigentinae 1421.

Sententia lata ad favorem Episcopi Agrigentini contra oeconomos, et Procuratores Ecclesiarum S. Margheritae, et S. Michaelis Xaccae exigendi collectas anno 1431.

Bulla exemptionis Ecclesiae Agrigentinae a jurisdictione Metropolitica, exceptis causis appellationum anno 1441.

Rescriptum authenticum Regis Alphonsi Aragonum, ut Episcopus Cephaludensis recognoscat Episcopum Agrigentinum, anno 1443.

Transumptum privilegii Regis Alphonsi super feudo della Foresta, anno 1451.

Bulla Nicolai PP. V; ut Can. Eccl. Agrig. possint acceptare beneficia cum cura, et sine cura, anno 1447.

Rescriptum Pii PP. II, quo confirmatur Rescriptum Nicolai PP. V, anno 1459.

Inquisitio, et testes recepti de decimis, et juribus quas Episcopus Agrigentinus, et Capitulum habebant super Dohanis, et juribus Regalium Agrigenti, Xaccae, et Leocatae, et totius Dioecesis pro cambio facto cum Rege Guillielmo de Corleone, Carici, et Buccaro Ecclesiae Panormitanae.

Instrumentum, quo declaratur a Johanne Rege Aragonum, quod Episcopus Agrigentinus pacificam possessionem obtinuit, et obtinet de feudo La Foresta anno 1465.

Instrumentum procurationis ad exigendum decimas Leocatae.

Instrumentum Bajuli Jonae Nari, sive mandatum, in quo sunt insertae literae Regis Friderici super feudo S. Mariae de Carichio.

Permutatio feudi Misari cum feudo Magiordirami.

Probatio, quod Divus Gerlandus anno 1092, erat Episcopus Agrigentinus.

Bulla Canonicatus Cephalae, et Beneficii S. Mariae de Bonomorone in personam Leonardi Diaconi Cathedralis.

Bulla unionis aliquorum Beneficiorum Massae Xaccae Distributionis Ecclesiae Agrigentinae facta ab Alexandro VI anno 1492.

Bulla Leonis X, pensionis unciarum quinquaginta pro fabrica anno 1518.

Bulla Unionis Beneficii Magistrae Cappellaniae facta a Paolo IV anno 1559 mensae Capituli Agrigentini.

Bulla Gregorii XIV pensionis unciarum centum quinquaginta pro fabrica, anno 1590.

Bulla, et sententia praecedentiae in processionibus inter Conventuales; Minores observantes, et Cappuccinos facta a Gregorio XIII, anno 1583.

Concessio emphyteutica cujusdam clausurae terrarum Ecclesiae Agrigentinae facta ab Episcopo cum consensu Canonicorum in contrata della Middolusa.

Instrumentum cujusdam vineae spectantis ad Ecclesiam Agrigentinam.

Descriptio confinium Hospitalis S. Laurentii de tenimento Caephalae Ecclesiae Agrigentinae.

Bulla Gregorii XV, concedens facultatem dandi ad emphyteusim aliqua bona Ecclesiae Agrigentinae.

Commissio Auditoris Camerae ad probandam consuetudinem ad favorem Capituli Agrigentini super perceptione fructuum jurisdictionalium, sede vacante anno, 1602.

Sententia Rotae Romanae ad favorem Capituli super perceptione fructuum jurisdictionalium, sede vacante, anno 1604.

Instrumentum de observantia contra pestem grassantem, anno 1528.

Bulla Urbani VIII super declaratione mozzettae coloris violacei concessa Canonicis Ecclesiae Agrigentinae anno 1633.

Literae Citatoriales Auditoris Camerae pro Canonicis, et Clero Agrigentino pro concessione mozzettae, et Archiepiscopum Panormitanum, ejusque Canonicos.

Bulla unionis beneficii S. Thomae Ecclesiae Agrigentinae facta Clementis PP. X. anno 1672.

Bulla Juris Patronatus trium Mansionariorum de Zunica ad favorem Capituli Agrigentini anno 1706.

Extant, et quamplurimae aliae Bullae, nec non instrumenta, et transumpta, quae corrosa, et lacera vix legi possunt.

§

De Seminario et Collegio Agrigentino.

Quemadmodum Principum largitate Ecclesia Agrigentina subsistit, ita, et Seminarium Regiis Beneficiis S. Gregorii, S. Blasii, et S. Leonis sibi unitis, nec non taxa Regiae Mensae Episcopalis, Beneficiorumque praesertim Regiorum initia, et incrementa debet sua. Ejusmodi unioni taxae, et initiis, auctoritatem suam accomodante Regio Generali Visitatore Philippo Jordio, qui adolescentes primum in Seminario constituit, ac nonnullis praeceptionibus, et decretis illud.

Seminarii pars, et appendix Collegium est Sanctorum Augustini, et Thomae nuncupatum, sive Seminarium secundum primo adjacens, in quo adolescentes peractis in primo studiis perfici in ecclesiastica eruditione solent. Collegium ejusmodi ex fructibus Regalis Mensae, Episcopalis erigendum summis impendiis curavit S. M. Episcopus Franciscus Ramirez Ordinis Praedicatorum a pietate doctrina, et liberalitate laudatissimus.

Seminarii, Collegiique, unus est Rector, unaque Adolescentium utriusque institutio sub certis Lectoribus, et Praefectis. Sunt, et Canonici Deputati utriusque loci ad formam Concilii Tridentini, et dispositorum per dictum Episcopum de Ramirez.

Ad statum itaque diem cum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis ad visitandum Seminarium, Collegiumque accessisset, exceptus ad januas fuit a Vicario Generali Episcopi, nec non Rectore, Deputatis, Lectoribus, Praefectis, ac universis adolescentibus; atque visitavit primum Ecclesiam, aulas, scholas, officinas, omnesque fabricas tum Seminarii cum Collegii: aliis subinde diebus visitavit, et examinavit regulas, disciplinam, studiorum ordinem, gubernii, et administrationis methodum, OEconomicum statum, bona, redditus, et onera, computa administrationis, ac reliqua omnia ad dictum Seminarium, Collegiumque pertinentia. Item visitavit Rectorem. Lectores, Officiales, Deputatos, quos, et pluries audivit tum publice, cum secreto sub occurrentis nonnullis; nec non visitavit Seminaristas omnes, et Collegiales, quorum capacitatem, et profectum in literis praevio diligenti examine sigillatim perquisivit.

Tum vero cum Canonici Marchisius, Giojeni, Salernus, et Giuttari perpetui Deputati Collegii Illmo, et Rmo Dno Visitatori exposuissent, fuisse non ita pridem contra Regulas

dicti Collegii ab Illmo, et Rmo Dno Episcopo Officio motos sub nonnullis praetensis causis, et non servato ordine juris, ipse Illmus, et Rmus Dnus Visitator audito Fisco Episcopali, examinatisque actis amotionis, et scripturis per ipsum productis, aliisque ex adverso porrectis reintegrandos in Officio duxit, quod fuit exequutum.

Cum itaque haec omnia Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis pro suo munere diligenter visitasset, examinasset, et peragisset, ac nonnulla comperisset, quae remedio indigere, aut Regiam auctoritatem suam ad meliorem Seminarii, et Collegii ordinem disciplinam, et profectum exposcere videbantur, infrascripta, censuit ordinanda, pront sanctione perpetuo valitura ordinavit, decrevit, atque mandavit, videlicet:

In primis numerum alumnorum ad augendum existimans in Seminario pro numero saltem locorum Dioecesis, qui modo ad sexagintaduo ascendunt, praeter urbem Agrigenti; decrevit quod Illmus, et Rmus Episcopus praefinire curet, totidem alumnos in eodem Seminario alendos, praeter Agrigentinos. Praesertim vero animi pendens quo studio, et amore latina Ecclesia eos, qui Graeci sunt Ritus prosequuta semper fuerit, foveritque diligenter pro zelo Religionis attendat, ut quilibet Graecanicus Dioecesis locus suum in Seminario Alumnum habeat, gratis educandum, Ecclesiasticisque moribus, et doctrina diligentius inbuendum.

Item quod redditus superfluentes dicti Seminarii emptioni annuorum redditunm, et stabilium omnino in singulos annos applicentur, nisi tamen necessitas pro Illmi, et Rmi Dni Episcopi prudenti judicio postulaverit, ut in ampliationem aularum erogentur.

Item quod praesens Seminarii OEconomicus status is est, ut non obstante augumentum praedictorum Alumnorum illud paene congruis redditibus provisum videatur; ita quidem ut si qua per unionem Beneficiorum ejus proventus in summa annuarum unciarum centum augeretur, vetus etiam Mensae, et Beneficiorum taxa ab Illmo Dno Visitatore Jordio constituta redundans evaderet, Illmus Dnus Regius Visitator intelligens ex mente Concilii Tridentini taxam perpetuam praedictam esse oportere, curae Illmi, ac Rmi Episcopi commisit, ut intra tres menses uniat Seminario Beneficium Sanctae Mariae La Vetera, et Beneficium Illmi Lupi de Alicata, aliaque pinguioris redditus, quae liberae suae collationis existunt usque ad summam unciarum centum. Eaque unione vel in totum, vel pro parte effectum sortiente, per effectivam reddituum acquisitionem taxa praedicta proportionaliter cesset. Elapso autem trimestri, nec unione peracta, quidquid taxata Beneficia Seminario persolverint, illud totum ex redditibus Mensae Episcopalis, Beneficiariis reintegretur. Unio autem Seminario facienda prior, potiorque sit quacumque alia unione superius demandata.

Item quod negotia Seminarii omnia cum Deputatorum Consilio ad formam Concilii omnino peragantur.

Item quod portae aularum in quibus habitant Collegiales, vitrum in medio habeant.

Item quod Deputati Collegii rationes Episcopo rigorosè reddere teneantur; amoveri autem quoad vixerint ab Illmo Episcopo non possint, nisi ex delicto, praevia formali inquisitione per sententiam declarando.

Item curabit Illmus, et Rmus Episcopus eo quo flagrat optimarum literarum propagandarum amore, quod in Seminario, sive in collegio praeter lectiones, quae modo habentur, quatuor insuper statuantur Cathedrae, nimirum: una facultatis Philosophicae juxta instructionem: 2 Juris publici; 3 Geometricae cum Institutionibus Geographicis, et tractatum computus ecclesiastici: et 4 Linguarum Graecae, et Hebraicae. Insuper quatuor exercitia academica quolibet mense: 1 Sacrae scripturae: 2 Sacrorum Rituum: 3 Historiae criticae Ecclesiasticae: 4 Antiquitatum, sive nummorum, et inscriptionum. Qui vero studia ejusmodi, ac exercitia promoverint, coluerintque specialem Regis favorem cum oportuerit, promerebunt.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae S. Johannis Theutonicorum in Civitate Agrigenti, unitae S. Mansioni Panormi, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis, Regium Generalem Visitatorem die 16 m. octobris 1741.

Equestris Theutonicorum Ordo antiquitus Agrigenti Praeceptoriam habuit, cujus titularis ecclesia fuit sub invocatione S. Johannis: Hospitale vero sub titulo S. Mariae de Hyerusalem, sive S. Mariae Magdalenae. Ecclesiam, et Hospitalem domum, cum bonis illi adscriptis, cum jam olim ordinis fuisset, Ursus episcopus anno 1235 confirmavit. Subinde a Claramontanis, sive opibus adaucta, et renovata, sive verius adjuncto altero novo Hospitali, quod Claramontani iidem fundaverant sub titulo S. Mariae Magdalenae ditior, et melior reddita, in Praeceptoriam fuit evectam, quae Claramontanorum patronatu remansit obnoxia. Confiscatis Claramontanorum rebus Regii Juris Patronatus evasit, quo titulo eam Rex aliquando contulit, et subinde univit Sacrae Theutonicorum Mansioni Panormi, ut ex libro Prothonotarii anno 1399 fol. 103.

Vetus Praeceptoriae ecclesia adhuc superest, et ab Abbate Mansionis possidetur; verum nulla ei domus Hospitalis adhaeret. Extat tamen Agrigenti Hospitale sub titulo S. Mariae Magdalenae, sed ab Ecclesia longe procul positum, et non sub regimine Abbatis, sed Universitatis existit. Pyrrhus, et Mongitorius hoc esse, quod ad Sacram Mansionem spectabat, affirmant. Videtur quippe hoc illud fuisse, quod Claramontani Theutonicis adjuxerunt, nihilominus quo titulo universitas illud obtinuerit, non liquet.

Proinde cum in Capibrevio ipsum Hospitale Juris Patronatus Regii esse, et Mausioni unitum dicatur, Rectoribus Universitatis incumbet, titulum, concessionemque Regiam aut ostendere, aut impetrare.

Porro Ecclesia praedicta S. Johannis ad praesens vetustate in suis omnibus partibus, ornamentis, et suppellectilibus ferme laborat. Curam illius Cappellanus habet, qui celebrat in ea singulis Dominicis, et festis, ac Divini cultus servitium peragit; illi subservit Sacrista, amboque ab Abbate Mansionis eliguntur, et stipendia, consequuntur; redditus Ecclesiae, mediocres sunt, qui ab Abbate praedictae Mansionis percipiuntur: sunt vero hi, qui sequuntur:

Bona, et redditus Ecclesiae S. Johannis

In primis a Societate de Itria tareni octo super domibus in contrata dicta *del Monte*	on7	»	8	» »
A Clara Todaro tar. sex, et modo a Johanne Mazza, Jaconello, et Angela Attardo super domo prope Monasterium S. Spiritus . . .	on7	»	6	» »
A Catharina Cacciatore tareni quinque super suis domibus in cavaedio Ecclesiae S. Johannis	on7	»	5	» »
A Josepho Spicola tareni tres super domo in Contrada S. Mariae La Neve	on7	»	3	» »
A Conventu S. Annae sub titulo Consolationis, tareni decem, et octo, videlicet tareni quatuordecim super viridario nuncupato di Roccella, et tar. quatuor super vinea Petri Caunella in contrata S. Nicolai .	on7	»	18	» »
A Didaco Ziraffo tareni vigintiunum, et grana decem super suis domibus in cavaedio ejusdem Ecclesiae	on7	»	21	10 »
A Monasterio de Succursu tareni tresdecim super vineis. . .	on7	»	13	» »
A Sac. D. Didaco Lo Castro tt. 15 super domo in eodem Cavaedio S. Joannis	on7	»	15	» »
Ab Oratorio S. Philippi Nerii, tareni vigintiunum, videlicet, sexdecim super domibus congregationis, et quinque super vinea nuncupata *di Gencardo*	on7	»	21	» »

A P. D. Francisco Antonio Fradella ejusdem Congregationis Oratorii, tareni duo super domibus in contrata *del Monte* . . .	007	»	2	» »
A Sacra Distributione tareni tres, et grana decem super suis domibus.	007	»	3	10 »
A Calogero Lauricella, nunc Calogero Giliberto tareni decem super officina in contrata Ecclesiae Salvatoris	007	»	10	» »
A Principe Raffadalis tar. novem super horto nuncupato la Carpita.	007	»	9	» »
A Constantia Sterlino super domo in contrata di Santa Margaritella tt. quatuor	007	»	4	» »
A Catarina Gallo, et Carmela Rubbella tareni quinque super earum domibus in Cavaedio dictae Ecclesiae S. Johannis.	007	»	5	» »
A Sac. D. Laurentio Todaro tareni quatuor super loco terrarum dicto *alla Cavetta*.	007	»	4	» »
A D. Francisco Sgroi Panepinto, tareni quatuor, et gr. quinque super Magazinum in contrata S. Mariae Graecorum.	007	»	4	5 »
Ab Ecclesia Purgatorii tareni tres, et grana decem super suis domibus in contrata Ecclesiae S. Catharinae	007	»	3	10 »
A Joanne Bugeya tareni quatuordecim super vinea nuncupata *di Corniglia*	007	»	14	» »
Summa totius introitus unc. quinque tt. 19. 15. . . .	007	5	19	15 »

Ad eam itaque Ecclesiam cum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis die 16 octobris 1741 accessisset, et ejus altare suppellectilia, fabricas, et partes omnes visitasset, decrevit atque mandavit.

Quod altare ad decentiorem formam reducatur, opere plastico exornetur, et tela cerata, et stragula instruatur.

Quod Ecclesia dealbetur, et opere plastico exornetur, novum pavimentum lateritium fiat et sub laqueare coloribus depingatur, novaque sacristia extruatur.

Quod lampas argentea ante altare continuo habeatur.

Quod comparentur ante altaria nova diversi coloris pro temporum varietate; una planeta nigra, una alba: duo Missalia, unum pro Missis Sanctorum, et alterum pro Missis Defunctorum; et fiant nova corporalia meliores telae veteribus absque usu remanentibus.

Quod fiat novum confessionale ad formam a S. Carolo praescriptam, novusque fons aquae lustralis comparetur.

Quod fiant novi gradus Ecclesiae, ejusque prospectus ad decentiorem forma redigatur, et dealbetur.

Insuper Illmus, et Rmus Dnus mandavit, quod curet Abbas emere, et demoliri domunculam Ecclesiae adhaerentem, quae modo possidetur ab Ignatia La Cardelicchia; et interim ipsa sub poena unciarum vigintiquinque Regio Erario applicanda statim obturet, et claudat fenestellam, portae Ecclesiae contiguam, unde exit fumus.

Sancta Regalis Visitatio Beneficii, seu Canonicatus S. Johannis, vel S. Crucis de La Moschita, sive Judaeorum habita per Illmum, et Rmum Dnum Regium Generalem Visitatorem D. Johannem Angelum de Ciocchis.

Quae Agrigentini Saracenorum, jam olim Moschita, et tum Judaeorum Schola, denique Judaeis expulsis, Ecclesia S. Johannis, seu S. Cruci evasit, in qua Rex ex bonis illorum Beneficium, sive Canonicatum, fundavit; eoque nomine conferre coepit, prout facere perrexerunt sequiores Principes.

Anno 1542, illud visitavit Regius Visitator Franciscus Vento, atque appellavit beneficium cujus bona annui redditus unciarum 15. 19. ,. distinctè recensuit, addens in fine,

nullam habere Ecclesiam, nec teneri ad servitia spiritualia, ex testimonio multorum Canonicorum.

Anno 1552 illud visitavit Regius Visitator Jacobus Arnedo, et Beneficium de La Moschita pariter appellavit, quod a Can. Syracusanae Ecclesiae possideri dixit, et habere nonnulla bona, quae pariter censuit reddentia quotannis un7 16. 1. Ecclesiam insuper non habere repetit, ex qua fuerant factae domus.

Anno 1557 idem Arnedo illud denuo visitavit, appellavitque Beneficium, seu Canonicatus sub titulo S. Crucis, nuncupatum de la Muschita: bona, et redditus iterum recensuit ascendentia ad un7 17, idemque de Ecclesia repetit.

Anno 1583, illud visitavit Regius Visitator Franciscus del Pozzo, qui Beneficium esse dixit, possessumque a Carolo Galluccio Siculo ex praesentatione Regis, et Institutione Episcopi Agrigentini: Ecclesiam nullam esse reperit, sed eo loci ubi dicebatur la Moschita, Casalena nonnulla diruta extare, jussitque altare in Cathedrale construi, ibique singulis Dominicis, et Festis celebrare Commissarium ad haec etiam capione fructuum exequendi diligens Archidiaconum.

Anno 1606 non visitavit illud Regius Visitator Philippus Jordius, verum in Visitatione Ecclesiae Agrigentinae agens de Seminario, et taxa super Beneficiis Regiis inter ea quoque recensuit Beneficium nuncupatum de *la Moschita*. Propterea in edicto pro revelatione redditunm Juris Patronatus Regii, meminit ejusdem Beneficii, atque plura revela accepit super ejus redditibus in summa annua un7 11 20; prout ex volumine revelorum Jordii in Off. Conservatoris fol. 552.

Circa medietatem saeculi XVII de eo in actuario Ecclesiae Agrigentinae, mentionem habens Pirrus. Ecclesiam titulares habuisse olim dixit non longe a templo Divi Jacobi, atque Beneficium simul appellavit, sed collatum sub titulo Canonicatus Agrigentini, tum veluti simplex Beneficium, illudque anno 1638 fuisse a Rege concessum Bartholomaeo Ragullez, qui suo tempore exin quotannis percepiebat scutata un7 50. Fuit Pirrus OEconomus Regius, et proin illi hac in re summa adhibenda est fides.

Ex eo tempore nulli amplius collatum constat, ejusque redditus memoria hominum exciderunt, ut quidem nec in libro Deputationis Regni, nec OEconomi Regii acta descripti reperiantur.

In hoc itaque statu cum Dnus Visitator lustrum Ecclesiae Agrigentinae peragens, de illo inquireret, neminem reperit, qui illius recordaretur, propositisque publicis poenalibus Edictis pro Revelo nullum desuper a quopiam accepit.

Porro cum ii, qui bona, et redditus dicti Beneficii distincte recenserunt, sunt Rmus Visitator Franciscus Vento anno 1542, et Regius Visitator Jacobus Arnedo anno 1557 eadem Dnus Visitator hic censuit, ex eorum actis describenda cum revelationibus a Regio Visitatore Jordio collectis anno 1606.

Bona, et redditus Beneficii de La Moschita, ex Actis Regiae Visitationis Francisci Vento anno 1542 folio 175 existens in Officio Conservatoris.

In primis pro quadam Apotheca existenti in platea dictae civitatis, et possessa per haeredes quondam Notarii Annibalis lo Garretto in quolibet anno unciarum quinque. on7	» 5	»	»
Item pro quondam tenimento domorum existenti in contrata *la Moscluta* possessa per haeredes Johannis Lo Burgio in quolibet anno un7 una tt. 24 on7	1 24	»	»
Item pro quadam vinea existenti in contrata di *lo Chioppo* possessa per haeredes quondam Girardi la Licata in quolibet anno un7 una, et tt. 24 on7	1 24	»	»
Item pro quibusdam domibus existentibus in contrata di *La Loggia*, quae fuerunt quondam Magistri Francisci Pavoni possessis per haeredes quondam			

Dni Fabii de Sacio app. in actis Notarii Matthaei de Capisi 17 Augusti 15 Ind. anno 1542 quolibet anno unciarum tres. . . . . onz 3 » » »

Item pro quibusdam domibus existentibus apud domos quondam D. Orlandi Characula possessis per Uxorem Magistri Vincentii La Russa in quolibet anno tareni duodecim. . . . . onz » 12 » »

Item pro quodam tenimento domorum existentium in contrata di *Li tre Petri* ad portam di *Li Panniteri* possessis per haeredes quondam Johannis Pellegrini in quolibet anno tareni sex. . . . . . : onz » 6 » »

Item pro quibusdam domibus in contrata praedicta possessis per haeredes quondam Juliani de Girardi in quolibet anno. . . . . . onz » 15 » »

Item pro quibusdam domibus in dicta contrata possessis per Marcum La Porta in quolibet anno tareni quindecim. . . . . . onz » 15 » »

Item pro quodam vignali in contrata di la *Channeca* possessa per haeredes quondam Johannis Dullano, et Magistri de Alajmo in quolibet anno tareni duodecim. . . . . onz » 12 » »

Item pro alio vignali in dicta contrata possessa per Dnum Paulum de Alaymo in quolibet anno tareni duodecim. . . . . . onz » 12 » »

Item pro quodam alio vignali in dicta contrata possesso per haeredes quondam Aloysii de Ansolma in quolibet anno, tareni sex. . . . onz » 6 » »

Item pro quibusdam domibus conjunctis cum domibus praedictae uxoris Magistri Vincentii La Russa possessis per uxorem Magistri Gerardi Majorca in quolibet anno tareni octo. . . . . onz » 8 » »

Item pro quibusdam domibus possessis per Cataldum Sanguzo in quolibet anno tareni vigintiunus. . . . . onz » 21 » »

Item pro quibusdam domibus in contrata di *lo Castello* possessis per Vincentium Ardoino in quolibet anno tareni sexdecim. . . onz » 16 » »

Summa summarum dicti introitus in quolibet anno est unciae quindecim, tareni decem, et novem. . . . . onz 15 19 » »

***Bona*, et Redditus Beneficii, seu Canonicatus de la Muschita ex Actis Regiae Visitationis Jacobi Arnedo, anno 1557, fol. 335, existentibus in Officio conservatoris.**

In primis Nobilis Hieronymus Sari solvit annuatim jure proprietatis uncias quinque super tribus Apothecis existentibus in Contrata di *Lo Rabbato*; confinantibus ex parte Occidentis cum Apotheca di *Sisi Portuleva*, et ex parte meridiei cum macello. . . . . onz 5 » » »

Item Paulus Buxemi, et haeredes Johannis Sacel solvunt quolibet anno jure proprietatis unz unam, et tarenos vigintiquatuor super tenimento domorum existentium in contrata di *la Muschita* confinante ex parte meridiei cum Bernardo Drandozzo, et ex parte Orientis, et Occidentis cum via publica. onz 1 24 » »

Item Jacobus Saltaloro solvit unciam unam annuam jure proprietatis super quadam Vinea existente in contrata de *Lo Chiuppo*, quae fuit olim Magistri Petri Carmina. . . . . onz 1 » » »

Item M. Cosimus de Satio solvit anno quolibet uncias tres jure proprietatis super domibus di *lo Dattilo* juxta Logiam vecchiam confinantibus ex parte meridiei cum domibus Magistri Johannis Vittorii La Sita, ex parte Septentrionis cum Vincentio Xiarabba . . . . . . onz 3 » » »

Item Johannes de Baldo solvit annuales tarenos sex jure proprietatis

super certis domibus in contrata *la Porta di Mazara*, confinantibus ex parte Occidentis cum domibus Antonutii Lagline ex parte Meridiei cum domibus Guillelmi de Milazzo, et ex parte Orientis cum lo Velluni. on7 » 6 »

Item Angela Liberta di Bartolomeo di Batto solvit annuatim tarenos octo jure proprietatis super quadam domo in la contrata di S. Antonio confinanti ex parte Occidentis cum domibus Petri de Baldone, et ex parte Orientis cum domibus Jacobi de Mulè . . . . on7 » 8 »

Item Angelus de Tosano solvit tarenos vigintiunum jure proprietatis anno quolibet super ejus domibus in contrata di S. Cecilia confinantibus ex parte Orientis cum domibus M. Vincentii Camarino, et ex parte Occidentis cum domibus M. Silvestri de Urso, et ex parte Meridiei, et Septentrionis cum strata publica. . . . . on7 » 21 »

Item Rosa de Cincomano solvit tarenos vigintiunum annuatim jure proprietatis super quadam ejus domo in contrata S. Michaelis, confinanti ex parte Septentrionis cum via publica, et ex parte Occidentis cum domibus, quae erant Antonii Xaxa. . . . . . . on7 » 21 »

Item Vincentius Arduino solvit annuatim tarenos sexdecim jure proprietatis super quadam ejus domo in contrata di *La Porta di Mazara* confinanti cum domibus M. Antonini Salamuni, ex parte Occidentis cum domibus Guillelmi Latona. . . . . on7 » 16 »

Item Gaspar, et Antoninus Petri de Alaymo solvit annuatim tarenos duodecim jure proprietatis super quodam vineali in contrata de La Zaneya confinanti ex parte Septentrionis cum viridario M. Scipionis Loparello et ex parte Meridiei, et Occidentis cum praedio Petri de Mangione. on7 » 12 »

Item Gaspar, et Antonutius M. Petri de Alaymo solvunt annuatim tarenos duodecim jure proprietatis super quadam domo in contrada di *Vallicalda* confinanti ex parte Septentrionis cum domibus quondam Gerlandi, Lauza, et Orientis cum domibus quondam Jacobi Canta . . on7 » 12 »

Item Magister Antonutius Calmita solvit quolibet anno tarenos sex jure proprietatis super quodam vineali in contrata di Cayaneya confinanti ex parte Occidentis cum vineali quondam Petri de Alaymo, et ex parte Meridiei cum praedio quondam M. Hieronymi de Portu. . . . on7 » 6 »

Item haeredes Juliani de Jeraci solvunt annuatim jure proprietatis tarenos quindecim super ejus domibus in contrata di lo Valluni alla Porta di Panitteri ex parte Septentrionis cum domibus haeredum quondam Ant. Marchica. . . . . on7 » 15 »

Item Johannes Dalli solvit annuatim tarenos quindecim jure proprietatis super ejus domibus in contrata *di li Petri* confinantibus ex parte Occidentis cum domibus quondam Magistri Marci Giardina, et ex parte Septentrionis cum cortile Johannis Aloysii Crapanzano . . . . on7 » 15 »

Item Franciscus Cirasa solvit anno quolibet tarenos septem jure proprietatis super quodam vineali in contrata *di Roccella* confinanti ex parte Occidentis cum domibus quondam Antonutii Laglina, et flumine, et ex parte Orientis, et Septentrionis cum clausura Francisci Ragano . on7 » 7 »

Item haeres Francisci Grandyna solvit anno quolibet tarenos octo super quadam domo in contrata *di li tri Petri* confinanti ex parte Occidentis cum domibus quondam Antonutii Laglina, et ex parte Orientis cum domibus Johannis Dalli. . . . . on7 » 8 »

Item Franciscus Calandriuo solvit anno quolibet tarenos vigintiquatuor jure proprietatis super terris *di li Giuranini*. . . . . . . on7 » 24 »

Item Cataldus Italiano solvit anno quolibet tarenos quindecim jure proprietatis super quodam Magazino *alla Porta delli Ponti*, confinanti cum Fundaco, ubi carcerantur animalia. . . . . on7. » 15 »

Summa summarum totius introitus est quolibet anno un7 decem, et septem. . . . . on7 . 17 » »

Revela recepta a Regio Visitatore Philippo Jordio anno 1606, super bonis, et juribus Beneficii de La Moschita, *vigore Edicti Generalis, prout ex folio 152 voluminis existentis in Officio Conservatoris Die XX Martii 1606.*

Johannes Petrus de Laudato et Vincentius Zarabba Civitatis Agrigentinae, revelant habere quoddam tenimentum domorum in contrata S. Sebastiani hujus Civitatis valoris un7 sexaginta confinantem cum Michaele la Sitta ex Meridie, et cum via publica ex Oriente, et aliis confinibus, solvunt Beneficio vulgariter *la Moschita* de jure Patronatus Regii uncias tres anno quolibet, possident nomine haereditatis Patris, et Avi, eorum scilicet ipse Johannes Petrus uncias duas, et ipse Vincentius un7 unam. . on7 3 » »

Nicolaus Antonius Puyades tamquam nomine proprio, quam tutorio quondam Johannis Puyades revelat quoddam Casalenum in contrata vocata *la Moschita* valoris unciarum quatuor, confinantem cum viis publicis ex Oriente, et Occidente, solvit anno quolibet praedicto Beneficio Moschitae unciam unam, et tarenos vigintiquatuor, possident nomine haereditatis. . . on7 1 24 »

Joseph Falcuni Civitatis Agrigenti revelat quamdam Apothecam in contrata Platea publica valoris unciarum octuaginta, confinantem cum Apotheca Clanariae Antivilla ex Oriente, et cum Macellis, ex Meridie, et aliis confinibus, solvit anno quolibet dicto Beneficio unc. quinque, possidet ratione haereditatis ejus Patris. . . . . on7 5 » »

Die 29 Martii 1606 — Vincentius de Alaymo Civitatis Agrigenti revelat quoddam Vineale in contrata vocata la Canca capacitatis tuminorum duodecim terrarum confinantem cum viis publicis ex Oriente, et Aquilone, et cum vineali Antonini ex Meridie, et aliis confinibus, solvit anno quolibet praedicto Beneficio tarenos 12, possidet nomine haereditatis ejus Patris. on7 » 12 »

D. Vitantonius Notarius, et Laurentius de Laymo fratres Civitatis Agrigenti revelant habere, et possidere quoddam tenimentum domorum in ea contrata vocata Callicaldi valoris unciarum quinquaginta confinantem cum domibus Antonini Cappalonga ex Oriente, et via publica ex Aquilone, et Occidente, et aliis confinibus, solvunt anno quolibet praedicto Beneficio tarenos sex, possident ratione haereditatis eorum Patris. . . . on7 » 6 »

Item fratres revelant habere, et tenere quoddam vineale in contrata vocata la Carea capacitatis salmae unius confinantem ex Oriente cum vineali de Laymo, et viis publicis ex Meridie, et circo, et aliis confinibus. Solvunt anno quolibet praedicto Beneficio tarenos duodecim, possident ratione haereditatis eorum Patris. . . . . on7 » 12 »

Die 30 mensis Martii 1606 — Johannes Antonius de Afflicto Civitatis Agrigentini revelat quamdam domum in contrata S. Antonii dicto de *Carratearo* valoris unciarum quatraginta, confinantem cum domo Magistri Joseph Zarzabaita ex Occidente, et cum domo quondam Michaelis Benegno ex Aquilone, et aliis confinibus, solvit anno quolibet praedicto Beneficio tarenos octo, possidet nomine emptionis. . . . . . . on7 » 8 »

Antonius Brancado Civitatis Agrigenti revelat quoddam Casalenum in contrata dicta lo *Salvatori*, valoris unciarum quindecim, confinantem cum dicto

Revellante ex Anquilone, et cum via publica ex Meridie, et aliis confinibus: solvit anno quolibet tarenos decem et octo, beneficio praedicto, possidet nomine emptionis. . . . . on7 » 18 »

Gerlandus Puyades, et Johannes Antonius etiam de Puyades, haeredes quondam D. Petri Puyades, et tutores filiorum quondam Johannis Puyades, aliique cohaeredes, revelant esse debitores super quoddam Casalenum revelatum jure emptionis per Nicolaum Antonium Puyades alterum cohaeredem confinibus ibi notatis, unciam unam, et tarenos vigintiquatuor, quilibet pro eorum rata. . . . . on7 1 24 »

Caeterum, ut nulli Dnus Visitator diligentiae parceret, noscere saltem volens locum, et situm, in quo Moschita, et bona descripta verosimiliter existerunt, examinavit cum juramento Stephanum Galletti Fabrum murarium annorum circiter 87, et Franciscum Catania Zaccaria Fabrum itidem murarium annorum circiter 77, qui auditis supraescriptis actis praeteritorum Regiorum Visitatorum ad verbum per Magistrum Notarium Sanctae Regalis Visitationis lectis, deposuerunt cum juramento coram Illmo, ac Rmo Dno Visitatore ex auditu, et respective ex suo tantum judicio.

Quod locus Ecclesiae, et Casalenorum de la Moschita erat, ubi nunc est Ecclesia S. Salvatoris, et S. Crispini, et comprehensorum Casalenorum, ibi olim positorum se extendisse a Conservatorio Orphanorum usque ad dictam Ecclesiam Salvatoris, et proprie ad pomariolum: quo in loco dictus de *Galletti* subdit; fuisse reaedificatas apothecam Calogeri Giliberti, nec non nonnullas domos, quae nunc possidentur a D. Ignatio Palmeri, ab haeredibus D. Petri Balsamo a Jospho Jacone maritali nomine, et a Presbytero Raymundo Lo Ullo ex concessione ipsi facta ab administratoribus Montis Pietatis.

Item dixerunt domos, quae extabant in contrata de *La Loggia* juxta suos confines, verisimiliter fuisse domos quondam Canonici Gaetani.

Item domos in contrata de *li tre Petri*, verisimiliter esse domum Sacerdotis D. Rosarii Mandracchia, aut illam D. Johannis Paucucci.

Denique domos in contrata *del Castello* verisimiliter esse nunc Magazenum, seu fundum D. Antonii Sala, appellatum *il Fundachello*.

Nec praeterea aliud se scire, aut consiscere posse dixerunt.

Insuper Dnus Visitator ab aliis audivit, incerta licet conjectura; quod vinea in feudo de *lo Chiuppo*, fortassis possidetur a D. Bonaventura Ugo: Vineae vero in contrata della Chianca, nunc esse pomarium, sive Jardenum cum terris D. Guillelmi Ugolini.

His itaque per Illmum, et Rmum Dnum Regium Generalem Visitatorem, ut potuit praecognitis, censuit referendum, et consulendum Regi esse, quod Virum Agrigentinum aliquem diligentem de ejusmodi Beneficio provideret; futurum sperans, ut ejus opera illud instauraretur, ejusque bona ad pristinum statum reintegrarentur, prout ad S. R. M. retulit.

Atque hic demum pro coronide adnotandum Dnus Visitator censuit extare in hodiernum quoque diem in Ecclesia Agrigentina Canonicatum S. Crucis, a Rege ex beneficio S. Johannis la Moschita olim fundatum, ac dotatum, eumque nunc possideri a Canonico D. Nicolao Lena, qui fere nullos Praebendales redditus possidet.

Sancta Regalis Visitatio Oratorii Militum, et Ecclesiae S. Salvatoris Emporii Agrigentini, sive Oneratorii habita per Illmum et Rmum Dnum Regium Generalem Visitatorem D. Johannem Angelum de Ciocchis, die 18 mensis novembris 1741.

Die 18 mensis novembris 1741, Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis ad Emporium, sive Oneratorium Agrigentinum, quod tertiam distat lapidem a Civitate profectus una cum Dno Equite Hierosolymitano D. Josepho Termine tribuno Militum, et praefecto Regiae Arcis ejusdem Oneratorii, aliisque Nobilibus, visitavit primo ipsum Arcis Oratorium, in quo Sacrum pro Militibus celebratur, illudque invenit in concavo parietis po-

situm in primo Plano fornicato dictae Arcis, per quod transitus Militum, atque simul reperit omnibus pene ornamentis, et suppellectilibus decentibus destitutum; quare mandavit.

Quod aut Oratorium praedictum in locum alium segregatum transferatur, aut saltem concavum, in quo nunc est tabulato depicto semper clausum remaneat, nec aperiatur, nisi cum in eo est celebrandum.

Item quod instruatur quam citius novis ornamentis, nempe, Cruce, candelabris, tabellis floribus, mappis, et palliis et novis sacris suppellectilibus, nempe quatuor planetis colorum pro tempore cum duabus albis, bursis, et corporalibus, quatuor purificatoriis, et Missali.

Subinde ad Ecclesiam S. Salvatoris accessit, quae Sacra Oneratorii aedes est in littore Maris, paullo procul ab Arce Regii Juris Patronatus Ecclesia est, cui deservit in Divinis Cappellanus, qui a Regio Magistro Portolano eligitur: assignato ei in stipendium reliquiis frumentorum, qui in navibus onerariis supersunt; cum onere celebrandi singulis Dominicis, et Festis diebus in ea Sacrum Cappellanus. Domum Ecclesiae adnexam habet, atque in ea residere oporteret, ut praesto semper esset indigentiis spiritualibus, eorum qui in oneratorio affluenter, semperque versantur, et non semel absque adsistentia spirituali ibidem aegrotant, aut decedunt, qui ad praesens ex electione Magistri Portulani Cappellani munus obtinet, est Sacerdos D. Johannes Conti Panormitanus.

Cum itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Generalis dictam Ecclesiam cum suis altaribus et fabricis, ejusque visitasset suppellectilia, et redditus, invenit haec esse, ut sequuntur.

Redditus.

In primis unciae quinquaginta, et tarenus unus super granis frumenti, quod remanet in onerandis navibus, quod in currenti anno fuit ingabellatum Josepho Siracusa, et sociis pro supradicta summa.	on7	50	1	»
Item tareni vigintiquatuor super domo posita in Oneratorio, locata D. Laurentio Buono, et D. Nicolao Bonavento.	on7	»	24	»
Item fuit relicta parva domus altari SSmi Crucifixi ejusdem Ecclesiae S. Salvatoris per quondam Magistrum Antonium Alfano, ut quicquid perciperetur ex eadem domo, erogaretur in Beneficium supradicti Altaris ad arbitrium haeredum ejusdem Alfano.				
Summa totius Introitus ascendit ad uncias quinquaginta, et tarenos vigintiquinque.	on7	50	25	»

Suppellectilia, et Jocalia Ecclesiae sunt.

In primis, quadri grandi N. due, delli due altari di detta Chiesa.

Quadri piccoli n.° 21.

Due ferri con suoi veli.

Due paranze di ramette.

Due paranze di candelieri usati.

Tre Tovaglie usate — Uno stipo usato.

Altra tovaglia di olanda nuova.

Altra di tela nuova.

Altra tovaglia di faccia usata.

Una paranza di candelieri, e rametti nuovi.

Due palii di altare di tela usati; altro nuovo di tela etc.

Item un camiso usato, ed un altro nuovo di tela con suoi amitti.

Quattro casubole usate, cioè una bianca, e l'altra rossa, altra violata, e l'altra verde.

Un calice con suo piede di rame con sua patena.

Due borse una verde, e l'altra bianca usata.

Due missali usati uno de' defonti, e l' altro de' vivi.

Quattro corporali usati.

Item carte di Gloria usate. | Un Crocifisso piccolo per la preparazione.
Item un lampiere piccolo di rame giallo usato. | Item un leggio di legno usato.
Un confessonario nuovo. | Una campanella per le Messe.

Quibus omnibus visitatis, perspectis, et consideratis idem Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis decrevit atque mandavit.

Quod Ecclesia, et altaria ad decentiorem formam reducantur.

Item interdicens planetas in Ecclesia repertas tamquam indecentes, et vetustate confectas, praecepit, quod fiant intra mensem de novo quatuor Planetae, nimirum alba, rubra, nigra, et viridis cum suis bursis eorumdem colorum.

Item, quod fiat alba telae decentis cum amictu, novem mappae pro altaribus, et quatuor tobaleae abstersoriae.

Item quod calix, et patena inaurentur.

Denique quoniam Illmo, et Rmo Dno Regio Visitatori Generali constitit Portum, sive oneratorium Agrigentinum frequentia, et numero hominum, qui in eo versantur nulli cedere Pago, atque indigere propterea, ut Ecclesia S. Salvatoris in Sacramentalem erigeretur, ne cum animarum periculo homines sine Sacramentis obirent, ut hactenus evenit; proin ipse Dnus Visitator eam in Sacramentalem erigi decernens, curae Magistri Portulani commisit, ut quicquid ad ejusmodi erectionem fuerit opportunum diligenter, et summa cura quantocius disponat pro servitio Dei, et Sacrae Regiae Majestatis, cujus summopere interest, quod in dicto Oratorio versantibus nihil unquam in spiritualibus desit.

Sancta Regalis Visitatio Cappellae Assumptionis B. M. V. in Majori Ecclesia Civitatis Nari, adnexae Regio Decanatui Agrigentino, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Generalem Visitatorem die 26 octobris 1741.

Extat in majori Ecclesia Civitatis Nari Regia Cappella Assumptionis B. M. V. ad Regium Decanatum Agrigentinum pertinens, ac Regiae Visitationi subjecta.

Narus Urbs mediterranea ad duodecimum ab Agrigento lapidem, octo vero circiter a mari, a Saracenis, ut ajunt, edito colle aedificata (ni forte a Naritiis antiquitus conditam liceat suspicari). Ea inter splendidas, ac populosas Siciliae Civitates, jam olim Civium nobilitate, edificiorumque magnitudine, ac situs amenitate praecelluit. Post pestem vero, quae exacto saeculo impotenter in ea grassavit, civium praesertim nobilium numero laborare ita coepit, ut accedentibus subiu causis aliis, nunc pro dimidio deserta, ruinosa, ac misera videatur. Majus in ea templum in vertice Collis secus Castrum existit, loco nimis acclini, et inaccesso Sacris in eo operantur Prior, qui Rector Ecclesiae est, et curam obtinet animarum, nec non Canonici, ac Ministri alii quamplures. Prioratus, et Ecclesia ipsa major insigni redditu instructa, Regli Juris Patronatus esse dicitur in Monumentis Realis Cancelleriae, et in Libro Abbatiarum Regni fol. 244, et si non conferatur modo ad Regiam nominationem in Regis praejudicium omnino avverucandum, prout ad effectum ejusmodi Illmus, et Rmus Dnus Generalis Visitator Sacram Regiam Majestatem faciendam censuit certiorem.

Post majorem templi portam, quae meridionalem plagam respicit, reperitur ad sinistram ingredientis Cappella sub titulo Assumptionis B. M. V. ad Decanatum Agrigentinum de Regio jure Patronatus pertinens, cui deservit Cappellanus, qui a Decano eligitur, et Missa in ea celebrat.

Pro ea itaque Cappella visitanda, cum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator die 26 octobris ad majorem Ecclesiam accessisset, ac a Priore, et Canonicis consuetis honoribus Visitanti pro ritu debitis fuisset exceptus, post brevem ante SSmum Sacramentum super genuflexorio parato orationem, dictam Assumptionis Decanalem Cappellam perlustravit in omnibus suis partibus, ac praeviis opportunis interrogationibus Priori, et Cappellano factis, decrevit.

Quod dicta cappella opere saltem plastico integrè exornetur, fiatque mensa altaris nova, quod tela cerata, et stragula, nec non Cruce cum imagine sculptih Crucifixi instruatur,

Quod picturae veteris praesertim imaginis qua parte vetustate fatiscunt diligenter, ac citò instaurentur.

Quod obturetur fenestella, in qua sordide, et indecenter servatur lampas accensa, et fiat pro ea substinenda brachium ex auricalco ejusdem Cappellae parieti affigendum.

Quod Decanus quotidie in dicto altari celebrare Missam faciat juxta ordinationem Regii Visitatoris Putei pro Regibus defunctis, et pro salute, et felicitate Principum Regnantium applicandam.

Quoniam vero Illmus, et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator invenit nulla esse dictae cappellae jocalia, et suppellectilia, sed eadem ab ipsa Ecclesia praestari, soluta, (ut fuit assertum) certa pecuniae summa Priori, et Canonicis, proin expedire Cappellae praedictae, idem Illmus, et Rmus Dnus Visitator intelligens, ut sua propria habeat mobilia, prout Visitator de Puteo ordinaverat, mandavit, quod Decanus intra tres menses calicem, et quatuor planetas colorum pro tempore una cum reliquis suppellectilibus ad celebrationem necessariis omnino faciat, quae semper in posterum separatim habeantur, atque serventur.

Sancta Regalis Visitatio Regii Prioratus S. Jacobi de Altopasso Civitatis Nari, cujus in praesentiarum Prior est D. Joseph Guttierez Hispanus; habi a per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis, Regium Genlem Visitatorem die 27 Octobris 1741.

Ordo Hospitaliorum S. Augustini, sive D. Jacobi Hospitalem domum Nari habuit, in qua Hospitalarii Ordinis morabantur, ac Charitatis expetebant officia; cum eam Reges Siculi collatis opibus ditassent; Prioratus evasit, qui professo conferebatur a Magistro Coenobii S. Jacobi de Altopasso Lucensis Dioecesis, cui immedietate suberat, unde, et Prioratui nostro nomen de Altopasso obvenit. Prior domui Hospitali Nari praesidens, pluribus per Siciliam Hospitalis ordinis suo Prioratui adnexis, ac subjectis praeerat, eosque visitabat. Subinde Prioratus in Commendam dari coepit ad praesentationem Regis ex veteri sub jure Patronatus, sed Prior Commendatarius habitum Ordinis suscipere, Regulam Sancti Augustini profiteri, atque in coenobio, seu Hospitali Domo Nari resideri tenebatur. Quae omnia cum paullatim desuevissent reapse effecerunt, ut tandem saeculare Beneficium, seu Officium evaserit, saeculari Clerico conferri solitum ad Regiam nominationem, qui Prior S. Jacobi de Naro, seu Altopassu appellatur; habitum S. Jacobi de Spada induit, et quinquagesimum in Comitiis Regni locum obtinet; titularem hospitalem domum, et Ecclesiam Nari habet, in Ecclesias, et Hospitalia odnexa jus per aliam viam retinet, et Prioratus redditus omnes percipit. Prior ad praesens est D. Joseph Guttierrs Hispanus Viennae degens praesentatus a Carolo VI anno 1732., prout ex Regiis Literis datis Viennae die 8 Octobris eodem anno, et exequutoriatis in Regno die 28 Maii 1733. Litere Institutionis non fuerunt exhibitae.

Ad hunc itaque Prioratum visitandum cum Illmus, et Rmus Dnus Regius Genlis Visitator accessisset die 27 Octobris 1741, invenit Ecclesiam prope desolatam, altaria destructa, et spoliata, Hospitalem domum penitus eversam, et fabricas, domos, et Casalena ipsa, aut occupata, aut ruinam minantia, cumque Procuratorem dicti Prioris Nari degentem requisivisset de servitio Divini Cultus, et Missarum celebratione, et suppellectilibus respondit utrumque ob informem Ecclesiae statum penitus desiisse, suppellectilia vero et jocalia penes se esse nulla.

Denique cum quaesivisset de bonis, et redditibus, coguovit ex revelo dicti Procuratoris, aliisque notitiis, et diligentiis ea nunc esse, quae sequuntur.

Bona, et Redditus

In primis a Joanne Baptista Timpanaro annuos tarenos duos . 007 » 2 »

Ab Honuphrio Trayna maritali nomine Angelae del Giudice ob domum M. Antonini Vinci annuos tt. duos	on7	» 2	»
A Martino Puleti annuos tarenos duos	on7	» 2	»
Ab haeredibus Antonini Brancato annuos tarenos duos	on7	» 2	»
A supradictis aeredibus super vineam alla Pispisia annuos tarenos duos, et grana decem.	on7	» 2	10
Ab Epiphanio Cumbo ann. gr. quindecim.	on7	» »	15
Ab haeredibus M. Nicolai Vinci annuos tarenos duos, et gr. decem	on7	» 2	10
A Magistro Paulo Stembri, et ejus Socera annuos tarenos sex	on7	» 6	»
A Petro Passa Ajello, et haeredibus Calogeri Saguni annuum tarenum et gr. duo.	on7	» 1	2
A dicto di Saguni pro Casalenis de Pipitone annuum tar., et gr. 15.	on7	» 1	15
A Dom. Barragano annuum tarenum	on7	» 1	»
A Dom. et Antonino Fedi annuos tarenos sexdecim et gr. decem.	on7	» 16	10
Ab Ignatio Nocera annuum tarenum, et gr. quindecim	on7	» 1	15
A Gaspare Musca quotannis grana decem, et septem.	on7	» »	17
A Mro Salvatore Todaro quolibet anno grana tresdecim	on7	» »	13
A Mro Vinc. Valla annuum tarenum	on7	» 1	»
A Mro Josepho Miccichè annuos tarenos duos, et gr. decem	on7	» 2	10
A D. Ignatio Faccara, et Rosalia Giudice haeredibus universalibus D. Antonini Faccara, annuos tarenos quatuordecim, et gr. 10.	on7	» 14	10
A dictis ex domo Notarii Faccara annuos tar. undecim, et gr. 14	on7	» 11	14
A dictis nomine Honuphrii Trayna annuos tar. septem, et gr. decem	on7	» 7	10
Ab Ignatio Nocera annuum tarenum, et gr. decem	on7	» 1	10
Ab Ignatio Bruno annuos tt. tres.	on7	» 3	»
A Stephano Rinaldo annuos tt. tres.	on7	» 3	»
A Nicolao lo Judice pro domo annuum tarenum, et gr. quinque	on7	» 1	5
Ex vinea alla Pispisia annuas uncias duos	on7	2 »	»
A Mro Benedicto di Miceli annuum tarenum, et gr. decem	on7	» 1	10
A Gratia La Pecorara annua grana quindecim.	on7	» »	15
A Mro Vinivella pro Antonio Lo Medico annuum tar., et gr. decem	on7	» 1	10
A Nicolao Rinaldo, et ejus Genero Pinolino ann. tar. sex, et gr. 15	on7	» 6	15
Ab Antonio Francisco Cani annuos tar. septem, et. gr. decem, et 7.	on7	» 7	17
Ab haeredibus Mri Nicolai Cristi, annuos tarenos duos	on7	» 2	»
A Johanne Giangone annuos tarenos tres, et gr. undeviginti	on7	» 3	19
A Felicitate Smarra			
A Josepha Smecca annuos tt. duos	on7	» 2	»
A Francisco Farcella ob Casalenos, et Cisternam S. Jacobi, annuos tarenos septem, et grana decem.	on7	» 7	10
Ab Agatha Gajtanello per il Stinfago annuos grana quindecim.	on7	» »	15
Ab Onuphrio Lo Cicero annuos tarenos tres, et grana decem	on7	» 3	10
Ab haeredibus D. Caroli Vecchio annuos tar. duos, et gr. 15.	on7	» 2	15
A Martino Palazzotto annuos tarenos tres	on7	» 3	»
A D. Vincentio Sandolina ob horreum annuos tar. sex, et gr. decem	on7	» 6	10
A Not. Calogero Liuzza, et Sororibus ob domum di Rabbillonia annuos tt. 16. 10	on7	» 16	10
A D. Joseph Trapia annuos tarenos viginti, et grana decem	on7	» 20	10
A praedicto pro domibus D. Cataldi, annuum tarenum, et gr. 16.	on7	» 1	16
A D. D. Sebastiano Barrile annuos tarenos quindecim, et gr. 11.	on7	» 15	11
A praedicto pro domibus do Cortino, annuos tar. quinque, et gr. 10.	on7	» 5	10

A praedicto ob horreum liberatum cum Privilegio Civitatis, ann. tar. 10	on7	»	10	»
A Petro Aliotta annuos tarenos tres, et grana decem.	on7	»	3	10
A Magistro Luciano Miccichè annuos tarenos tres, et gr. quinque.	on7	»	3	5
A Sacerdote D. Nicolao Caramazza, annuos tarenos sex.	on7	»	6	»
A supradicto ob domos di Asta annuos tarenos septem.	on7	»	7	»
A Notario Dominico Lennini annuos tarenos duodecim, et gr. septem.	on7	»	12	7
Ab haeredibus Magi. Dominici Galnardo annuos tar. duos, et gr. octo.	on7	»	2	8
A Philippo Judici annuos tarenos duos, et gr. decem, et septem.	on7	»	2	17
A Benedicta Maniscalco annuos tarenos duos.	on7	»	2	»
Ab Anna Cammasuri annuos tarenos duos, et grana quinque.	on7	»	2	5
A D. Josepho Caizza annuos uncias tres, tt. 14 10.	on7	3	14	10
Ab haeredibus Philippi Costa annuos tarenos tresdecim.	on7	»	13	»
A Venerabili Conventu S. Francisci ob domum de Vintimiglia annuam unciam unam, tarenos quinque, et gr. 10.	on7	1	5	10
A Ven. Monasterio Novo, tarenos novem, et grana quindecim.	on7	»	9	15
A Rev. Priore Matricis Ecclesiae super domibus Bendini, et S. Erasmi, annuos tarenos sex.	on7	»	6	»
A Hieronymo Cannella super suas terras alla Piscopia annuam unciam, tarenos decem, et gr. 10	on7	1	10	10
A Gratia Viviacqua annuum tarenum	on7	»	1	»
A Carolo Miano annua gr. quindecim.	on7	»	»	15
A Mro Stephano Sabella annua gr. quindecim.	on7	»	»	15
Ab Agatha Guzzardo annuos tarenos tres, et gr. decem.	on7	»	3	10
Ab Antonio Puleri annuos tarenos tres.	on7	»	3	»
A Didaco Fiume annuos tarenos duos, et grana decem.	on7	»	2	10
A Jacobo di Bona annuum tarenum, et grana quinque.	on7	»	1	5
A Salvatore de Marco annuos tt. duos.	on7	»	2	»
A Magistro Salvatore Valvo annua.	on7	»	»	15
A Reverendo D. Francisco Parisi annua.	on7	»	»	16
Ab haeredibus Magistri Johannis la Jacora annuum tar., et gr. 15.	on7	»	1	15
A Vincentio Mitra annuos tarenos duos.	on7	»	2	»
A Michelangelo de Rosa annuos tt. octo.	on7	»	8	»
Ab haeredibus Andreae Cavasenno annuum tarenum, et grana octo.	on7	»	1	8
Ab haeredibus Cajetani Augustini annuos tarenos novem.	on7	»	9	»
A Calogero Spalletta annuos tarenos quatuor.	on7	»	4	»
A Mariano Bruno annuos tarenos tres.	on7	»	3	»
A Magistro Alfio Grasso annuos tarenos decem.	on7	»	10	»
A Matthaeo Caruso annuos tarenos duos.	on7	»	2	»
A Josepho Ristivo annuos.	on7	»	»	17
A Sorore Gismunda Imbroglia annuos tarenos tres, et gr. decem.	on7	»	3	10
A Magistro Angiolo Tario tarenum unum annuum, et grana decem.	on7	»	1	10
Ab Angelo Jovino annuos tarenos tres	on7	»	3	»
A Luciano Gurreri annuos.	on7	»	12	»
Ab haeredibus Magistri Josephi Grimaldo	on7	»	3	»
A Venerabili Monasterio Magno super canale annuos.	on7	»	10	10
Sunt in totum redditus supradicti.	on7	20	11	15

Redditus alii ex Conductionibus domuum, et aliis Causis.

A Reverendo D. Nicolao Caramazza ex conductione domus ad latus Ecclesiae annuam.	on7	1	»	»

Ex Conductione domus subtus Ecclesiam quolibet anno uncias duas; quae domus dicitur *lo Magazzeno*.	on7	2	»	»
Ex Vinea, ubi dicitur *alla Monica*, a Carolo Camaloni, et pro ipso a Laurentio Camaluni, annuam unciam.	on7	1	»	»
Ex Vinea locata Mariae Canizfa annuos tarenos decem, et septem.	on7	»	17	»
A Nicolao Imparchia pro clausura alla Dechi, ad praesens anno quolibet uncias sex.	on7	6	»	»
Ex territorio S. Jacobi pro solita ejus conductione annuas uncias 17.	on7	17	»	»
Ex nundinis S. Jacobi anno quolibet uncias novem. . . .	on7	9	»	»
Sunt in totum unciae trigintasex, et tareni decem, et septem.	on7	36	17	»

Onera.

In primis Universitati civitatis Nari pro herbagiis solvuntur unciae tres, et tareni vigintinovem.	on7	3	29	»
Item D. Josepho Ugo Agrigentino super dicta clausura *allo Deli* annua uncia, et tareni quindecim.	on7	1	15	»
Pro celebratione Missarum in dicta Ecclesia diebus festis ann. un7 3	on7	3	»	»
Pro celebranda festivitate S. Jacobi unciae duae, et tareni sex.	on7	2	6	»
Sunt in totum.	on7	10	20	»

Restrictus.

Introitus ex censibus ut supra.	on7	20	11	15
Introitus ex conductionibus ut supra.	on7	36	17	»
In totum. .	on7	56	28	15
Ex quibus deductis oneribus in summa unc. 10, et tar. 20 ut supra	on7	10	20	»
Remanent unciae quatraginta sex, tareni octo, et gr. quindecim.	on7	46	8	15

Decreta

His ergo per Illmum, et Rmum Dnum Regium Visitatorem Generalem consideratis, volens ipse Prioratui pro Dignitate consulere, decrevit, atque mandavit.

Quod ex redditibus ejusdem renovetur, sive ex integro reficiatur Ecclesia, quae opere plastico undique exornetur, novo pavimento, et sublaqueari depicto instruatur.

Quod tria vetera altaria, majus scilicet sub titulo S. Jacobi, et duo lateralia ex integro ad formam, ut dicitur *alla Romana*, renoventur, comparatis unicuique nova imagine, Crucibus, candelabris, floribus, mappis, pallis, et suppedaneis.

Quod duo fontes marmorei aquae lustralis, unus ad singula ostia statuantur, ostium vero majus, quod rotundum est, ad quadrangularem reducatur formam.

Quod duo ibi erigantur confessionalia ad formam instructionum S. Caroli.

Quod fenestra, quae parum è solo attollitur, statim claudatur, fiantque in eodem pariete duae altiores, quae vitris integantur.

Quod suppellectilia omnia necessaria ad celebrationem Missae omnia de novo fiant, nimirum quatuor ad minus planetae colorum pro tempore cum bursis, corporalibus, purificatoriis, et duabus albis pro nunc.

Ne vero servitium Divini Cultus in ea cesset, decrevit quod dicta Ecclesia sit sub cura Cappellani a Priore eligendi, atque bis in hebdomada, et signanter Dominicis, et festivis diebus in ea celebret. Festum S. Jacobi titularis sollemniter peragat, atque omnia ad

Cultum Divinum necessaria pro opportunitate ibidem expleat. Esset quoque reficienda domus Hospitalis, atque facienda Sacristia; verum cum recensita magis urgeant, ex redditibus simul omnibus pares esse nequeant, utramque Dnus Visitator ad futurum meliorem Beneficii statum remisit.

Ut vero praedicta omnia exequantur sequestravit omnes, et singulos redditus dicti Prioratus, atque reddentibus omnibus mandavit sub poena bis solvendi, quod eosdem deponant stato tempore in capsa depositorum Conventus S. Francisci Nari.

Ad haec commisit Priori Collegiatae Ecclesiae, et Guardiano dicti Conventus, quod ex pecuniis ita depositandis, fabricam, et ornamenta omnia, ut supra peragant cum intelligentia Procuratoris Prioris, quatenus tamen fuerit in civitate Nari, et non alias.

Si qua vero Reddentes praedicti renitentes aut morosi fuerint, vel pecunia unius anni satis non fuerit, his omnibus peragendis, Regius Secretus Civitatis Agrigenti morosos manu Regia compellet, et si oportuerit ad requisitionem dictorum Deputatorum, visis, et consideratis expensis factis, et faciendis ad secundum, vel tertium annum sequestrum renovabit, et sic deinceps donec omnia fuerint completa. His vero integrè peractis Deputati praedicti computa expensionum factarum dicto Secreto transmittet, qui de implemento Advocatum Fiscalem Regalis Patrimonii faciet certiorem.

Porro ut status Realis dicti Prioratus quoque modo instaurari, et restitui possit Illmus, et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator mandat, quod fiat rollus bonorum, et adimpleantur a Priore caetera omnia decreta generalia pro conservatione rerum Regii Juris Patronatus.

Signanter vero ad pervertendum abusum eorum, qui in civitate Nari sub obtentu cujusdam Regalis privilegii ruinosas Regalium Ecclesiarum domus demoliri, et fundos, ac Casalena aliis concedere ausi sunt, decrevit sub poena unciarum trecentum, aliisque censuris, et poenis contra alienantes bona Ecclesiastica, et Regalia in posterum similia non attendatur, sed si casus necessitatis occurrerit Advocato Fiscali Regalis Patrimonii significetur, qui ut melius censuerit, fieri jubebit.

Ad haec quoniam fuit Dno Visitatori delatum D Nicolaum Caramazza ruinosam Prioratus domum emoliri, et fundum, sive Casalenum sibi concedi curasset, proinde instaute Fisco Sanctae Regalis Visitationis pro reintegratione, auditoque dicto D. Nicolao, cum ipse nihil aliud adduxerit, nisi titulum concessionis sibi factae a Juratis civitatis vigore dicti privilegii, et è contra non constitit, illud ad Ecclesias Regales extendi, nec existat favore Prioratus pretium casaleni, seu fundi, idem Illmus, et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator decrevit, dictam domum esse reintegrandam Regio Prioratui, prout illam reintegravit, amotoque dicto Caramazza, tamquam illegitimo Detentori, Procuratorem Prioris in possessionem esse immittendum, prout etc. Compensatis meliorationibus fortasse factis cum fructibus domus, seu capitalis; reservans nihilominus ipse Dnus Visitator eidem Caramazza jus repetendi pretium, et damna omnia ab his, qui capitale absumserunt, et alienationi adsensum, et manus dederunt.

Denique praecepit, quod quam primum per Procuratorem Prioris proponantur in Officio Visitationis actiones pro vindicatione similium Fundorum, et bonorum quorumcumque usurpatorum.

Actus Sequestri.

De mandato Illmi, et Rmi Dni D. Johannis Angeli de Ciocchis Regii Generalis Visitatoris Ecclesiarum, Abbatiarum, Beneficiorumque Regii Juris Patronatus totius Vallis Mazariae.

Porteriis, et servientibus nostris ec. sive ec. sequestretis, prout sequestramus omnes redditus, et proventus Prioratus S. Jacobi de Altopassu civitatis Nari, inhibentes, injungentes, et ordinantes sub poena unciarum tercentum Regio Fisco ec. aliisque arbitrio ec Procuratori, Exactori, et respective Gabelloto, ac Reddentibus, sive debitoribus ejusdem

Prioratus, ut dictos omnes redditus, proventus ec. statim, et ab hoc die in antha depositent in Arca Sacra Conventus S. Francisci dictae Civitatis Nari, praeviis opportunis publicis cautelis ec. ad effectum prout in Decretis S. Regalis Visitationis, et ita exequimini ec. Datum Nari die 27 mensis octobris 1741.

Testor Ego infrascriptus Canonicus D. Cyriacus de Manna Magister Notarius S. Regalis Visitationis supradictum sequestrum eadem supradicta die intimatum, et notificatum fuisse Gulielmo Puzzo Gabellario, relicta ei copia, praesentibus pro testibus D. Sebastiano Nocera, et Gabriele Terranova dictae civitatis Nari, et in fidem ec. die, mense, anno, quibus supradictus Canonicus Cyriacus de Manna S. R. V. Magister Notarius.

De Regiis Hospitalibus adnexis, sive suffraganeis, et Membris Regii Prioratus de Altopassu.

Plures in Sicilia sunt Ecclesiae, et Hospitales domus huic Patronatui adnexae, et subjectae, sive suffraganeae ejusdem, et membra recensentur eaedem, in actu Collactionis anni 1487, quod trascribitur in libro Praelatiorum Regni fol. 284 videlicet:

1 Ecclesia, et Hospitale S. Jacobi Castri Johannis Cataneusis Dioecesis.
2 Ecclesia, et Hospitale Leocatae Agrigentinae Dioecesis.
3 Ecclesia, et Hospitale Nicosiae Dioecesis Messanensis.
4 Ecclesia, et Hospitale Minei Dioecesis Syracusanensis.
5 Ecclesia, et Hospitale Platiae Dioecesis Catanensis.
6 Ecclesia, et Hospitale Leontini Dioecesis Syracusanensis.

Omnes proinde tamquam membra Regii Patronatus ab omni ordinariorum jurisditione sunt exemptae, atque solius Prioris Visitationi obnoxiae, quin imo omnes dictae Granciae, tamquam Juris Regii solitae dispositioni, et collationi Serenissimorum Regum subsunt, atque hinc in libro Cancelleriae anno 1427 legitur, quod illas ob mortem Presbyteri Antonii de Justa vacantes, Vicerex, qui tunc erat in Regno, Antonio de Gala concessit. Est propterea Prior in quasi possessione Juris eas visitandi, et in actu Visitationis cogendi debitores Hospitalium, et creandi Officiales cum exceptione solita, prout ex literis Viceregiis anni 1602, 1616, 1618, super quibus emanatae fuerunt postmodum e Tribunali Regiae Monarchiae observatoriales literae anno 1636, quae renovatae demum fuerunt in eodem tribunali, Judice D. Josepho Rifos, die 18 octobris VIII Indictionis anno 1729 favore Prioris D. Vincentii Campisi, qui in effectu more Praedecessorum suorum visitavit.

Cumque Illmus, et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator experientia compererit, quantum intersit Hospitalia visitari, computa revideri, et jura Ecclesiarum Regalium exerceri, mandavit, quod unus quisque Prior in futurum non praetermittat Visitationem recensitorum Hospitalium, modo tamen pro iis visitandis nil praeter legitimam procurationem exigat.

Item decrevit, quod Officiales recensitorum Regalium Hospitalium vigilanter attendant, et caveant ne Episcopi jurisdictioni suae quoque quaesito colore eadem supponant, aut visitent.

Literae observatoriales Regiae Monarchiae, pro jure Priorum visitandi.

Carolus, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, Hispaniarum, et Siciliae Rex — Vicerex, et Generalis Capitaneus in hoc Siciliae Regno omnibus et singulis Officialibus hujus Siciliae Regni majoribus, et minoribus, praesentibus et futuris, nec non quibusvis Vicariis Delegatis, Syndacis, Algoziriis, Commissariis, Porteriis nostris, et M. R. C. et aliis per Regnum praedictum destinatis, vel destinandis, et in causa, cui vel quibus ipsorum praesentatae fueriut, fid. reg. dil. salutem — Quia alias fuerunt obtentae literae tenoris sequentis, videlicet — Carolus Rex, et Marianna Regina Gubernatrix ec. Vicerex, et Generalis Capitaneus in hoc Siciliae Regno omnibus, et singulis Officialibus hujus Siciliae Regni majoribus, et minoribus praesentibus et futuris, nec non quibusvis Vicariis Delegatis, Syndacis, Algoziriis, Commissariis, Porteriis nostris, et

Novit haec Urso Episcopus Agrigentinus anno 1198, cum scilicet Monasteria exempta, extra maenia urbium ad oram maris posita, ut praesertim nostrum erat, non satis tuto consistere loco ratus, neo suam in ea jurisdictionem exercere posse cognoscens opus habuit summo Pontifici tunc Innocentio III rem exponere, ut malum praecaveret. Rescripsit eidem Pontifex datis literis 4 Idus Maii sui Pontificatus anno primo, nunc registratis Lib. I Epistolarum; eique Apostolicam delegavit auctoritatem, indulgens, *ut Monasteria ipsa cum Dignitatibus suis ad loca tutiora cum consilio Metropolitani transferret.* Verum non ea erat Monasteriorum Regalium conditio, et si summo Pontifici immediate subjectorum, ut de iis absque consensu Regis patroni, legibus, et modo Regiae fundationis, summus Pontifex ipse libere derogaret, cum itaque Julietta extra maenia fundasset, Moniales nostras è Regali Monasterio, Apostolicus Delegatus Urso transferre nequivit, suoque Regali loco relinquere coactus fuit, quem nedum proxima arx, sed et Regium in monasterii circuitum, erectum fortilitium, ac turres, ab hostium, et perditorum hominum injuria protexerunt.

Subinde post varios Regni turbines, Cluniacenses Monachos, qui in nostra Abbatia hactenus considerant, ac adjunctum Monialium coenobium gubernabant, utrumque oportuerit

deseruisse. Illis abeuntibus, eorum Monasterium, quod Regii juris erat, et soli sedi Apostolicae, sive ejus legatis subjectum, in Prioratum redegit, ob rerum forte jacturam Octavianus Obaldavinus S. R. E. Cardinalis, qui tum per Siciliam legatum Alexandri IV, et Sedis Apostolicae vices, post medium saeculi XIII, agebat; illudque veluti Regale Regio Benedictini Ordinis Archidiaconatui Cathedralis Ecclesiae Catanensis univit, subiere hinc illum Monachi Ordinis Benedictini et Regio Catanensi Monasterio primum educti, iisque deficientibus ex alio Regali Benedictino Monasterio Gangi, atque iidem cum Moniales nostras loco Cluniacensium gubernandas suscepissent, Benedictinas reddidere circa annum 1382 Urbano VI Summo Pontifice, quae proinde a Regio Benedictino Monasterio Gangensi dependentes cum omnibus privilegiis, et exemptione remansuerunt; ita tamen ut et veteri Instituti Cluniacensis simul partem retinuerint et a primigenio Ordini Cluniacensi subjectione, nec prorsus defecerint.

Sed Prioratum variis exposcentibus causis non diutius Benedictini incolere potuerunt, quare abeuntibus ipsis, Moniales illorum gubernio detcitutae in tantis rerum vicissitudinibus vel penitus desiere, ut ex laudatis monumentis, et codicibus tabularii Monialium liquet.

Is erat Monasterii status circa annum 1397 cum Margarita Montiliana nobilis Xaccensis femina, Agatham Montilianam Abbatissam Vallis Viridis Caltabillottae una cum suis Monialibus, et facultatibus ad illud transire curavit, quemadmodum Monumenta eadem docent, approbante Gregorio IX Pontefice Maximo per apostolicas literas septimo sui Pontificatus anno datas, quibus. et Prioratum abolivit, totumque monialibus illis concessit; quae ex eo tempore totius duplicis monasterii, virorum scilicet, et feminarum, fabricas omnes obtinuerunt, ut mox obtinent.

Transeuntes Moniales, imaginem S. Mariae Vallis Viridis in nostra Ecclesia secum adduxerunt, atque regulam, et institutum quoque suum, cum suis pariter privilegiis, et exemptione Instituto Cluniacensi veteri, et Benedictino adjunxerunt, titularis hinc Ecclesiae Sanctae Mariae Vallis Viridis remansit, et in praesentiarum quoque est.

Celebris in Sicilia Regalis Vallis Viridis monialium erat ordo Regio Patronatui subjectus, nec ullum Ecclesiasticum Superiorem, praeter Pontificem immediate agnoscens Congragatio Vallis Viridis Canonicorum Regularium S. Augustini in Dioecesi Cameracensi ortum habuit, nomen adeptus a Vallis Viridis loco, ubi primum, et principale monasterium fuit fundatum. Ordo ad feminas propagatus, insignia quoque monialium Canonissarum habuit monasteria in Barbantia, Italia, et Sicilia. Fuit in hoc Regno caput ordinis Monialium, Monasterium insigne illud Messanense, Sororum de Poenitentia sub titulo Sanctae Mariae de Valle Viridi, dictum nunc *S. Catarina di Valverde*. Fuit illud a principe femina Northmanna Regina Cypri fundatum, et locupletatum, quae pariter effecit, ut ejugeneralis omnibus Valli viridensibus monialium Monasteriis per Siciliam, Apuliam, et Cas labriam praeesset, eaque visitaret ex privilegio Alexandri IV, et ab aliis Summis Pontificibus tum confirmato, ordo, et ordinis Monasteria nulli Episcoporum suberant, Regemque patronum, et Summum tantum Pontificem superiorem immediatum agnoscebant. Quemadmodum de his post Pennottum, Maurolycum, Bonfilium, aliosque plene agit Placidus Samperius Societatis Jesu in sua *Iconologia* Lib. 3. cap. 24.

Porro Monasterium de Valleviridi extitisse Caltabellottae meminit Pirrus in *Actuario notitiae Agrigentinae Ecclesiae*, agens de Caltabellotta, ejusque Monasteriis.

Tales erant Regiae, ac exemptae ordinis S. Augustini Moniales Valvirideuses, quae a Caltabellotta in Xaccensem Abbatiam nostram de Jummariis transierunt, titulumque asportarunt, quae quidem cum cumulassent suam regulam privilegia, et exemptionem Cluniacensi, ejusque abbati gen. sub protectione Cardinalis Protectoris illius ordinis varia authentica tabularii Monasterii monumenta, ad medietatem usque saeculi VI apertissime docent.

Circa id temporis monumentis nonnullis, aut ex ignorantia monasterii qualitate editis, aut per subreptionem, et obreptionem extortis attentare Agrigentini Episcopi coeperunt, Moniales nostras suae Jurisdictioni, et correptioni submittere.

Verum moliminibus his Regis Patroni adsensus numquam accessit. Quin cum anno 1558 Regales Ecclesias perlustraret Regius Visitator Jacobus Arnedo Monasterium nostrum tamquam da Regio Jure Patronatus Visitationi Regiae supposuit; atque ita ab tentaminibus Episcopi Agrigentini securius reddidit; Concilii quoque Tridentini subsequenter publicati, nec sensus perceptus, aut ab Episcopis dilatatus, fomitem quoque, vel obtentum iis dedisse visus est, ut jurisdictionem, et jus Visitationis in illud praehenderent, et affectarent; sed non id ferebat vera Concilii sententia, qui Regia Jura, et Regalium Abbatiarum prerogativas nunquam expressè nominavit, quemadmodum opus erat, ut iis derogaretur; quin etiam si expressè derogasset non tamen absfuisset Abbatiis Regalibus ob Pragmaticam VII, *De officio Judicis Monarchiae* tom. 3. *Pragmatic.* qua post Concilium expletum, Philippus II anno 1564 ei exequutionem denegavit in iis, quae Regales praeeminentias laederent, et de facto quidem non abfuit, nam Abbatiae Regales omnes post Concilium quoque ad haec usque tempora in pristina exemptione a Jurisdictione ordinariorum remanserunt, solique Regiae Visitationi subjectae. Et ipsum Monasterium nostrum Monialium, sicuti ante Concilium exemptum fuerat, et pendente Concilio fuit tamquam Regalis Abbatia a Regio Visitatore Arnedo visitata; ita quoque post Concilium peractum, et publicatum fuit a Regio Visitatore iterum in spiritualibus, et temporalibus visitata, tamquam de Regio Jure Patronatus.

Accidit haec Visitatio Regia nostri Monasterii anno 1583, atque visitavit illud Fraciscus de Puteo Regius Visitator, qui subinde Episcopus Agrigentinus evasit. Ab ea Regia Visitatione anni 1583 Episcopi Agrigentini Antonius Lombardus, Didacus de Ayedo, ipse Franciscus de Puteo, et Johannes de Orosco a visitatione, et exercitio Jurisdictionis super nostro Monasterio omnino abstinuerunt, ut constat ex fide Cancellarii, et Archivistae Episcopalis Agrigentini.

Anno 1604 eodem Johanne de Orosco Praesule, Philippus Jordius Regius Visitator Agrigentinam visitavit Ecclesiam. Verum Abbatias, et Beneficia Regalia Dioecesis praeteriit, et proinde nec nostrum nec caeteras Regales Ecclesias Xaccae perlustravit, ubi nec fuit.

Ab eo tempore Regius Visitator Generalis nullus Visitationem Regalium Ecclesiarum per Siciliam pergit, unde si quid in hac temporis intercapedine fuit per Episcopos Agrigentinos attentatum, et usurpatum nullum Regalis Abbatiae praejudicium potuit intulisse. Ejus indolis est, quod attentavit Episcopus Agrigentinus Vincentius Bonincontrus Dominicanus, qui Orosco vita functo, successit anno 1607, arrogavit ipse sibi potestatem transferendi Moniales nostros in Monasterio de Itria intus maenia, atque ad transitum effective coegit; verum ibi solum quatuor mensium spatio extitere inquit Pirrus: inde vero in suam redirere antiquam domum. Attentavit etiam anno 1611, et alii in nostrum Monasterium, cumque sequiores Praesules aliquando sunt imitati. At haec omnia, quae usurpationem Regalium Jurium referunt, inscio Rege attentatam, cum Visitatores Regii hactenus defuerint purganda, et abolenda in hac Visitatione sunt.

§ II.

De Regiis hujus Monasterii Monialium Visitationibus.

Duas superius Regias Visitationes hujus Monasterii Monialium indicavimus, primam anno 1558 a Regio Visitatore Jacobo Arnedo peractam: alteram anno 1584 a Regio Visitatore Francisco Puteo, quae est ultima quoque omnium aliarum Regalium Abbatiarum Agrigentinae Dioecesis.

Omnem, ordinariorum more, jurisdictionem Arnedus explicuit, cum nostram Monialium Abbatiam visitaret die 12 octobris XI Ind. anni 1558. Visitavit enim *Monasterium, circumspexit omnes illius necessitates*, et disposuit, ac mandavit quamplura circa disciplinam regularem: multa enim de clausura Ecclesiae, et Monasterii praecepit; nonnulla de

clausura anteriori jussit, crates ferreas apponi mandans in fenestra magni dormitorii: ingressum Cappellano, et Confessario in Monasterium vetuit, nisi pro excipiendis confessionibus, et dando Viatico, atque eidem cubitum interdixit in Aula supra Ecclesiam, sub poena unciarum quinquaginta Fisco Regio applicandarum. De modo, et forma, quo recipi deberent in Monasterium puellae, et de ejiciendis nonnullis aliqua praescripsit. Denique multa ad statum oeconomicum spectantia decrevit, atque ea omnia obsarvari mandavit sub poena privationis Abbatissatus, aliisque etc.

Praeterea cum Confessarius ordinarius dari Monialibus oporteret, injunxit idem Regius Visitator Presbytero D. Petro Antonio Bonfiglio, quod earum Confessiones per sex menses exciperent, ut liquet ex injunctione poenali ea de re per ipsum expedita die 7 novembris XI Ind. ejusdem anni 1558, quae legitur folio 20 VIII Libri Injunctionum Arnedi in officio Conservatoris.

Anno 1583 die 20 julii XI Ind., iterum Monasterium nostrum visitatum est a Regio Visitatore Francisco de Puteo, qui visitavit SSmum Sacramentum, S. Crisma, et olea Sancta, reliquias Sanctorum, jocalia, et ornamenta, fabricas, et denique regulas, et disciplinam Monialium, quarum observantiam iis mandavit juxta Instituti praecepta et Sacri Concilii Tridentini decreta.

§ III.

De praesenti Statu Ecclesiae, et Monasterii.

Ubi sub Julietta Abbatia haec nostra extitit, ibi, et nunc eminet, extra maenia scilicet urbis, muris proxima, et sub arce Comitis Peralta.

Meminimus supra ex duabus nostrae abbatiae Ecclesiis, unam ubi nunc hortus est fuisse amolitam; alteram vero, quae nunc superest, fuisse sub medio Saeculi XVI instauratam, et lapidibus quatratis, et marmore etrusco ad pulcriorem faciem redactam, ut Fazelus, et Pirrus, et nostri Monasterii scripturae commostrant.

Subinde anno 1650 tota Ecclesia testudinato, et plastico opere exornata fuit, uti nunc visitur. Ea mediocris est amplitudinis, sed venusta pavimento lateritio vitriato, et quatuor instructa cappellis praeter aram maximam, in qua S. Maria de Valleviridi, velut titularis veneratur. Habet SS. Sacramenti tabernaculum, armariolum oleorum Sanctorum, confessionale, fenestellam communionis, et chorum pro Monialibus; denique sacristiam, campanas, et omnes ad integritatem partes caeteras.

Monasterium Ecclesiae adjacens duo dormitoria habet, in qua cubant Moniales. Item Novitiatum, Infermariam, Cemeterium, officinas interiores, et Parlatorium, quorum omnium aperturae duabus cratibus ferrea, et lignea in fenestris ad ostia vero muniti portis clauduntur. Item horrea, viridarium, et peramplum atrium exterius habet, quare totum aedificium muro ad fortalitii formam cingitur.

Haec ad statum materialem. Quod vero ad formalem attinet deserviunt in Ecclesia Cappellanus, confessarius, et Sacrista, officia vero Divina persolvunt Moniales.

Hae in Monasterio olim Cluniacenses, tum Benedictinae, et Valleviridenses in praesentiarum Regulam, et Institutum S. Benedicti profitentur, ac habitum nigri coloris more Cassinentium induunt, superior appellatur Abbatissa, cui suffragantur officiales, quamplures. Numerus Monialium tempore Pirri erat 46, nunc ad 26 tantum ascendunt.

Praeter debitam Regi Patrono subjectionem nulli eam Moniales, quam Summo Pontifici, cujus in hoc regno, Rex ipse tamquam legatus natus, et Regis nomine Monarchiae Judex, et Regii Visitatores, vices gerunt, et potestatem exercent. Verum Episcopi Agrigentini, multa super eodem sibi novissimè usurparunt, mox emendanda.

Regalis Monasterii Status, sive bonorum, et redditum fere melior, et auctior est.

Possident Moniales adhuc terras in circuitu Ecclesiae, et Feudum S. Dominicae ipsis a Julietta donata, quibus et alia accessere bona. Omnium redditus tempore Pirri ascendebant quotannis ad summam un7 466, nunc un7 560 uncias superat.

Pro bonorum administratione, et fructuum perceptione suas habet Abbatissa subadjuvas, inter quas Procurator Monasterii.

§ IV.

De Visitatione locali, sive status materialis, et primo de Ecclesia.

Die 5 decembris anni 1741 Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator gen.ʳ roccheto, et mantelletta indutus e Conventu PP. Domenicanorum loco suae residentiae a Juratis, et Magistratu civitatis in forma aliisque nobilibus super curru publice transvectus, monasterium Monialium S. Mariae de Jummariis extra moenia ad duos jactus lapidis positum accessit, ibique ad ostium atrii sub baldacchino exceptus a Vicario Monialium, Cappellano, Confessario, aliisque Clericis, et Laicis. pulsantibus campanis, tubis, et organo, Ecclesiam petiit, in cujus limine osculata de more cruce super strato serico, respersoque populo, et acceptis thurificationibus, illam ingressus est, canentibus monialibus *Te Deum*, cumque super genuflessorio, ornato strato serico, et pulvinaribus paullulum ante SSmum Sacramentum orasset, deposita mantelletta, assumptoque pluviali, post intonatum a monialibus hymnum pro invocatione Spiritus Sancti, tabernaculum aperiri jussit, ac Sacras Pyxides extrahi, et aperiri, atque mox ipsis thurificatis, canentibus Monialibus hymnum, *Pange Lingua*, SSmum Sacramentum, pyxidem, et tabernaculum reverenter visitavit; tum vero eo reposito, ac relicto pluviali, visitavit olea sacra, reliquias, fenestellas confessionis, et communionis, altaria, sacristiam, jocalia, et supellectilia, et omnes Ecclesiae partes, et fabricas; cumque omnia perlustrasset, praevia relationum discussione pro parte Monasterii productarum, quas in parte, et partibus Fisco favorabilibus tantum, decrevit, atque mandavit.

Decreta.

Quod armariolum S. Olei infirmorum instruatur intus serico violaceo, ejusque ostiolum coloribus depingatur, superposita epigraphe: *Olea Sacra.*

Quod altarium omnium planities tela cerata operiatur, facies dealbetur, et cruce exornetur. Tabellae vero cunctorum praeter aram maximam novis cartis intruantur.

Quod reliquia S. Blasii melius religetur, et sigilletur, prout statim peractum fuit.

Quod fiant duo commodiora confessionalia pro excipiendis confessionibus Monialium, et quod confessarii superpellicio, et stola induti munus peragant in iis suum.

Quod in altari S. Leonardi fiat rota pro supellectilibus e Monasterio in Ecclesiam traducendis.

Quod Sacristia dealbetur, et novum in ea construatur armarium ad formam altaris, quo sacerdotes celebraturi sacris se inducrent vestibus.

Quod nemo in Regali ecclesia quid juris sibi arroget, nec statum audeat immutare.

Porro reliquiae, jocalia, et supellectilia Ecclesiae, quas Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator invenit, sunt, quae sequuntur; quaeque pro faciliori intelligentia describuntur vulgari idiomate, prout in Relatione.

Jocalia, et Supellectilia.

In primis una sfera grande d'argento per l'esposizione del Venerabile con sua lunetta d'oro circondata d'intorno di pietre granatine, con una rosetta d'oro con diverse pietre smeralde; il piede di detta sfera è tutto di rilievo con quattro figure di peso. Lib. 36 6 »

Altra sfera piccola d'argento toccata d'oro, con il piede di rame indorato per li venerdì dell'anno, ed esposizione del Venerabile per la giornata, di peso . . . . Lib. 4 4 2

E più una reliquia di S. Biagio d'argento, toccata d'oro, sino al piede.

Altra reliquia piccola di detto santo di argento, con piede di rame in-

dorato, di peso . . . . Lib. 7 » »

Una pisside d'argento dorato dentro, di peso . . . . Lib. 2 3 »

Un calice con sua patena d'argento dorato dentro, e fuori, lavorato con alcune figure di rilievo di peso . . . . Lib. 4 » »

E più un altro calice d'argento dorato dentro con sua patena d'argento dorato, lavorato nella coppa, e nel piede, di peso . . . . . . Lib. 3 1 »

Un altro calice colla coppa di arg. dorato dentro, e piede di rame indorato liscio per la giornata con sua patena di argento indorata, di peso. Lib. 2 » »

Uno stabile d'arg. dorato per sopra l'altare, di peso . . . . Lib. » 6 »

Un vaso d'argento per l'olio santo. . . . . Lib. » 6 »

Un Crocifisso con sua crocetta, e piede di argento. . . . . Lib. 1 » »

Una bussola di argento per l'ostie. . . . . Lib. » 6 »

Una navetta di argento con sua cocchiarina per l'incenzo. . . Lib. 2 6 »

E più un incensiere di argento. . . . . Lib. 3 10 »

Tre bocali di argento per servizio della Chiesa, cioè uno con coperchio, e due senza coperchio di peso. . . . . Lib. 6 » »

Un cato di argento con sua sponcia per l'acqua benedetta di peso. Lib. 2 6 »

Di più una patena grande dorata per la comunione delle Monache. Lib. 1 » »

Quattro paja di candelieri di argento tra piccoli, e grandi per la Chiesa di peso. Lib. 3 » »

E più cornici di tre carte di *Gloria* di legno pianciate di argento. Lib. 3 8 »

Di più il bacolo della Badessa di argento coll'anima di legno . Lib. 6 » »

Tiene di più una campanella di argento per la Chiesa. . . . Lib. » 6 »

Di più un gotto di argento indorato per lavarsi le mani il cappellano dopo la comunione delle Monache. . . . . Lib. » 6 »

E più un lampiere di argento lavorato per la Chiesa . . . . Lib. 9 6 »

Tiene detto monistero un apparato d'imbroccato di seta per la Chiesa falde ventuna.

Una pianeta rossa con sua stola, e manipoli.

Num. sei, cioè una di raso ricamato d'oro, due d'asperino, altre due di lama, ed una di damasco con sue cordelle d'oro.

Una cappa rossa di lama con sue cordelle d'oro, e fibbia di argento.

Di più pianete bianche num. cinque, cioè una di raso ricamato d'oro, e perle, sete di diversi colori alla pitturesca, due di lama, una di tabì d'argento, ed altra di tabì di seta con sua stola, e manipoli, tutte con sue cordelle d'oro.

Due tunicelle del medesimo drappo con sue cordelle d'oro.

Num. cinque pianete violate, cioè due di raso alla persiana aspriuata con cordelle d'oro, altra di lama a specchio con cordelle d'oro, altra di damasco con cordelle di argento, ed oro, ed altra con terzanello con cordelle di seta.

Due tonicelle di raso violato alla persiana asprinata con sue cordelle d'oro.

Una cappa di damasco violato con cordelle d'oro, e con chiappette di argento.

Due tonicelle dell'istesso drappo violato.

Due pianete verdi, cioè una di raso alla persiana, e l'altra di raso liscio con cordelle d'oro.

Sopracalici di diversi colori N. quindici, cioè tre ricamati d'oro, perle, sete, coralli, uno di asperino, e l'altri di diversi drappi con sua guarnizione d'oro, e di argento.

Palle dell'istessi drappi, e colori, numero quindici.

Borse dell'istessi drappi N. quindici.

Corporali di tela di bisso N. quattordici.

Camisi N. venti, cioè sette di tela di bisso fina con sue guarnizioni grandi, e 13 di tela di Lanza delicata con sua guarnizione più piccola per il giornale.

Tovaglie N. trentasei d'altare, cioè quattro di tela di bisso, guarnite di guarnizione di filo delicato, e 32 di tela delicata palmi lunghe cioè N. 9. canne due, e palmi due l'una, e N. 27 lunghe canne due l'una.

Tovaglie per la sacrestia per le mani delli Sacerdoti, lunghe sette palmi l'una, num. cinquanta.

Purificatori di tela delicata N. 80. Fazzoletti per il Lavabo N. 50.

Cingoli n.° 20 di filo delicato, cioè n.° 7 ricamati con coralli d'oro, e fettuccia, e n.° 13 plani.

Due toselliui per l'esposizione del Venerabile, cioè uno di raso bianco ricamato alla pitturesca d'oro, e seta; e l'altro d'aspriuo bianco con cordelle d'oro.

Palle n.° 9 di color rosso, cioè 2 di asprino, 2 d'imbroccato, 5 di lama con suoi galloni, e guarnizione d'oro.

Di più palii bianchi n.° 7, uno di raso ricamato alla pitturesca d'oro, e seta di varii colori, e n.° 6 di asperiuo bianco con galloni, e guarnizione d'oro.

Palii violacei n.° 7, cioè uno di asperiuo alla persiana, altro di lama, e cinque di damasco con suoi galloni, e guarnizione d'oro.

Palii verdi n.° 2, uno di damasco, e l'altro di raso con galloni d'argento.

Una campanella di bronzo per uscire la messa di peso rot. 5.

Di più campanelle di bronzo per le messe num. 5.

Quattro candelieri di legno, due indorati, e due inargentati.

Candelieri di legno indorati d'oro n. 30 per 5 paranze.

Di più candelieri di legno n. 24 indorati d'argento, e mistura per 4 paranze.

Croci n. 8 di legno con suoi piedi indorati, cioè 4 d'oro, e 4 di mistura con suoi crocifissi di pittura.

Trenta vasetti di legno per le ramette indorate.

Ventiquattro vasetti di legno indorato con mistura.

Ramette n. 48 per 8 paranze, cioè n. 24 di talco, e stagniolo, e 24 di carta.

Di più ramette n. 36 piccole di talco, e stagnolo per la custodia.

Di più due tappeti di seta di Messina di varii colori per l'altare maggiore.

Di più n. 4 tappeti di lana rossi per le cappelle.

Tiene di più una pianeta con due tonicelle, stole, e manipoli di raso a color di perla, ricamata d'oro, e seta di varii colori.

De locali Visitatione Monasterii, et clausurae.

Processit tum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator generalis ad visitandum Monasterii fabricas, muros, fenestras, portas et crates clausurae, et parlatorii; cumque eas bene tentas invenisset, laudavit, mandans dumtaxat.

Quod confessarii, Medici, et famuli, quibus clausuram ob necessitatem ingredi contingerit, re expleta, statim egrediantur.

Item quod fenestrae a parte horti versus septentrionem, et aperturae turris campanariae cancellis validioribus muniantur: murus vero horti ex ea parte altius attollatur.

§.

De Visitatione status formalis, et secreta singularum Monialium audientia, et scrutinio.

Die 6 decembris Visitationem status formalis, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator gen. incepturus, post examinatas relationes (quas admisit cum clausula si, et in quantum Fisco praejudiciales non sint) nec non consideratas, et secretas omnes notitias a scrutatoribus secretis acceptas, ad Ecclesiam, et Monasterium iterum accessit, atque è cratibus Abbatissam, et Moniales singulas personaliter visitavit, secreto audivit, et super disciplina,

et regularum observantia, ac legibus clausurae diligenter examinavit, inquirens de abusibus disciplinae, de vita communi, de exercitiis, et de omnibus, et singulis in personali auriculari Monialium Visitatione exquirendis, et examinandis, ac spectantibus ad gubernii formam in spiritualibus oecouomicis, et temporalibus caeteris.

Moniales autem sunt, quae sequuntur, Vid. Abbatissa D. Adriana Antonia Maggio.

D. Laurea d' Agostino.
D. Alexandra Turano.
D. Desiata Inveges.
D. Geltrudis Perollo.
D. Maria Josepha Bevilacqua.
D. Anna Maria Tavosta.
D. Brigida Tagliavia.
D. Jacoba Tagliavia.
D. Lucia Tagliavia.
D. Diana d' Agostino.
D. Enmilia Inveges.
D. Aurelia Bona.
D. Emmanuela Ragusa.
D. Marianna Tagliavia.
D. Emmauuela Tagliavia.
D. Rosa Maggio.
D. Coelestina Marsiglia.
Soror Faustina Giaccone.
Soror Josepha Jenna.
Soror Archangela Dajdone.
Soror Hieronyma Russo.
Soror Rosa Vetrano.
Soror Julia Savona.
Soror Anna Maria Bentivegna.
Soror Francisca Saveria Dulcimascolo.

Hisce igitur Monialibus omnibus per Illmum, et Rmum Dnum Regium gen. Visitatorem in personali Visitatione secreto auditis, nonnulla censuit declaranda, decernenda, et mandanda, prout sequitur.

Decreta.

In primis Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis cassavit, et annullavit omnes, et singulos actus praejudiciales Regiae qualitati hujus Monasterii, Juribusque Regalibus a quocumque, et qualitercumque attentatos ab ultima praesertim Regia Visitatione ad hodiernum usque diem, eosque in posterum fieri, et attentari districtè proibuit, mandans ne quispiam quacumque dignitate etiam Episcopali, aut Metropolitico praefulgens privilegia, dignitates, exemptiones, et praeeminentias, quibus Regalia ejusmodi Monasteria legitime potiri debent, et gaudent, ac Regalia omnia desuper jura nullomodo laedere, aut usurpare praesumant, sub poena unciarum tercentum Regio Fisco applicandarum.

Ad haec vero, ne ut hactenus evenit in casibus electionis Abbatissae, et Officialium, ingressus puellarum in Monasterium, admissionis ad habitum, et Professionem Deputationis Confessarii, et nonnullarum licentiarum; nec non visitationis, correctionis, revisionis computorum, et similium, Regales Monasterii exemptiones, et praeeminentiae, sive Regia Jura laedantur: exorandum Regem esse Illmus Dnus Visitator censuit, ut normam, qua in his Mon. Regalia utuntur, Legationis, sive Monarchiae Siculae Juribus aptans, huic Monasterio praescribat. Interim vero dentur Episcopo Agrigentino literae opportunae, ne Regalibus super dicto Monasterio Juribus praejudicium irroget.

Item Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod honestas, consuetudines musices, tum habendae, cum ediscendae, nec non celebrationis festivitatuum quarumdam electionum, aut Deputationum nonnullarum, aut tollerabilium certarum rerum, modo legitimos terminos non excedant, nemo in posterum interturbet, aut excindat, nisi ex oraculo Regis, sub poena unciarum centum Regio Fisco applicandarum.

Quod quae Regularum ordini exigit observantia, atque clausurae leges, et normae eadem ad amussim et fideliter custodiantur, atque serventur.

Quod respectu vitae communis stetur consuetudini, quam Illmus, et Rmus Dnus Visitator invenit.

§.

De Visitatione status realis, sive bonorum, et rerum Regalis Monasterii.

Visitavit tum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Gen. statum realem Monasterii, sive bonorum, et reddituum, onerum etc. cumque eadem perlustrasset, computa viginti annorum revidisset, Procuratores, et Officiales audivisset, ac relationes praesentatas, et citra praejudicium etc. admissa examinasset, oeconomiam omnem, formam administrationis, modum exemptionum, praetensiones in usurpatores, atque omnia quaecumque ad statum realem pertinentia diligenter expendisset. Denique normam quo ad subsidia dotalia, victum monialium, et educandarum, et reliqua ejusmodi discussisset decrevit, atque mandavit.

Quod decreta generalia pro conservatione bonorum et rerum Ecclesiarum Regalium edita in Visitatione Episcopatus Agrigentini, observentur ad amussim pro bonis, juribus, et praetentionibus hujus Monasterii.

Quod Procurator, aliusve quicumque administrator rerum, et bonorum hujus Monasterii, singulis annis rationes reddere teneatur, nec confirmari in munere possit, nisi fuerit liberatus.

Quod dotes puellarum in pecunia effectiva, et numerata solvantur, deponique debeant apud publicam tabulam, aut mercatorem vel in capsis sacris reliquiarum.

Quod solutae pro iisdem dotibus pecuniae non dentur in censum Dotatoribus ipsis, et conjunctis puellarum.

Quod aeedem dotes non consumentur pro alimentis, aut fabricis Monasterii absque adsensu Regio: aeedemque in Capsa depositi semper ac omnino custodiantur, donec in stabilibus fuerint implicata.

Quod nemo puellarum recipiatur gratis, sive pro educanda, sive pro moniali absque legitima dispensatione, et adsensu Regio. Quoniam vero ejusmodi dispensationis, et adsensus justissimas causas allegavit pro se educanda D. Rosa Maggio, quae a multis annis in eo Monasterio moram trahit. Illmus Dnus Visitator censuit de iis, et consensu omnium Monialium informandum esse Regem.

Quae quidem omnia Dnus Visitator observari mandat per Abbatissam, et Officiales sub poena privationis officii, et vocis activae, et passivae; per alios vero sub poena unciarum tercentum Regio Fisco applicandarum.

Porro bona, redditus, et onera Monasterii sunt, quae sequuntur, videlicet.

Bona, et redditus Monasterii.

In primis Comprehensorium domorum nuncupatarum *di Giaccone* in civitate Xaccae, quod locari solet pro annua uncia una. on7	1	»	»
Domus duae nuncupatae di Aversa in Contrata *del Rabbato* in civitate Xaccae, quae locatur pro annua summa unciae unius et tarenorum decem on7	1	10	»
Domus in Contrata *della Terravecchia* in eadem civitate, eaque locari solet pro annua summa unciae unius, et tarenorum quatuordecim. . on7	1	14	»
Comprehensorium domorum in Contrata *della Terravecchia* ejusdem civitatis, quod locari solet pro annua summa unc trium et tt. 20. . on7	3	20	»
Domus in Contrata *della Ruccera*, quae locari solet pro annua summa taren. decem. on7	»	10	»
Domus cum crypta, et cisterna in Contrata *della Cadda*, quae locari solet pro annua uncia una. on7	1	»	»
Domus cum Magazeno, et cisterna in Contrata *della Cadda* ejusdem civitatis, quae locari solet pro annua summa unciarum duarum. . on7	2	»	»
Domus cum Cisterna in Contrata *della Cadda* ejusdem civitatis, quae locari solet pro annua uncia una. on7	1	»	»

Diversae Domus in Cavedio nuncupato *delli Pizzi* cum crypta, et usu cisternae, quae locari solent pro annua summa un7 trium, et tt. 2. on7 3 2 »

Domus cum Cisterna, et usu Cavedii in Contrata *del Rabbato*, et Cavedio nuncupato *d'Abruzzo* ejusdem civitatis. quae locari solet pro annua summa unciae unius, et tarenorum viginti. . . . . on7 1 20 »

Territorium nuncupatum S. Dominicae cum aquario aquae currentis, cum pluribus arboribus Olivarum, Amigdalarum ec. quod constat salmis circiter nonaginta octo terrarum, donatum supradicto Monasterio per Juliettam filiam Comitis Rogerii, ut ex donationis transumpto per acta quondam Notarii Bartholomaei de Rayto die 14 septembris III. Ind. 1615; et per acta Notarii Johannis Cutrona anno 1531, quod contermina habet ad Orientem territorium di Salinella, et Bellagiera, feudum de Bonfilio ec. ad Occidentem loca Andreae Verdiramo ec. Illudque locari solet collato uno cum altero anno pro annua summa circiter unciarum centumquinquaginta ex fructibus, et pecunia numerata. . . . . on7 150 » »

Locus vulgo nuncupatus, *il Locogrande*, qui locari solet pro annua summa unciarum quatuordecim, et tarenorum decem. . . . . . on7 14 10 »

Locus terrarum in territorio S. Dominicae; qui locari solet pro annua summa unciarum decem. . . . . on7 10 » »

Locus nuncupatus *delli Quartarari* in dicto territorio qui locari solet pro annuis un7 sex. . . . . on7 6 » »

Locus nuncupatus *di Moglienti. e Pilusso* refertus arboribus olivarum, qui locari solet pro annua summa unc. quinquaginta . . . . . . on7 50 » »

Petium terrae nuncupatum *di Comocdino* quod confinia habet cum ora maris prope civitatem, et cum terris ejusdem monasterii nuncupati *della Creta* et cum muris viridarii, et conventus S. Francisci, quod quae comprehenditur cum territorio S. Dominicae, super quo solvitur jure legati quolibet anno uncia una matrici Ecclesiae civitatis Xaccae; constans circiter salmis duabus terrarum quod quae locari solet pro annuis un7 5, et tar. 15. on7 5 15 »

Petium terrae nuncupatum *della Grutta* salmae circiter unae, quod confinia habet cum terris ejusdem monasterii, cum terreno D. Honuphrii Florenu, cum terris nuncupatis *della Cotrazza*, cum terris conventus Sanctae Mariae del Giglio, illudque locari solet pro annua summa unc. 3, et tar. 20. on7 3 20 »

Petium terrae tumulorum circiter decem ad confinia terrae nuncupatae *della Grutta*, quod locari solet pro annua summa unc. 2, et tar. 10. on7 2 10 »

Petium terrae tumulorum circiter sex sub muris civitatis et castro, nuncupato *di Luna* etc. quod locari solet pro annua summa unc. 1, et tar. 10. on7 1 10 »

Petium terrae nuncupatum *La Crita* ad confinia terrarum monasterii S. Cathatrinae etc. quod locari solet per annuam summam unc. 2. . . on7 2 » »

Petium terrae nuncupatum *dello Medico* in contrata *di Boariposo*, relictum eidem Monasterio per quondam Monialem ejusdem monasterii D. Catharinam Guevara, cum obligatione ut quolibet Sabato in perpetuum recitaretur per moniales una *Salve* pro anima ejusdem Catharinae, ut ex actis quondam Notarii Antonii d'Amico die 26 Maii 3. Ind. anno 1635. Illudque locari solet pro annua summa unciarum trium et tar. viginti. on7 3 20 »

Tertia pars terrae partis territorii *di Monte di Sara*, possessa per monasterium, tamquam haeredem Catharinae d'Angelica et Faustae Tagliavia, olim monialium ejusdem territorii, ut ex inventario per acta Notarii quondam Antonini Buscema die 20 octobris 4. Ind. 1620, et ex sententia lata per quondam D. D. Calogerum Inveges Judicem electum per curiam Epi-

scopalem Agrigentinam, et publicata per acta quondam Natarii Andreae de Gaudio die 6 maii 6 Ind. ann. 1623, eaque locari solet pro annua summa unciarum decem, et septem. . . . . onz 17 » »

Locus in contrata *di Rexanella* juxta locum magni monasterii ejusdem civitatis locum olim Petri Chiappisi, et viam publicam: fuit olim possessus per quondam Marcum Sanfilippo, et subinde adjudicatus Monasterio pro diversis unciis unz 12. 5; ut in decreto Regiae Camerae Civilis civitatis Xaccae. 17 julii 2 Ind. 1694, et ex actis possessionis, et nominationis per manus Notarii quondam Antonini La Bellissima die 17 julii 2 Ind. anu. 1694, super quo solvitur annua uncia una tar. duo, et gr. decem, baroniae S. Bartholomaei jure proprietatis. Locus vero locari solet quolibet anno pro annua summa unciarum quatuordecim. . . . . onz 14 » »

Locus dictus *di Guevara* in territorio ejusdem civitatis Xaccae in contrata *del Carbo* ad confinia terrarum nuncupatarum *della Porrulana* feudi *dell' Ulmo*, fluminis *del Carbo* etc. qui locus spectat ad monasterium tamquam successorem bonorum quondam D. Catharinae Guevara, olim monialis ejusdem monasterii, super quo solvuntur baroniae S. Bartholomaei jure proprietatis tareni 19, solet vero locari pro annua summa unz 16. onz 16 » »

Locus terrarum cum arboribus etc. in contrata *del Surriano* juxta locum Abbatis D. Iohannis Baldalchino, locum Hospitalis Montis Pietatis etc. relaxatus per Teresiam Interrante, et Bonadies, causa unz 18 annuarum, ut vulgo dicunt *di Bolla* cum ejus decursis, ut ex contractu relaxationis per acta Notarii Michaelis de Gregorio die 26 maii 3 Ind. 1740, nunc supradictus locus locatus est Antonino Quartararo pro annua summa unz quindecim, et tar. 10, vigore contractus per manus dicti Notarii de Gregorio . onz 15 10 »

Petium terrae, sive territorium nuncupatum *della vigna della Corte* juxta vineam nuncupatam *della torre*, et ingentem vallem *dello Latro* ec. super quo solvitur a principe Villaefrancae annua summa unciarum trium, et tarenorum quindecim, Monasterio, jure proprietatis vigore concessionis ad emphyteusim factae quondam D. Antonio Agliata, olim comiti Caltabillottae per acta quondam Notarii Petri Buscemi Civitatis Xaccae die 23 maii V Ind. anni 1702. . . . . onz 3 15 »

Ab haeredibus quondam Michaelis Bevilacqua super suis bonis annuae unciae octo pro dote D. Mariae Josephae Bevilacqua vigore contractus per manus Notar. Leonardi La Bellissima die 19 decemb. VIII Ind. anni 1714. onz 8 » »

A confraternitate S. Michaelis, tamquam haerede quondam Natalis d'Amodeo super fundo, et apothecis existentibus ut vulgo dicunt, in *Mastranza delli Quartarari* unciae duae jure proprietatis. . . . . onz 2 » »

A D. Francisco Rosselli maritali nomine D. Johannae Tagliavia, annuae unciae duodecim, ut dicunt *di Bolla* ob monacatum quondam D. Elisabeth Tagliavia super bonis, ut ex contractu per manus Notarii Antonini d'Amico die 19 februarii V Ind. anni 1637, et ex dotatione ad fovorem D. Johannae Tagliavia per acta Not. Nicolai Anfossi die 31 decemb. XII Ind. anni 1718. onz 12 » »

Ab Illmo Duce d' Angiò annuae unciae quinquagintaquatuor, ut dicunt *di Bolla*, super suis bonis ratione quatuor, et dimidii pro centenario, vigore contractus revenditionis per acta Notarii Josephi Miraglia Panormi, die 25 martii. XIV Indictionis anni 1736. . . . . onz 54 » »

A Clerico Calogero Indelicato annuae unciae tres jure census emphyteutici super petium loci in Monte S. Calogeri juxta suos fines vigore contractus emphyteutici per manus Notarii Michaelis de Gregorio die etc. . . onz 13 » »

A Magistro Leonardo Romano uncia una, tareni vigintinovem, et grana decem super nonnullis domibus existentibus in civitate Xaccae in contrata *del Rabbato*, vigore contractus emphyteutici per acta Not. de Gregorio die etc. on7 | 1 29 10

A D. Johanna Tagliavia, annuae unciae quatuor, et tareni quindecim super loco in contrata *di Puzzo Calcara*, vigore contractus emphyteutici per acta dicti Notarii de Gregorio die 22 januarii XV Ind. 1737. on7 | 4 15 »

A Dre D. Ignatio Blandina annua uncia una census emphyteutici super nonnullis domibus in contrata *della Cadda* vigore contractus dicti Notarii de Gregorio die 30 martii primae Indictionis 1738. on7 | 1 » »

A Didaco de Marsala annuae unciae quatuordecim censuales super loco in contrata *di Scunchipani* vigore contractus emphyteutici per manus dicti Notarii de Gregorio die 30 aprilis primae Indictionis 1738. on7 | 14 » »

A Conventu S. Augustini civitatis Xaccae tareni quinque super duobus petiis terrae jure proprietatis. on7 | » 5 »

A Conventu S. Francisci ejusdem civitatis tareni sex jure proprietatis super petio terrae prope dictum Monasterium. on7 | » 6 »

A Reverendo Patre D. Antonio Maria d' Haro Olivitano tareni quatuor jure proprietatis super vinea cum turri etc. in territorio S. Dominicae. on7 | » 4 »

A Sebastiano Dieci e Due, tareni quatuor, et grana decem jure proprietatis super domibus in contrata *d' Immenzo*. on7 | » 4 10

A Marchione di Garligliano pro haeredibus quondam Jacobi Perollo uncia una, et tareni duo jure proprietatis super petio terrae sub Castro veteri dicto *Perollo*, ut ex contractu per manus Notarii Petri Buscemi civitatis Xaccae die 18 martii XIII Indictionis anno 1495. on7 | 1 2 »

Ab haeredibus Patri Mariani de Asaro, et haeredibus Brigittae Bensignore, tareni sex super domo in contrata *di Rabato*. on7 | » 6 »

Ab Hospitali S. Mariae Misericordiae civitatis Xaccae tareni quatuor super viridario. on7 | » 4 »

A Conventu S. Mariae del Giglio civitatis Xaccae tareni decem jure proprietatis super petio terrae sub moenibus dictae civitatis S. Calogeri on7 | » 10 »

A S. Distributione civitatis Xaccae tareni decem jure proprietatis super Cryptis in oneratorio dictae civitatis. on7 | » 10 »

A Magistro Josepho, et haeredibus Magistri Silvestri Indelicato, et Sorore Angela La Junca tareni decem jure proprietatis super petio terrae nuncupato *il Terriglione*. on7 | » 10 »

Ab Elisabeth Magna, et Magistro Antonio Ferro tareni septem, et a Clerico conjugato Stephano, Marchese tarenus unus jure proprietatis super domibus in contrata *della Cadda*. on7 | » 8 »

A Marchione di Simone Maurigi unciae quatuor, ut dicunt *di Bolla* ratione 8 pro centenario super medietate fendi *di Arangio*, et molendino nuncupato *di Gericciola* in eodem feudo, pro dote Monalis Sororis Dignameritae, ut ex contractu adsignationis per manus Notarii Stephani Caruso Civitatis Xaccae die 11 Februarii VIII Ind. 1579. on7 | 4 » »

A D. Emmanuele Monastra maritali nomine unc. tres, ut dicunt *di Bolla* pro capitali un7 60 super loco in Contrata *di Schunchipane*. on7 | 3 » »

Ab haeredibus quondam D. Margaritae Montalto olim Monialis hujus Monasterii un7 octo super suis bonis, ut ex contractu monacatus, et subjugationis per acta quondam Not. Antonini La Bellissima die 19 Maii IX Ind. 1671. on7 | 8 » »

Ab haeredibus quondam Johannis Dominici Capriata uncia 1 jure census

perpetui super loco cum vinea, terris viridario, olivis etc. in Baronia S. Bartholomaei, et Contrata *di Scunchipane*	on7	1	»	»
A D. Mariano Manna Petrone Lazzarini unciae octo pro Monacatu quondam Marianae Menna Monialis super medietate feudi *Lazzarini*, et super medietate territorii *di Misilobesi*, ut ex contractu per manus Notarii Jacobi La Rosa Civitatis Xaccae die 27 februarii II Ind. ann. 1679. . .	on7	8	»	»
A Fr. Josepho Lucchese Equite Hierosolymitano unciae duodecim *di Bolla* super suis territoriis nuncupatis *di Salinella*, et *Bellapietra*, ratione dotis D. Petronillae Calandrino Monialis, vigore contractus per Not. Johannem Baptistam Perricone die 12 Januarii V Ind. anni 1652.	on7	12	»	»
A Marco S. Angelo tareni 8 jure proprietatis in duabus partitis, vid. tareni sex super loco olim possesso per quondam Marcum S. Angelo seniorem, et tareni duo super loco in territorio S. Dominicae	on7	»	8	»
Super vinea in territorio Calatabillottae possessa per Pellegrinum Paci et Pellegrinum Montealbano haeredes Benedicti Paci tareni viugintiduo jure contractus emphyteutici per manus quondam Notarii Antonini Augello Calatabillottae anni 1690, et denuo rati habiti per acta quondam Notarii Antonini La Bellissima Civitatis Xaccae die 20 Novembris V Ind. 1693.	on7	»	22	»
A Catharina S. Angelo unc. duo, et tareni decem super petio terrae, membro territorii S. Dominicae	on7	2	10	»
A Sac. D. Vincentio Quartararo uncia una, et tareni duo jure proprietatis super petio terrae in Contrata S. Dominicae.	on7	1	2	»
A Collegio Societatis Jesu jure proprietatis, tareni sex, super viridario retro Ecclesiam.	on7	»	6	»
Super comprehensorium domorum possessorum per Mrum Antoninum, et haeredes Mri Calogeri, et Mri Ignatii Mandracchia in Contrata *di Terra vecchia*, tareni vigintinovem, gr. quinque, et picc. tres, jure proprietatis.	on7	»	29	5 3
A Sacerd. D. Vincentio, et D. Antonino Perricone, et D. Josepho Romeo unciae novem, et tareni decem, et octo *di Bolla* super loco Olivatum, domorum ec. in Contrata *di Scunchipane* in Baronia S. Bartholomaei juxta locos haeredum quondam D. Philippi Sevasta, et quondam Antoniae Testai, et super comprehensorio domorum in Contrata *della Cadda*	on7	9	18	»
A Mro Leonardo Romano, uncia una, tareni vigintiduo, et gr. decem ratione census super domibus in contrata d'*Immenzo*.	on7	1	22	10
Ab eodem Leonardo Romano uncia una, tareni vigintiduo, et grana decem super domibus aliis in eadem contrata.	on7	1	22	10
A Sac. D. Vincentio Quartararo tamquam possessore loci, olim di Calidonia Girgenti, et Bentivegna, tareni decem, et septem, ut ex syngrapha recognitoria per acta Notarii Leonardi La Bellissima die 13 Octobris VI Ind. 1727	on7	»	17	»
A P.n Johanne di Mimo, tar. quindicem super suis domibus. .	on7	»	15	»
A D. Mario, et D. Vito Palermo fratribus tareni tres et gr. decem jure proprietatis super eorum loco in territorio S. Dominicae.	on7	»	3	10
Ab iisdem Palermo tareni novem jure proprietatis super petio terrarum cum crypta, et viridariolo sub muris civitatis Xaccae.	on7	»	9	»
Ab haeredibus quondam D. Petri Montaperto, modo a domo Orphanarum tareni octo, et grana quindecim jure proprietatis super loco in territorio S. Dominicae nuncupato *di Fontana Calda*.	on7	»	8	15
A Mro Josepho Indelicato tareni quatuor jure proprietatis super domibus in contrata *della Cadda*.	on7	»	4	»

A Mro Bernardo di Stefano maritali nomine Josephae La Bellissima tareni tres jure proprietatis, super petio terrae nuncupato *lo Piranio* in territorio S. Dominicae. . . . . on7 » 3 »

A Mro Leonardo La Bellissima tareni decem, et octo jure proprietatis super petio terrarum juxta idem Monasterium. . . . . on7 » 18 »

A D. Vincentio, e D. Johanne Baptista Aronè uncia una super loco cum arboribus, vinea etc. in contrata di *Puzzo calcare*. . . . . . . on7 1 » »

Ab haeredibus Isabellae Sitajolo tareni decem, et octo pro dote quondam D. Antoninae Sitajolo Moniali super comprehensorio domorum in contrata *della Roccera*: ut ex instrumento subjectionis per acta quondam Notarii Ignatii Baccimeo die 10 Martii XI Ind. 1673. . . . . on7 » 18 »

A Monasterio dell'*Oreto* possessore territorii *del Mendolito* tar. 24 on7 » 24 »

A D. Julio Floreno, tareni quindecim jure proprietatis super petio terrarum prope Monasterium. . . . . on7 » 15 »

Ab Ignatio Gallo quondam Antonini tareni vigintiocto, et grana decem super domibus in contrata *della Cadda*. . . . . on7 » 28 10

A cappella S. Crispini tareni sexdecim jure proprietatis super cryptis in ora Maris Civitatis Xaccae. . . . . on7 » 16 »

A Monasterio S. Mariae de Itria Civit. Xaccae uncia una, tareni quinq. et grana duodecim jure proprietatis super loco in territorio S. Dominicae. on7 1 5 12

A Mro Franc. Russo tareni undecim jure proprietatis super duobus locis in territorio S. Dominicae. . . . . on7 » 11 »

A D. Ignatio Manno unciae quatuor, tareni septem, et grana decem ratione census. on7 4 7 10

A D. Antonino d'Augustino tareni duo jure proprietatis super domibus olim D. Stephani Marsala in contrata *della Cadda*. . . . . . . on7 » 2 »

Domus in Contrata *della Cadda*, quae locari solet pro annua summa tar. 26, relaxata Monasterio pro censibus diversis ab Antonio . . on7 » 26 »

Ab Joachim Cicala, et Sac. D. Vincentio Quartararo tareni quatuordecim jure proprietatis super eorum loco in contrata S. Dominicae. . . on7 » 14 »

A Conventu S. Francisci de Paula, et a Congregatione Purgatorii tar. 10 et octo jure proprietatis super magazino existente in ora Maris Xaccae. on7 » 18 »

A D. Antonino Mirabile uncia una, et tareni vigintiquatuor super domibus in contrata *della Cadda*. . . . . on7 1 24 »

Ab eodem supradic. Mirabile tareni quindecim ratione census emphyteutici super apotheca in cantonera juxta supradictas domus . . . . . . on7 » 15 »

A Josepho Ziotta haerede Annae Palermo, ed haeredibus quondam Sac. D. Johannis Baptistae Palermo tar. octo, et gr. 5 super domo in contrata *della Cadda*. . . . . on7 » 8 5

A Mro Petro Daidone tar. novem jure proprietatis super apotheca et petio terrarum. . . . . on7 » 9 »

A Conventu S. Dominici tareni quatuor, et grana decem jure proprietatis super domo in contrata d'*Immenzo* in via nuncupata *del Tosco*. on7 » 4 10

A Dominico Quartararo, et Michaele Blasco haeredibus quondam Petri Scaduto uncia una super domibus in contrata *della Cadda*. . . . on7 1 » »

A D. Antonino Aydone Barone Lazarini unciae septem ratione dotis quondam D. Ferdinandae Aydone super medietate territorii *Misilabesi*; ut ex consensu subjugationis per manus Notarii Vincentii Baccimeo die 5 Februarii IX Ind. anni 1656 . . . . on7 7 » »

A Monasterio S. Catherinae Civitatis Xaccae tamquam haerede quondam

Sac. D. Petri Altomare tareni sex jure proprietatis super petio terrarum, nuncupato *delli Nucciari* in contrata *delli Bagni*. . . . , . on7 » 6 »

A Confrat. S. Margarithae pro Mro Petro d'Aydone tareni undecim jure proprietatis super domo in contrata *del Rabbato*. . . . . . . on7 » 11 »

A D. Antonino Aydone Barone Lazzarini unciae duodecim pro dote quondam D. Beatricis Manno Monialis super duobus certis partibus territorii nuncupati *di Sabel'a* in Monte S. Calogeri. . . . . on7 12 » »

A D. Honuphrio Floreno, tamquam haerede quondam D. Julii Oliva tareni vigintinovem, et gr. 15 super suis bonis jure subjugationis per acta quondam Notarii Francisci Baccimeo die 12 Januarii VI Ind. 1668. on7 » 29 15

A Michaele Blasco tareni duudecim super suis bonis. . . . . on7 » 12 »

Ab Univ. Civitatis Xaccae unciae decem, et octo, tareni tresdecim, grana duo, et pic. 3 super diversis gabellis. . . . . on7 18 13 2 3.

Exigit praeterea Monasterium unc. duodecim ex integra summa un7 27 10 15 3. super feudis della Verdura jure subjugationis. . . . . on7 12 » »

Summa totus introitus unc. quingentum sexagintaocto, tar. sex, et gr. 15 on7 568 6 15

Praetensiones

Praetendit ergo Monasterium summam unc. quindicem, tar. 10 3 pro complem. totius summae unc. vigintiseptem tar. 10 15 3 ab haeredibus quondam D. Marii Montiliana, possessoribus bonorum, super quibus fuit imposita subjugatio,

Item praetendit Monasterium uncias tresdecim subjugationis factae per Jo. Bapt. et Mariam Ficano etc. super comprehensorio domorum in contrata *della Terravecchia*, et super magno loco nuncupato *di Ficano* in contrata *di Scunchipani*.

Item praetendit tarenos tres jure proprietatis super nonnullis terris locatis a Conventu Carmelitarum, et possessis partim per Monasterium S. Catherinae, et partim per Cl. Nicolaum Guarino ad oram maris.

Prout de his omnibus supradictis clarius in relatione praesentata in Officio S. Regalis Visitationis, et inserta in Codice monumentorum ejusdem Visitationis.

Onera, seu Gravitiae

In primis Baroniae S. Bartholomaei jure proprietatis, unc. 3 tt. 10 10 on7 3 10 10

Matrici Ecclesiae Civitatis Xaccae ratione legati super terris nuncupatis *di Camordino* uncia una. . . . . on7. 1 » »

Conventui S. Dominici, et Hospitali Montis Pietatis, et D. Honuphrio Floreno alternatim super loco nuncupato *di Giluffo*, tareni quatuor. on7 » 4 »

Monasterio S. Catherinae ejusdem civitatis Xaccae jure proprietatis super domibus olim Mri Gregorii Indelicato in contrata *del Rabbato* tt. 9 on7 » 9 »

Cathedratui civit. Agrigentinae pro substentatione Seminarii tareni decem on7 » 10 »

Tribus Cappellanis unciae quatragintaquinque, ratione unciarum quindecim pro unoquoque pro tribus Missis quotidianis, una videlicet per obligatione ejusdem Monasteriis et alii duabus pro Aq. Johanna Perollo, et D. Catherina Antonia Giuffrida olim Monialibus suprod. Monasterii, quae donarunt Monasterio sua bona cum hujusmodi onore. on7 45

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae S. Salvatoris, et SSmae Annunciatae Ordinis Carmelitarum Civitatis Xaccae, habita per Illmum et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis die 6 Dec. 1741.

Rogerius Siciliae Comes templum S. Salvatoris in Civitate Xaccae extruxit, quod Car-

Item quod Juratus senior non possit vices suas committere Cappellano antiquiori, et illi clavem suam dare.

Quoniam vero status praesentis ecclesiae est, ut a septem eremitis deserviatur, quorum superior est Sacerdos, et deservit pro Cappellano, Illmus Dnus Visitator mandavit, quod ex dictis Eremitis duo saltem esse debeant Sacerdotes, et unus Clericus, reliqui vero possint esse laici.

Quod Eremitae praedicti assumi non possint, nisi habeant a proprio ordinario, et a magistratu locorum, originis, aut domicilii testimoniales literas, quod bonorum sint morum, et famae, nec sint inquisiti.

Quod in assumptione eremitarum ordo erit nimirum, ut cappellani eos recipiant, et adsumant cum approbatione Prioris.

Quod si redditus eleemosynae, et oblationes pares non sint cultui divino, fabricis, supelectilibus, et jocalibus, tunc minuatur numerus Eremitarum, et reducatur ad duos cappellanus, et unum clericum, sive diaconum juxta ordinationem Arnedi. Si vero ita reducto numero, nec satis sint tunc Prior de redditibus sui Prioratus supplebit, quicquid fuerit necessarium.

Quo vero ad hospitale S. Calogeri juxta ecclesiam constructi, Illmus et Rmus Dnus Visitator, illud ad ipsam ecclesiam pertinere declaravit. Verum decrevit, quod Jurati civitatis illius administrationem habeant, Procuratorem eligant, ejusque computa quotannis revideant cum Archipresbytero civitatis, quem Dnus Visitator deputavit in perpetuum illorum revisorem nomine S. Regalis Visitationis; vices et voces suas in id ei tribuens, quod si nihilominus revisionem aliquo anno neglexerint illa pro eo anno ad Priorem SS. Nicolai, et Calogeri devolvatur.

Porro jocalia, et suppellectilia Ecclesiae, nomina, et regulae Eremitarum, redditus, et introitus, et exitus annuus eleemosynarum, et oblationum, sunt qui sequuntur.

Jocalia, et suppellectilia

In primis una pianeta tutta fornita di amoerre fiorato a color di perla, guarnita con gallone di argento, e foderata di terzanello.

Item altra pianeta di color incarnato con lavoro d'argento, ed oro con gallone d'oro, e fodera di terzanello.

Altra pianeta fornita di color torchino guarnita di gallone d'argento di una faccia con fodera di terzanello rosso.

Altra pianeta fornita di raso rosso con varii fiori, e galloni di seta.

Altra pianeta fornita di lama bianca con gallone d'oro.

Altra casubola fornita di tilettone di color violaceo, e quasi torchino con gallone d'oro falso.

Altra pianeta fornita di color verdone, guarnita con sua fascia in mezzo di altro coloro con gallone d'argento falso.

Altra pianeta di fiammetta fornita per l'està, ornata di terzanello, e fettuccia.

Altra pianeta di stoffo torchina fornita, guarnita come sopra.

Altra pianeta fornita di damasco negro, guarnita con gallone di seta gialla.

Altra pianeta fornita di raso rosso con fiori bianchi.

Una cappa di damasco con sue fascie di ricamo.

Un sopracalice a color di carne ricamato di argento.

Un sopracalice di color torchino con guarnizione di argento.

Un altro rosso di velo di regina ricamato di seta bianca.

Una tovaglia di terzanello incarnata per la comunione.

Tre missali

Un tappeto grande di felba di Messina per l'altare maggiore.

Un tapetino.

Altra tovaglia vecchia di seta con fricio di ricamo di seta.

Un velo di terzanello bianco.
Due cammici buoni con guarnizione grande.
Altri due di tela di cava con sua guarnizione.
Due cammici ordinarii.
Ammitti otto ordinarii, ed uno buono.
Tovaglie di mano num. quattro.
Moccatorelli per le ampolline num. 10.
Tovaglie d'altare num. diciassette.
Purificatori num. venti.
Un calice buono con sua patena di argento.
Un'altro per la giornata, con sua patena tutta d'argento.
Una sfera d'argento col piè di rame dorato.
Due lampierini, ed una bussolatta d'argento.

Nomina Eremitarum

Il Sac. D. Giuseppe Sortino della città di Sciacca di anni 39.
Fratello Paolo La Negra nativo di Sciacca d'anni 70.
Fratello Pellegrino Sortino nativo della terra di Caltabellotta di anni 37.
Fratello Onofrio Cannizzaro nativo di Sciacca di anni 80.
Fratello Calogero Abruzzo nativo della terra della Sambuca di anni 72.
Fratello Michele Spadaro della terra di Caltabellotta di anni 24.
Fratello Placido Gulotta nativo di Sciacca di anni 26.

Regulae Eremitarum

Il fratello Sacristano abbia cura della nettezza, e modestia della chiesa, e sacristia, dovendo il mercoledì, e sabato scopare, e pulire tutti gli altari, come pure visitare la Immagine del glorioso patriarca S. Calogero, pulendola da qualunque lordura, sonando il *Pater Noster* cioè segno della santa orazione mentale per l'inverno novembre, dicembre, e gennaro ad ore dieci, e mezza; e per l'està ad ore sette, e mezza, cioè maggio, giugno, e luglio, e gli altri sei mesi, cioè tre della primavera, e tre dell'autunno a crescere, e mancare da mezza ora, a mezza ora, e sonando detto risveglio deve passare subito per i corritori la troccola, e scendere i divoti fratelli in chiesa, ove si fa ora una, e mezza di orazione mentale, dopo assistere alle messe con tutta puntualità: al mezzo giorno toccare la campana, come anche al vespero, quale serve per segno del SS. Rosario da recitarsi in chiesa da tutti i devoti fratelli; ad ore ventitre dare il segno dell'orazione mentale, che subito i fratelli si ritrovassero in chiesa dove deve farsi un'ora di orazione, e finita toccare il segno dell' *Ave Maria*, e ad ora una di notte il segno del *De Profundis*, e dopo cena fare col solito segno della campana l'esame e ringraziamento, ed alla fine terminare detti segni coll'andare a letto.

Il fratello coco deve trovarsi pronto mezz'ora prima della tavola con sbrigarsi il refetorio, ed altri arnesi per detto mestiere, sonare alla tavola nell'inverno ad ore diciotto, l'està ore sedici, e così poi crescendo, e mancando di mezz'ora in mezz'ora per li tre mesi della primavera, e tre mesi dell'autunno, e la sera ad una, e mezza della notte per l'inverno, e l'està a mezz'ora. Tenghi in suo potere le chiavi della provisione, e non dia, nè riceva cosa senza espressa licenza del Padre Superiore, nè tampoco accomodare, e l'istesso si intenda di qualsisia altro fratello, per dare a conoscere alli secolari la perfetta ubbidienza religiosa.

I fratelli questuanti faccino la questua, ove diano in tutto edificazione sì nell'interno, come nell'esterno con esemplarità religiosa, persuadendosi, che allora maggiormente corre Iddio, quando si procede con esempio, e rettitudine di vita, e pazienza nei costumi; si allontanino dalle risse, o atti disdicevoli a chi imita Cristo comune maestro nella vita della limosina.

Si avverte a ciascheduno dei fratelli di questo Ven. Santuario a dare edificazione alli secolari non parlando, nè tampoco usando superflui gesti nella chiesa, essendo casa di o-

razione — *Domus mea Domus orationis est* — non parlando con secolari, molto più con femine, e se vi fosse necessità non lo faccino senza espressa licenza del Padre Superiore, e con poche parole, ed esemplari, mortificando sempre le proprie, ed abituali passioni, nemiche della vita spirituale, portando la compostezza del corpo di tutta esemplarità di vita, giusta il detto dell'Evangelista S. Matteo: — *Vos estis lux mundi* — a questo proposito par, che parli con noi religiosi, i quali se non diamo edificazione nell'esterno, non possiam giammai procacciare le dovute limosine, e nell'interno ad essere totalmente lontani da qualunque impazienza, o ambizione, ma vivere santamente, e pregare di continuo per i benefattori; l'istesso osserveranno li cercanti nella città.

Che non possano uscire dal Santuario non solo per andare lontano, ma anco per una semplice caminata senza espressa licenza del Padre Superiore, essendo questa virtù la calamita di tutte le altre, e lo scopo, ove fissar debba ciascuno le sue operazioni, per così mantenersi perpetuamente la pace, e quiete in detto Ven. Santuario, giusta le parole di S. Ignazio Loyola: — *Obedite praepositis vestris in timore, et amore, in simplicitate cordis, sicuti Christo, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed voluntatem Dei perpetuo facientes.*

Nel refettorio non si possa mangiar carne, ma solo cibarsi di salume, erbe, e legumi, e che si facci l'Avvento, incominciando dalli 2 novembre per tutti li 24 Dicembre, ed in ogni giorno digiunare tolte le sole Domeniche.

Nel tempo delle stufe, con tutto che si assegnerà il fratello in soccorso però di concorso non si proibisce ad ognuno il poter assistere con tutta carità, e pazienza religiosa, effettuando questo stesso il medesimo Superiore, usando in tutto perfetta compassione verso i poveri, ed afflitti ammalati, e se fosse di bisogno portarli sulle proprie spalle, perchè totalmente stroppii, lo faccino senza veruna licenza, acconsentendo a questo l'altro compagno, quali ambi si potranno servire della sedia con due bastoni a questo fine fatta, per trasportarsi gli ammalati dallo spedale nelle stufe; e questo non solo colli poveri dello spedale, ma anco con tutti gli altri, essendo ben noto a tutti la vita di cristiano, in ciò darsi manifestamente a conoscere molto più religiosi, giusta l'insegnamento dell'Apostolo S. Paolo: — *Si Charitatem non habuero nihil sum* — ed altrove — *Charitas benigna est, non agit perperam, non inflatur, non quaerit, quae sua sunt.* — con quel, che siegue, tenendo ciascheduno dei fratelli per sodissimo fondamento questo amore interno, ed esterno verso dei poveri bisognosi, giusta l'Evangelista S. Giovanni — *Fratres diligite alterutrum.*

Nel refettorio si usi la dovuta modestia, gravità, e pulizia religiosa, cibandosi il corpo con quei cibi che s. comunità le dona, e l'anima col cibo della lezione spirituale, che a questo fine giornalmente si legge; e soprattutto si adopri il silenzio poichè per insegnamento dello Santo Spirito, qui *spernit modica paulatim decidet.* Laonde se necessiterà dimorarvi anco secolari, si edifichino colla decenza corporale, e modo nel cibarsi.

Si digiuni tre volte la settimana, mercodì, venerdì, e sabato, e li venerdì di Quaresima, le vigilie di Maria SS. e vigilia del Padre S. Calogero si faccino a solo pane, ed acqua, e nelli medesimi suddetti giorni, come in tutti i giorni dell'Avvento, e Quaresima si facci la disciplina la sera dopo il rendimento di grazie, ed esame per lo spazio di un *Miserere*, e *De Profundis* col *Peccavimus Domine*, col lume smorzato.

Tutte le domeniche, e feste di precetto tutti li fratelli si confessino, e si comunichino assieme alla messa del padre superiore, essendo quella manna celeste nel deserto del popolo ebreo, come sacramento principale, che fra li sette mantiene il primo luogo, giusta l'Evangelo: — *Nisi manducaveritis carnem filii hominis non habebitis vitam in vobis*, — essendo il sostegno delle anime date a Dio, che hanno abbandonato il mondo: ed in quel giorno della santa comunione si dia maggior edificazione degli altri giorni,

poichè diceva la serafica S. Maria Maddalena de Pazzis essere bastante a salvarci una sola comunione col debito apparecchio.

Si soggiunse, che repugnando molto alla vita penitente eremitica l'usare alcune commodità, quasichè non si abbandoni da cuore il secolo nemico della penitenza; perciò, che li fratelli non possano usare, nè dormire con lenzuoli, ma nella pura lana, cioè colla coperta di lana, mezza sotto, e mezza sopra, e sopra le carni trattenere il tonichino di lana, nè anco usare matarazzi di lana, ma solo di paglia, poichè c'insegna S. Gio. Crisostomo: *Scitis quod hostem habemus perpetuum, et faederis nescium: unde nobis magna vigilantia opus est.* E perciò siam lontani di accarezzare la carne con replicar spesso le parole, che meditava il glorioso S. Bernardo: *Bernarde ad quid venisti?* per scoutare gli errori colla penitenza; come pure l'incarisce alli devoti romiti di tenere la notte aperte le celle, per poter essere visitati, qualor piacerà al Padre Superiore, non usar in cella cose superflue, e che il superiore entri senza bussare.

E chi controverrà alle soprascritte regole, specchio di questo santuario, si castigherà colle debite, e requisite penitenze, quali sole mantengono l'osservanza eremitica; conchiudendo coll'Evangelio:—*Si peccaverit in te frater tuus corrige eum.*

Redditus Ministrorum Divini Cultus

In primis ex eleemosyna frumenti salmae vigintiquinque circiter quotannis valoris unciarum decem, et septem et tarenorum sex. . .	on7	17	6	»
A civitate Xaccae pro immunitate, vulgo dicta, lo Scasciato annuae unciae sex.	on7	6	»	»
Pro eleemosyna in pecunia, comprehensis eleemosynis missarum, annuae unciae triginta circiter	on7	30	»	»
A Nicolao Lo Gullo annuae unciae duo, et tareni quindicem debitae pro annuo canone super tenimento domuum.	on7	2	15	»
A D. Johanne Baptista Aroue annuae unciae duo, et tareni tres debitae pro subjugatione.	on7	2	3	»
Pro eleemosyna vini annua uncia.	on7	1	»	»
Pro eleemosyna, quae quotannis pervenire solet in festo Pentecostes in expositione SS. Sacramenti per spatium quatraginta horarum annuae unciae septem.	on7	7	»	»
A Juratis dictae civitatis annua uncia pro carne	on7	1	»	»
Sunt in totum unciae sexagintasex, et tareni vigintiquatuor . .	on7	66	24	»

Quae summa quotannis expenditur a praedictis Eremitis pro eorum victu, et vestito, manutentione pauperum in hospitali, fabricis, jocalibus, cera, et oleo, ac aliis Ecclesiae, et Monasterii indigentiis.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae, seu Cappellae S. Georgii in Castro, vulgo dicto il Crucifissello intra maenia Civitatis Xaccae, habita per Illmum et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Gen. Visitatorem sub die.

Cum Regiam aediculam S. Georgii in Castro Xaccae aliam Regiae Visitationi subjectam eam fuisse incolae obtestarentur, quae Petri in Castro nunc *del Crocifissello* appellatur, ad eam pro munere Dominus Visitator accessit, ubi debitis honoribus receptus, ipsam integre cum suis altaribus jocalibus, et fabricis visitavit.

Cumque nullos ipsam habere proprios redditus comperisset, sed necessaria omnia sub-

ministrari a Rectore Beneficii, seu Cappellaniae juris patronatus privati in ea erecti a quondam D. Francisco Perollo, nunc spectantis ad principem Pandolfini, Dominus Visitator considerans ad suppellectilia, et reparationes ecclesiarum de jure teneri, qui beneficia in ea possident, Rectori, et Cappellano dicti beneficii, sive Cappellaniae mandavit.

Quod altare majus renovetur, ut dicitur alla romana, et altare Virginis Septem Dolorum cerata, et stragula instruatur.

Quod fiat confessionale novum juxta instructionem S. Caroli.

Quod vestes sacrae restaurentur, et organum reficiatur.

Sancta Regalis Visitatio S. Catharinae de Belici, prope civitatem Xaccae, *habita per Illmum et Rmum Dnum D. Johannem Angelum De Ciocchis Regium Generalem Visitatorem sub die 7 Septembris anni 1741.*

Beneficium S. Catharinae in Agro Melici prope flumen Belicis, unde nomen acquisivit, parum distat ab Xaccae civitate, ejus vero fundator, et dotator ignoratur. Erat olim templum ex prima fundatione Hospitalis Domus S. Lazari, fuitque aliquando beneficium Agrigentini Canonicatus titulo condecoratum, ipsum tandem anno 1303, simplex beneficium evasit juris patronatus regii.

Illud nunc possidet ad regiam praesentationem D. Fortunatus Ventimiglia Panormitanus e comitibus Prades, ut apparet ex Regiis literis anno 1737.

Ecclesia ruralis est, in qua diebus saltem festis, et dominicis celebrari debet missa ex praescripto Visitatoris de Puteo. Hic quoque pro fabricarum reparatione, et jocalibus, ac suppellectilibus taxavit solvendas a Beneficiario uncias quatuor quotannis.

Antiqua Ecclesia modo diruta est, novamque a fundamentis excitavit pietas, et zelus Beneficiarii una cum Sacristia, et domo pro colonis.

Cum itaque die 7 Decembris 1741 hoc beneficium Illmus Dnus Visitator perlustrasset, ac omnia, et singula praemissa attente expendisset, mandavit nonnulla ut infra.

Porro habet beneficium feudum dictum *de Belice*, cujus redditus quamquam tempore Visitationis Francisci Putei ascendebant ad scut. 250, et postea ad scut. 500, ut prodit Rocchus Pirrus; hodie tamen modernus beneficialis non inde exigit, quam uncias biscentum viginti quolibet anno.	on7	220	»	»

Onera Beneficii sunt

Pro Cappellano, et Seminario Agrigentino unciae vigintiquinque, et tareni quindicem.	on7	25	15	»

Decreta

Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator mandavit quod Ecclesia nuper reaedificata sumptibus, et diligentia praesentis Beneficiarii intra quatrimestre benedicatur, et necessariis instruatur ornamentis, et suppellectilibus.

Quod in ea saltem singulis Dominicis, et festis diebus celebretur Missa, quae applicetur pro Defunctis Regibus.

Quod decreta generalia pro conservatione rerum et bonorum regii juris patronatus ad amussim observentur pro bonis hujus beneficii.

Quod singulis annis pro necessariis reparationibus fabricarum Ecclesiae, ejusque jocalibus, unciae saltem quatuor expendantur, eaeque deponantur in capsa Maragmatis Mazariensis Ecclesiae administranda, et expendendae ab administratoribus ejusdem cum intelligentia beneficiarii, sive ejus procuratoris servatis reliquis declarationibus pro eadem Maragmate factis.

SANCTA REGALIS VISITATIO

REGALIS ECCLESIAE EPISCOPALIS MAZARIENSIS COEPTA DIE 10 DECEMBRIS ANNI 1741.

PRAELUSIO

§ I.°

Discessus Agrigento Mazariam versus.

Regali Visitatione Ecclesiae Cathedralis Agrigentinae, nec non caeterarum Ecclesiarum Regalium ejusdem urbis, et dioecesis peracta, Illmus, et Rmus Dnus Generalis Visitator pridie nonas decembris Mazariam se contulit, cujus Ecclesia suo viduata Pastore a Capitulo Sedevacante, sive ejus Gen. Vicario in spiritualibus gubernatur; temporalibus Ecclesiae bonis, et redditibus incumbente Regio Secreto Capitulum Dignitatem, et Canonicos nonnullos cum pluribus de Clero, aliorumque nobili comitatu ad Castrum usquo Veteranum praemisit ipsum Dnum Regium Visitatorem excepturos. Paratum etiam a Capitulari Vicario, et Regio Secreto Palatium fuit Episcopale, quo hospitari ipse posset Visitationis tempore, sed nihilominus ad Conventualinm coenobium se contulit. Vicarius Capitularis, Dignitates, Capitaneus Justitiae, qui primus civitatis est magistratus cum pluribus aliis de ordine patritiorum sub adventu Illmum Dnum Visitatorem exceperunt, quem sequenti mane, tum iidem, cum Capitulum in forma, totusque clerus saecularis, cum Jurati in forma, capitaneus armorum, Castri praefectus, ac patritii omnes, nec non Ecclestiasticae, at laicalis curiae, et Regiae Secretiae officiales paribus officiis convenerunt, gratulatum felicem adventum. Quibus peractis Illmus et Rmus Dominus Regius Visitator edicto diem constituit aperiendae visitationis.

§ II°.

De Regalis Ecclesiae Mazariensis origine et statu

Mazariensis civitas sive e pervetusta, et praestantissima Selinis avitate, sive ab ejus obscuro vicino oppidulo sibi vindicat cunabula, ut est certe sub Saracenorum imperio, amplitudine, et spectabili forma floruit; quam dejectis Saracenis, cum Rogerius Comes jure belli sibi acquisivisset, indeque, et maenibus, et arce munisset, eam sibi in Regiam sedem ad moderandam Siciliam reliquam a Panormo, ubi Robertus Wiscardus frater commorabat, maturo consilio delegit. Interea christianam pietatem, quae teterrima; et diutina Saracenorum barberie, et infidelitate penitus obsoleverat, sanctamque religionem cujus nullum monumentum reliquum erat revocare intendens templum testudinato opere extruxit, et Christo Salvatori, et Beatae Virgini, ita eis de parta victoria gratias rependens nuncupavit, indeque in Pontificalem Ecclesiam, adsignata parecia, ac perampla dote erexit, adsciscens in ejus praesulem Stephanum de Ferro, genere Gallum Rhotomagensem consanguineum suum consentiente, et consecrante Urbano papa II. Subin Rex Rogerius eidem Ecclesiae munificenter nonnulla alia bona adjecit, ut liquet ex ejus diplomate dato Panormi mense martii Ind. septima 1144. Identidem sequioribus temporibus per successores Reges facta perhibent diplomata, quare ab incunabilis Mazariensis Ecclesia regii juris patronatus evasit.

Quod statum ejusdem spectat, Episcopus praehabita a regibus praesentatione a Romano Pontifice pontificali dignitate inauguratur. Patrimonium pergrande obtinuit, cujus redditus, qui deductis oneribus, Episcopo cedunt ad uncias milleoctingentum vigintiunum.

Cathedrale templum praestantissimum habet pro magnitudine profecto commodum, insigne insuper Capitulum vigintitres Canonicorum, inter quos quatuor praeeminent Dignitates,

scilicet Cantor, Archidiaconus, Decanus, et Thesaurarius. Denique Episcopale Palatium, ac Clericorum Seminarium, peramplam quoque dioecesim, iisdem finibus interclusam obtinet quos in ejus primigenia fundatione Rogerius Comes in supracitato diplomate describit: *Videlicet a loco in quo Belich fluvius mare ingreditur, usque ad Cavam desuptus Corleonem, quae Cava durat usque ad petram de Zineth, et a Zineth tendit haec Parochia usque ad divisionem Jatinae, et Sephalae, videlicet usque ad grandem Cristam, et a Crista tenditur usque ad Saganam, et a Sagana usque ad Carines, et a Carinis usque ad districtum arenosum, ubi est divisio Panormi, et Carinae, inde vero usque ad mare.* Qui fines adhuc integri perseverant. Triginta loca dioecesi numerantur, sex nomine, et juribus civitatis gaudentia; reliqua oppidarum, et pagorum, eadem incolis refertissima animas circiter centum trigintamille sexcentum sexaginta septem habet. Vid.

Civitas Mazariae animas	7508	Vita	1879
Civitas Marsalae	17717	Gibellina	4725
Civitas Drepani	17357	Podium Regale	1659
Civitas Mon. Ericini, sive s. Juliani	7286	Sala Parutae	2568
Civitas Salemis	7383	S. Nympha	3534
Civitas Alcami	8429	Campus bellus	870
Partanna	7160	S. Laurentius vulgo Xitta	683
Calatafiminis	7659	Valguarnera	383
Castrum Veteranum	6872	Partinici Sala	6891
Castrum ad mare, sive ad Gulfum	2493	Cinisi cum restrictu Favarottae	3706
Insula Pantellariae	3600	Pertinent quoque ad hanc dioecesim insula Columbarae in qua numerantur homines	40
Insula Favignanae	725	Tunisis, et Golecta in Africa sub dictione Turcarum, et Maretemi insula ubi extat castrum cum militibus	30
Pachecum	1294		
Burgettus	1838		
Carinis	4311		
Turrecta	967		
Capacium	1100		
In totum animae numero			130667

TITULUS I.

De Visitatione locali, seu materiali.

§ I.

DE ECCLESIA CATHEDRALI.

Ecclesia Cathedralis Mazariensis, quam primum Rogerius Comes post partam sibi in Agarenos victoriam extruxit, Salvatorique dicavit, ordines nunc dorico, testudinato, plasticoque, opere aureo, variisque coloribus assurgit sub nomine Salvatoris, cujus e candido marmore simulacrum transfigurationem in monte Thabor referens, cum imaginibus Moysis, et Eliae, sanctorumque apostolorum Petri, Jacobi, et Johannis mire sculptis in ara maxima prostant. Templum certe praestantissimum triplici constat navi; quarum media duodecim haeret marmoreis columnis altaria cum suis ordine extantibus cappellis complectitur, habetque chorum, hinc inde stallis Canonicorum ornatum, in quo praeeminet episcopalis thronus, urbis magistratus extra presbyterium habet sedes sericas impositas thalamo, sericis pariter exornari solito. Pavimentum templi lateritium vitriatum non parum ad illius confert ornatum. Sacrarium inde aula capitularis, turris campanaria affabre sane elaborata, et quatuor instructa campanis, reliquam templi integritatem complent, quod tandem elegantissimo prospectu mire condecoratur.

§ II.

De SS. Sacramento. Die dominica 10 Decembris 1741

Illmus et Rmus Dnus Regius Gen. Visitator ad Cathedralem perlustrandam progressurus Ecclesiam, a magistratu in forma, praefecto armorum, patriciisque omnibus civitatis e Conventualium coenobio suae residentiae loco, solemni pompa, ac magno curruum comitatu perducitur. Ad aream inde templi a capitulo, et clero cum insigniis, et Cruce, et pallio strato, pulvinarique ad superiorem ianuae ecclesiae gradum paratis in magna populi frequentia, inter campanarum sonitum, et martariorum explotionem excipitur; aspersoque populo, osculataque Cruce, ut ritus est, a cantore pluviali induto thuris honorem accepit. Intonato inde per eumdem cantorem *Te Deum* clero, et capitulo ad processionis modum dispositis, sub pallio Ecclesiam ingreditur inter duas dignitates. Ita procedenti Vicarius Capitularis sede vacante, obviam prodiit, gratiasque amplissimis verbis reddens Regi, quod adjutrices pastoralibus manus per Visitatorem ad bonum Ecclesiae regimen, et ad Divini Cultus profectum porrigeret, gratiis de eiusmodi officio ei a Visitatore redditis, tandem discessit. Visitator inde ad Sanctissimi Sacramenti altare recta processerit ubi super stratu pulvinari, et faldistorio brevi oravit, tam per caerimoniarum magistrum, aliosque Canonicos amictu, et pluviali super altare paratis. episcopali more indutus, intonavit hymnum de Spiritu Sancto, praesentatis ei subin tabercaculi clavibus, illud reserari, et extrahi Sacras pixides jussit, quibus per Illmum Dnum Regium Visitatorem reverenter adoratis, et ministrante thus cantore, cum manus osculo rite per eumdem Dnum Visitatorem incessatis, ipsemet altare conscendit, et tabernaculum, et pixides omnes perlustravit, factisque opportuuis de recta tanti Sacramenti administratione interrogationibus, servatisque reliquis pro ritu eas in tabernaculo reponi, ipsumque observari mandavit.

Ad haec vero jussit, quod pixides, et vas illud, quod perpetuum vocant, orificio ita laxiora, ut fragmentorum decidendorum periculum insit, statim instaurentur.

Item quod pixis una auro interius fere denudata inauretur, omnesque novis decentibusque intruantur conopeis.

§ III.

De fonte baptismali deque oleis sacris et Sacrario

Processit inde Illmus et Rmus Dominus Regius Visitator Generalis ad perlustrandum baptisimalem fontem in ultima instructum cappella prope majorem Ecclesiae januam, cumque invenisset ciborium vetustate confecium, mandavit novum fieri, interiusque serico albo instrui; et decenti pro loci, et Cathedralis Ecclesiae dignitate conopeo exornari.

Visitavit pariter sacrarium, quod in eadem Ecclesia, cumque urnulam sepulcralem ethnica inscriptione obsignatam pelvis loco invenisset, mandavit novum sacrarium marmoreum comparari, urnulam vero alio propriori loco transferri.

Item quod sacrarium instruatur novo ostiolo supponatur ipsi titulus.

Ne vero dicta cappella virorum, mulierum, ac parvulorum indebito pateat ingressui, quod ferreis cancellis, septa sera, ac clavi muniatur.

Ad visitationem inde oleorum sacrorum processit, cumque omnia rimatus esset, mandavit, quod armariolum oleorum sacrorum a parte interiori serico violaceo vestiatur, ostiolum vero coloribus adhibitis perpoliatur, adjecto exterius titulo sacrorum oleorum.

Habitis deinde decreta horum Sacramentorum administratione, ritu, interrogationibus, visitatisque libris omnibus parochialibus, cum omnia rite, et vigilanter peragi, et administrari comperisset, curam, diligentiemque carutorum laudavit.

§ IV.

De Sacris Reliquiis

Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis ad Reliquiarum Thesaurum se contulit ad perlustrandas sacras reliquias, et pro Ecclesiae ritu singulas visitare coepit, cumque offendisset reliquiarum, et praesertim Spinae Domini thecas nullo sigillo obsignatas, de eorum veteri cultu, et identitate certior factus, testimonio Cantoris in Capitulo senioris, aliorumque provectioris aetatis canonicorum, decrevit eas deinceps, ut antea tamquam sinceras esse colendus, nec vero aliud in posterum de eorum identitate suboriretur dubium suo sigillo munivit.

Item mandavit, quod omnium Sanctorum quorum habentur reliquiae nomina, vita, et martyrium ex probatis auctoribus excepta, in brevem indiculum redigantur ab Illmo et Rmo futuro Episcopo examinandum, et approbandum, et in tabella membranacea describendum prae foribus Thesauri propensura.

Intendens interea Illmus et Rmus Dominus Visitator fideli custodiae, et integritate reliquiarum providere, quae Cathedralis Ecclesiae, et regii juris patronatus, quam maxime interest, mandavit quod liber inventarii earumdem conficiatur, et in ejus calce tum Thesaurarius, et Subthesausarius praesentes, cum reliqui in munere successores in ipso possessionis actu obligationem faciant cum interventu Regii Segreti de illis fideliter custodiendis, cujus inventarii originale sit in capituli tabulario, relicta copia in manus dicti secreti.

Item quia invenit vasa argentea pro sanctis oleis in reliquiarum thesauro asservari, jussit alibi decenti, et tuto loco custodire.

Quoniam vero dictus Thesauri locus utpote angustus, ac lumine destitutus, et madore scatens debitae sanctarum reliquiarum venerationi, nullimode congrui, Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis praecipiendo mandavit, quod fenestra in eo aperiatur, et humiditati occurratur, et si id obtineri non possit alio commodiori, et decentiori loco reliquiae transferantur.

Item quod idem thesaurus in modum cappellae cum altari refingatur aptatis decenti ordine reliquiis, atque non porta, sed cancellis aeneis, vel adminus ferreis claudatur.

§ V.

De Confessionalibus

Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis lustravit pariter confessionalia, quae quia taliter sunt extructa, ut sellarum potius formam, quam confessionalium, pro more Romanae Ecclesiae exhibeant. Idem Illmus et Rmus Regius Visitator Generalis Sancti Caroli institutum prae oculis habens praecipit; quod confessionalia circumquaque tabulis sepiantur, et superius integantur: in parte vero anteriori aperta sint omnino, habeantque tantum juxta altitudinem sedis confessarii ostiolum, sera, et clavi munitum: locus item poenitentium ex utroque latere tabulis sepiatur, quae sint altitudinis ejusdem, ac totum confessionale; latitudinis vero unius palmi cum dimidio, fenestellae insuper sint a parte poenitentis lamina perforata et a parte confessarii stridis ligneis cancellis instructae cum ostiolo ligneo; tabella denique casuum reservatorum, et bullae coenae, ac summarium Bullae Gregorianae contra sollecitantes iis interius affingatur.

§ VI.

De Altaribus aliisque Ecclesiae partibus.

Visitandum tum Illmus et Rmus Dnus Visitator omnes Ecclesiae partes perlustravit

chorum, Episcopale Thronum, sedesque Magistratus, altaria omnia, aulam capitularem, organum, sacristiam, turrim campanariam, integramque Ecclesiam.

Et quoniam chorus Canonicorum omnino est adapertus laicorum, hinc inde patens ingressui, Illmus et Rmus Dnus Visitator praecipiendo maudavit, quod columnis marmoreis, sive ferreis cancellis ad utrumque ostium sepiatur, et claudatur, districte insuper inhibens, ne laicis in eo ingressus, vel consessus in posterum permittatur. Mandavit pariter, quod chori sedilia restaurentur, et omnes libri chorales, et postergalia canonicorum renoventur.

Item quod omnia altaria tela cerata, stragulis sericis crucibus cum imagine sculptili Crucifixi, ac novis floribus, candelabris, et tabellis instruantur, nec non renoventur omnes Ecclesiae disci, sive legilia, et gradus altarium marmores lapide constent.

Item quod in ara maxima tabernaculum marmoreum pro dignitate cathedralis ecclesiae marmoreique gradus comparentur, mensa, quae lignea est perpoliatur, et dealbetur in uno, alteroque cornu sarciatur, novoque insuper scabello ligneo, et ante altari serico damasceno instruatur. Et quoniam statua marmorea Sancti Vincentii e sua antiqua cappella amota reperitur, Illmus et Rmus Dnus Visitator maudavit, aut proprium ei axtrui altare aut suae reddi cappellae.

Item quod extruantur duo podia, sive orchestae pro dignitate Ecclesiae, ibique supponantur organos, quorum uni novi folles comparentur. Et quod aula pro Sacerdotibus, et Clericis, aut fornice, aut decenti sublaqueari depicto in meliorem formam reducatur.

Item pro Ecclesiae porta orientalis novis marmoreis gradibus fulciatur, muri exteriores reparentur humiditati fornicis, et cappellarum, quibus poteris mediis consulatur major templi prospectus meridioualis ad elegantiorem faciem pro dignitate redigatur, et turris campanariae pavimenta instaurentur.

Item quod serio, et diligenter attendatur per Illmum et Rmum futurum Episcopum, et Rmum Capitulum, ac quemlibet alium etc. ne in posterum erectione novorum beneficiorum, sive patronalium, sive liberorum in Regali Ecclesia Mazariensi, aut concessione sepulcrorum, sedilium, altariumque, vel appositione inscriptionum, armorum, et stemmatum, aut appositorum mutatione et cassatione, actisque similibus iura regalia quoquo modo violentur.

Visitavit quoque Illmus et Rmus Dnus Visitator scripturas, et libros, quos invenit in capsa: proinde ordinavit extrui archivium in sacristiae loco designato cum armoriolis necessariis, atque in eo inferri omnes scripturas ad Ecclesiam, et capitulum pertinentes, nec non ad singulas dignitates, et canonicatus, ad quem effectum praecipit ea omnia quae in bulla, et instructione Benedicti XIII legantur. Porro curabit futurus Episcopus comminatione poenarum, et censurarum scripturas omnes a quocumque detentas restitui, et eidem inferri, nec non confici librum iudicis earum cum argumentis contentorum.

§ VII.

De Palatio et Curia Episcopali ejusq. Cancellaria et Archivio

Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis ad palatium Episcopale se contulit, illudque integrum perlustravit, una cum magistro Fabro Francisco Bertugna, et quoniam invenit illud magna, et necessaria reperatione, et restauratione indigere, mandavit illud resarciri juxta peritiam in manus regii secreti relictam.

Accessit tum ad episcopalem cancellariam, et archivium, quae in duabus palatii aulis inferioribus sunt. De una alteroque fuerant jam ipsi praesentatae per cancellarium relationes in quibus per eumdem de amborum statu, de officialibus, et eorum munere, de methodo regendae curiae, et judicendi; de proventibus, et poenis, ac de processibus, sive actitatis, et scripturis etc. refertur.

His itaque per eumdem perpensis, visitavit dictam cancelleriam, et archivium, nec non processus, scripturas, volumina, taxam, sive paudectam, et reliqua omnia in illis existentia. Et quoniam invenit aulas cancellariae, et archivii augustas nimis esse pro utraque, et cuique pervias ratione cancellariae, mandavit ipsa, e scamna actuariorum transferri ad aulas, quae e regione sunt, archivium vero in iis ubi nunc est melius disponi aptatis scripturis ea methodo, ut facile reperiri possint, nec humiditate marcescant.

Item quod relicta cancellario cura cancellariae eligatur ab Episcopo archivista, qui archivium custodiat, clausumque semper teneat, nec ullum aditum in eo permittat claves autem ipsius duae sint, quarum una ab Episcopo, altera ab archivista teneatur, nec scripturae ex eo extrahantur, nisi de ipsius episcopali licentia.

Item curabit Illmus et Rmus Episcopus publicum inventarii librum fieri omnium scripturarum, et librorum, in cujus calce describetur actus consignationis faciendae, cuique archivistae in principii officii, et actus obligationis juratae ab eodem emictendae de illis fideliter custodiendis, nec extrahendis etc.

Curabit pariter Illmus et Rmus futurus Episcopus scripturas omnes dicti archivii, sive ad illud pertinentes in eo revocare etiam praevio si opus fuerit monitorio sub poena excomunicationis, et denique comparabit illi copias autenthicas scripturarum, quae in aliis tabulariis publicis sunt, quasque Ecclesiae suae, ac numeri profecturas judicaverit.

Ad haec pro meliori archivii norma Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis praescripsit pariter ea omnia, quae continentur in laudata bulla Benedicti XIII de archiviis.

Item cum invenisset carceres criminales, quos vocant *la Bona*, *e la Gargiola* angustia, et densitate tenebrarum ita affectos, ut pessime paratos, ut illis mancipatus absque vitae descrimine diei substinere non possit, praecipit illos omnino claudi, nec amplius pro carceribus adhiberi, sed aulam prope majorem scalam in criminalem carcerem converti.

Item quod novus carcer civilis pro Sacerdotibus in decentiori loco, et forma extruatur. Turris autem carcerum reaptetur, ejusque salubritate consulatur.

Tandem Illmus Episcopus, seu Vicarius Generalis saltem semel in anno carceres visitent, et interius exteriusque perlustrent, ut et operibus pietatis miserabile ibi detentos sublevare, et statui carcerum materiali suis ordinationibus prospicere valeant.

TITULUS II,

De Visitatione Status Formalis

Mazariensi ecclesiae ea inest forma, ut Episcopus, aut ad regiam praesentationem ad id muneris assumitur pastoralem, et spiritualem curam in urbe per duos canonicos curatos, duosque eis datos Cappellanos, alternumque Parochum expleat; in dioecesi vero Archipresbyteros, Curatosque, quibus multum, cooperantur regulares, episcopalem audientiam ecclesiastiamque jurisdictionem per Vicarium Generalem, Adsessorem, Advocatum Fiscalem, et alios Curiae officiales exerceret, habetque Seminarium in quo ecclesiasticis literis instruitur inventus, bonis moribus imbuitur, et clericalis disciplinae tyrocinio addicitur.

§ I°.

De Episcopo et Pastorali cura

Mazariensis Ecclesia a die vigesimaquarta februarii 1741 suo viduata Pastore per obitum fr. Alexandri Caputo Ordinis Carmelitarum ultimi dictae Ecclesiae Episcopi a Vicario Capitulari Gaspare Maccagnone in spiritualibus gubernatur.

Praesentatis itaque pro parte capituli sedevacante, et dicti Vicarii Illmo et Rmo Dominu Visitatori relationibus de origine, et fundatione Mazariensis ecclesiae, de prima cun-

structione templi maximi, ejusque reparationibus, et renovatione, de structura, titulo, et situ, deque omnium partium, et altarium numero, et descriptione; de Capitulo, ejusque insigniis, et praebendis; de servitio chori, et choristis; de cathedralis Ecclesiae, et capituli privilegiis; de redditibus, et oneribus mensae episcopalis, et de integrae dioecesis locis; de numero animarum dioecesis, de monialibus, de regularibus, deque locis piis etc. Dictisque relationibus per Illmum Dnum Visitatorem Generalem admissis, in iis tamen, quae praejudicare regiis juribus, vel tertii non possunt, et per ocularem inspectionem in Sancta Regali Visitatione recognitis, haec ipse ordinanda censuit, et mandavit.

Quod Episcopus neminem ad clericatum assumat, vel ad ordines promoveat, nisi in Seminario fuerit educatus, et verum, ac reale habeat patrimonium, nec sit unicus, nec plures habeat fratres clericos, nec aliorum fratrum, et sororum portionem patrimonio suo exhauriat.

Item quod praefiniat semel in perpetuum juxta locorum, et ecclesiarum indigentiam numerum clericorum illis necessariorum, eamque praefinitionem tabellae publicae in Curia affigendae consignet.

Item quod quolibet anno transacto Praecepti Paschalis tempore ab omnibus Parochis statum animarum totius Dioecesis efformari, et in cancellaria episcopali exhiberi curet, in quo distincte describatur numerus hominum, cum distinctione marium, feminarum, et aetatis singulorum; numerus natorum, numerus mortuorum, numerus communicantium, numerus confirmandorum; numerus ecclesiasticorum saecularium, et regularium; numerus desponsatorum; numerus eorum qui Praecep. Paschale non impleverunt; ac numerus eorum qui ecclesiasticis censuris innodati reperiuntur. Qui status cujusque loci a quolibet Parocho subscriptus, ejusque sigillo munitus asservetur in episcopali archivio, et quolibet anno tabella in cancellaria affigatur, in qua summae status cujusque loci sub certis rubricis publicentur.

§ II.

De Episcopali Audientia

Magna Curia Episcopalis Mazariensis juxta antiquam, et statutam formam regitur a Vicario Generali, cui certi, et assignati ministri presto sunt, scilicet unus, vel duo ad Episcoporum libitum Adsessores, Advocatus fiscalis unus, vel duo, si necessitas postulaverit, Procuratores fiscales, Advocatus pauperum, Cancellarius, plures Scribae, Carcerarius, et sex Porterii, quod et vacante nunc sede observatur.

Praesentata ergo per Cancellarium relatione Curiae, eaque mature examinata, nec non admissa in non praejudicialibus Regi, et tertio Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis abusibus, vel irreptis, vel facile admittendis occursurus, haec quae sequuntur statuit, atque decrevit.

In primis, quoniam Tribunal, ut vocant vel Curia Episcopalis modo domi Vicarii Generalis vel Adsessoris, et modo alibi cogi consuevit Illmus Dnus Visitator, commodo Advocatorum, et partium, dicendique, et patrocinandi, sive defentionis, et justitiae libertati prospiciens jussit, atque mandavit, quod pro administranda justitia Curia locum in episcopali palatio habet liberum, certum, fixum, ac segregatum, in quo erigatur Tribunal Vicarii, ut ad formam juris, ubi pro tribunali sedere, et sententia proferre, ac audientiam publicam concedere valeat, et teneatur sub poena nullitatis actorum.

Item quod fiat perpetua horarum distributio, juxta varietatem temporum, et dierum, ut statis horis justitia reddatur, indeque dictae distributionis fiat tabella, quae publice perpetuo pendet in cancellaria.

Item quod in exigendis Curiae emolumentis observetur adamussim taxa innocentiana, quae pariter affixa in Cancellaria semper existat.

47

Item ne vero ullos unquam Ministros Curiae adigere ad indebitas esactiones valeat praetextus, neve saltem de his suspicio aliquem incesset Illmus futurus Episcopus mercedem, vel salarium de redditibus Episcopalis Cancellariae Officiariis adsignet, sibique adscribat emolumenta Curiae, si tamen indiguerit.

Item quod in delictis non devaniatur per Curiam ad carcerationem, nisi judicialiter instructo processu super delicto, et si agatur de inhonestae consuetudinis vitio, familiarum honestarum conditioni consulat judicialiter non procedendo, nec publice. In delictis autem stupri, adulterii, ac id genus aliis judicialiter non procedat, nisi ad instantiam maritorum, parentum, vel eorum, qui loco ipsorum sunt.

Item quod eligantur duo mulctarum Depositarii, unus ab Episcopo, alter a Capitulo, penes quos deponantur poenae pecuniariae, et legitimae transactiones ad pium aliquem usum ad nutum Episcopi expendendae. Horum vero Depositarium singulis biennis fiat electio, qui sue officio functi, et interim ad omnem Episcopi requisitionem rationes ipsi reddere teneantur.

§ III.

De capitulo, et Can. Cathedr. Ecclesiae.

Capitulum, et Canonicatus Mazariensis Ecclesiae antiquissimi sunt, et cum primigenia originem suam sortiri, licet sequioribus temporibus creverit numero.

Erant olim hujus Ecclesiae tres Dignitates a Regiis Visitatoribus Francisco de Puteo anno 1583, et Philippo Jordio anno 1604 memoratae, quarum I Cantoratus, II Archidiaconatus, III Decanatus, sed anno 1610 die septima Novembris, Thesaurarius, qui erat unus de Personatibus in quartam dignitatem, ab Episcopo La Cava fuit evectus.

Hae autem Dignitates de gremio Capituli non sunt, neque vocem in eo habent, neque in ejus negotiis ullatenus se immiscere possunt, nisi, et Canonicatum habeant.

Canonici olim tresdecim numerebantur ordinarii, et tres supernumerarii, ut tempore Francisci Puteo Regii Visitatoris anno 1583, sed Philippus Jordius Regius Visitator ordinariorum numerum ad quindecim adauxit praecipiens creari Canonicos Poenitentiarium, et Theologum. In praesentiarum undevigiuti sunt numerarii, sive ordinarii, adaucti per Episcopum Franciscum Mariam Graffeum, evectis ad gradum Canonicorum duobus Cappellanis Curatis, et Terminatore.

His undeviginti accedunt quatuor supernumerarii, at omnes vigintitres modo sint.

Antiquitus Canonici utebantur almutio nigri coloris, cum superpellicio, ut opera Episcopi Graffei per Bullam Innocentii XI datam Romae Kal. Octobris 1686, habent nunc cappam magnam violaceam, ac rochetum.

Collatio Dignitatum, et decem et septem Canonicatum sit modo libere, aut a Romano Pontifice, aut ab Episcopo juxta mensium distributionem praeter primam Dignitatem Cantoratus, quae a Sede Apostolica quocumque mense providetur: Supranumerarios semper eligit Episcopus cum consensu Capituli.

Sunt, et duo Canonicatus fundati cum obligatione interessendi quotidie in Choro, quorum electionem, sive collationem Episcopo cum assensu Capituli Fundatores reliquerunt.

Caeterum constat ex diplomate Friderici Regis super decimis existente in Archivio Ecclesiae Cantoratum, et Canonicatus ejusdem esse Regales ex dotatione, constat enim ex Codice *Praelatorum Regni* servato in Regia Cancellaria, Canonicatum majorem dictae Ecclesiae sub titulo S. Johannis de Bernardis Calatafimi, nunc ab Archidiacono possessi: et Beneficium S. Georgii tum erectum in Canonicatum, ut scribit Pirrus, qui possidetur a Cantore esse Regiae nominationis, et praesentationis, proinde eos Regio patronatui reintegrandos esse Illmus Dnus Visitator judicans, ad Sacram Regiam Majestatem negotium censuit referendum.

Porro praesentata pro parte Capituli relatione ejus status, eaque per Illmum Dnum Regium Visitatorem examinata, admissa tamen in non praejudicialibus Fisco, et tertio, idem Illmus Dnus Visitator visitavit omnes Canonicatuum bullas, et literas desuper Regii exequatur, nec non audivit omnes Canonicos in personali cujusque visitatione, ac perlustravit Capitulares Constitutiones in Capituli negotiis gerendis, et in omnibus adamussim observari sub poena nullitatis actorum.

Quoniam vero Decanus dictae Ecclesiae diu abest a suae residentiae loco Illmus Dnus Visitator mandavit, quod infra duos menses ad suam residentiam se restituat alias sequestro fructuum mulctetur.

Mandavit insuper quod Canonicatus Theologalis, et Poenitentialis, omnino conferatur per concursum juxta praescriptum Bullae Benedicti XIII, quae incipit *Pastoralis Officii*.

Item quod Canonicus Theologus per seipsum suum expleat munus in Sacrae Scripturae expositionibus, et Theologiae lectionibus peragendis juxta determinationem materiarum, et horarum, ab Episcopo faciendam sub poena trium scutatorum omnino incurrenda, et piis usibus ad nutum Episcopi applicanda, nisi fuerit legitimis distensus causis ab Episcopo pariter recognoscendis.

Item, quod antiqua divisio Canonicatum in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, et praesertim illa facta per Episcopum Lomellino, quae extat in Rollo Constitutionum Capitularium in usum revocetur, et omnino observetur.

§ IV.

De Personatibus, Choristis, et aliis Ecclesiae Ministris.

Servitio Ecclesiae, et Chori Mazariensis Cathedralis, olim addicti erant sex Sacerdotes, quorum quatuor erant hebdomadarii ad canendam Missam, et duo Vivanderii, qui Chorum regebant, duo Diaconi, et duo Subdiaconi, hic Administrorum numerus erat tempore visitationis Francisci Verti anno 1542. Arnedus vero Regius Visitator anno 1552 Sacerdotes ad duodecim adauxit, quorum duo Cappellani, qui administrabant omnia Sacramenta. Duo Diaconi, et duo Subdiaconi. Personatus, sive Beneficiati septem erant tempore Regii Visitatoris Francisci del Pozzo anno 1583; scilicet Thesaurarius, Cappellani duo, Terminator, Subcantor, Magister Scholae, et Terzerius. Tempore vero Philippi Jordii anni 1604 Regiam Visitationem exequentis, erant servitio Mazariensis Cathedralis adjecti Presbyteri duodecim, Diaconi duo, Subdiaconi duo, Clerici pro servitio chori duo, Personatus septem, et duo Coadjutores Curatorum, ut ipse ait a Regio Visitatore praedecessore novissimè deputati.

Porro quamquam Thesaurarius ab Episcopo La Cava, et duo Cappellani, et Terminator de Personatibus per Episcopum Franciscum Mariam Graffeum ad Canonicorum gradum fuerint evecti, tamen synodus Episcopi Bartholomaei Castelli anno 1698 declaravit illos obstrictos cunctis Personatuum obligationibus, quorum exercitium non repugnat cum Canonicatu.

Hunc vero servitio Ecclesiae Cathedralis praeter supranumeratus Canonicos, et Dignitates addicti pariter reperiuntur viginti Choristae, scilicet Subcantor, Magister Scholae, et Terzerius, qui dicuntur de Personatibus, iique una cum aliis quinque almutio nigri coloris insigniti deserviunt Choro, operamque Deo dant Cantui Gregoriano; alii duodecim aliis Chori servitiis sunt addicti.

Sunt, et alii Beneficiati supranumerarii almutio pariter insigniti, quorum munus est canendi Evangelia in Missis Canonicalibus, accedunt his Thesaurarius, qui praeest Sacristis, duoque Coadjutores in Sacramentorum administratione.

Quos omnes cum Illmus Dnus Visitator Gen. visitasset, mandavit quod Episcopus non

eligat in Personatus, sive Beneficiatos, et Choristas, nisi illos, qui cantum Gregorianum callent, habito prius publico, et rigoroso examine cum interventu Cantoris, sub poena nullitatis electionis.

§ V.

De Sacristis, et Servientibus Ecclesiae

Servitia quotidiana Ecclesiae Cathedralis a Sacristis explentur, quorum duo dicuntur majores, alii tres minores, qui Missis quotidianis inserviunt, est et alius Sacrista servitio Cappellae SS. Sacramenti addictus. Eorum itaque numero, munere, cura et stipendiis per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem perquisitis, ac examinatis, decrevit, quod ad uberiorem Ministrorum adsistentiam prout usque Ecclesiae servitium, Illmus et Rmus futurus Episcopus Sacristas eo stipendio provideat, quod a bonae memoriae Episcopo Castelli consequebatur.

Item ne vestes sacrae, caeteraque ornamenta usui, ministerioque Ecclesiae addicta, et reliqua Ecclesiastica suppellex squallore, ac pulvere absordescant, et conficiantur, Illmus et Rmus Dnus Visitator, puritati, ac nitori, qui domum, et res Dei decet consulere intendens, mandavit, ac jussit, quod Sacristae diligenter dent operam mundandis, et perpoliendis sacris suppellectilibus sub poena trium tarenorum, invigiletque Thesaurarius, quem Illmus Dnus Visitator in curatorem perpetuum sacrae munditiei constituit, ut ii hac in re diligentes se exhibeant dictam poenam cum opus fuerit exigendo, ac Ecclesiae applicando.

§ VI.

De servitio Chori

Quatuor Dignitates, et Canonici decem, et septem, licet ad praescriptum Sacrorum Canonum, et Concilii Tridentini, ac synodalibus constitutionibus praesertim Episcopi Gasch nec non decreto Regii Visitatoris Jordii ad quotidianum Chori servitium teneantur, ut par est in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, adhuc tamen id muneris obire detrectant, servitioque Chori dumtaxat navant viginti Choristae una cum duobus Juris Patronatus Canonicis, quibus ex speciali fundamentorum voluntate est annexum onus ejusmodi.

Ab Archipresbytero de Salemi uncias duas, et tarenos quindecim. onz 2 15 »
Ab Archipresbytero Alcami uncias tres. onz 3 » »
Ab Archipresbytero Castriveterani unciam unam. onz 1 » »
Ab Archipresbytero Partannae unciam unam. onz 1 » »
Ab Archipresbytero Salae Parutae tarenos sexdecim onz » 16 »
Ab Archipresbytero Castri ad mare tarenos sex. onz » 6 »

Ab Archipresbytero Gibellini tarenos duodecim	on7	»	12	»	
Ab Archipresbytero Calatafimi uncias duas et tarenos quindecim.	on7	2	15	»	
Ab Archipresbytero Carini unciam unam	on7	1	»	»	
Qui redditus in totum ascendunt ad annuam summam un7 biscentum nonagintaduo taren. quatuor, gr. 16 4.	on7	292	4	16	4

Onera et Gravitiae.

Habet Seminarium Mazariense infrascripta onera, et gravitias annuales vid.

Commendae Sanctae Mariae de Alto tarenos viginti.	on7	»	20	»
Monasterio S. Elisabeth Drepani grana quindecim.	on7	»	15	»
Beneficiato Sancti Spiritus, tarenos undeviginti	on7	»	19	»
Ecclesiae Parocchiali S. Nicolai, uncias duas	on7	2	»	»
Mensae Episcopali Mazariae, tar. 24, et gr. 12.	on7	»	24	12
Cappellano pro quatuor Missis qualibet hebdomada in altari Sancti Johannis dictae Parochialis uncias octo, tarenos duodeviginti, et gr. quindecim.	on7	8	18	15
Monasterio Sanctae Venerandae, tarenos decem.	on7	»	10	»
Monasterio Sancti Michaelis, tarenos quinque.	on7	»	5	2
Cappellano Seminarii pro commodo seministarum in diebus festivis uncias sex, tarenos vigintiocto, et gr. 10	on7	6	28	10
Pro celebrando festo S. Joannis in dicta Parochiali uncias tres .	on7	3	»	»
Rectori uncias decem	on7	10	»	»
Ministro uncias octo	on7	8	»	»
Magistro Cantus Gregoriani, uncias sex.	on7	6	»	»
Notario uncias duo.	on7	2	»	»
Detentori Librorum uncias sex	on7	6	»	»
Barbitonsori uncias duo, et tarenos duodecim	on7	2	12	»
Coco uncias octo	on7	8	»	»
Lotrici uncias quatuor.	on7	4	»	»
Famulo uncias quatuor	on7	4	»	»
Qui exitus ascendunt ad uncias.	on7	73	18	12

Summa Summarum

Introitus in totum	on7	292	4	16	4
Exitus.	on7	73	18	12	
Unde remanet summa liquida in	on7	219	14	4	4

Quibus omnibus per Illmum, et Rmum Dnum Visitatorem visitatis, fuerunt emanata Decreta infrascripta, vid.

Decreta

Illmus, et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod in Seminario augeatur numerus Alumnorum pro numero saltem locorum Dioecesis.

Quod ad augendos Seminarii redditus Illmus et Rmus Episcopus Universitates locorum ad contribuendam portionem uni, vel pluribus Alumnis necessarium adigat, concessa eisdem facultate nominandi unum vel plures adolescentes, quos in Seminario alendos desideraverint.

Praeterea curet Illmus et Rmus Episcopus impetrata Conventuum parvorum suppressione, sive per unionem Beneficiorum, et fidelem observaotiam decreti superius editi de non ordinandis adoloscentibus extra Seminarium, redditus ejusdem augere, locum ad opportunitatem ampliare, aliasque lectiones, et exercitia introducere, quibus pietate simul, et literis optime adeloscentes instituantur.

Ad haec Illmus et Rmus Dnus Visitator mandat, quod legatur etiam tractatus de computo Ecclesiastico, et Theorica cantus Gregoriani. Praeterea instituantur quatuor exercitationes academicae in singulos menses, nimirum de Sacra Scriptura, Sacris Ritibus, Historia Critica Ecclesiastica, et Antiquitatibus. Denique injungit Illmus, et Rmus Dnus Visitator Rectori, et Deputatis, quod frequentare quotidie faciant exercitia *Linguae Latinae* et *Cathechismi*, ac rudimentorum fidei ab omnibus cujuscumque classis adolescentibus.

Quod in quocumque quatrimestri examinentur adolescentes super literis, nec non eorum mores, et profectus explorentur.

Quod conficiantur regulae Seminarii tum ex iis, quae in Synodis Mazariensibus sancitae reperiuntur, cum ex aliorum Seminariorum Regni, praesertim Agrigentini statutis; hae vero postquam peractae, et ab Illmo et Rmo Episcopo fuerint approbatae, fideliter observentur, et semel in hebdomoda publice legantur.

Quod ad sanitatem tuendam adoloscentium claudantur arcuati hiatus deambulacri, quod Gallariam vocant relictis tribus fenestris, quae sicut, et aliae omnes Seminarii vitris obducantur. In singulis etiam aulis adolescentium commoda necessaria construantur, loco designato. Curetur munditics officinarum, praesertim refectorii, quod amplioribus fenestris ex parte occidentali instruatur, et muro, et porta claudatur ex oriente. Denique erigatur in Seminario Oratorium, sive Cappella loco designato, aut alio quocumque decentiori, et opportuniori.

Quoniam ob veteris detentoris impedimentum libri rationum praeteritarum Seminarii discuti, et examinari per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem exacte non potuerunt, nec certa oeconomia methodus circa sumptus, victus pro unoquoque adoloscente, et caeterarum rerum necessariarum Seminarii potuit praefiniri; idem Illmus et Rmus Dnus Visit. mandat, quod ut primum poterit, et revisio, et praefinitio diligenter a futuro Episcopo, conficiatur simul cum Deputatis, computa autem singulis saltem annis idem Episc. revideat.

Quod fiat exactus rollus redditnum, et construatur in sala Rectoris Armarium, in quo omnes libri rationum, regulae, libri asseosus, rolli, ac reliquae scripturae ad Seminarium pertinentes conserventur, cujus armarioli claves una ab Episcopo, una a Deputatis, tertia a Rectore habeatur.

Decreta generalia

Pro conservatione rerum, et bonorum Regii Juris Patronatus

Quod Illmus et Rmus Dnus Episcopus, aliique omnes, qui Ecclesias, et Beneficia, et Regii Juris Patronatus possident, teneatur intra sex menses diplomata, instrumenta, ac scripturas omnes ad bona, et jura dictarum Ecclesiarum spectantia colligere in proprio Archivio diligenter custodienda, ad effectum vero ejusmodi Archivistae, et Custodes omnes publicorum tabulariorum Regni ab ipsis requisiti notitiam intra dictum tempus eisdem communicare omnium monumentorum in propriis Archiviis existentium, quae ad Ecclesias singulas pertinent, teneantur.

Quod ex scripturis ut supra colligendis, aliisque quibus poterit mediis fiat rollus exactus bonorum, et jurium quaque aetate, et saeculo ab Ecclesiis possessorum, nec non eorum, quae nunc ab Ecclesia possidentur, adnotatis in fine praetentionibus inde resultantibus, ac indicatis scripturis, quibus eaedem fulciuntur. Rollus autem ejusmodi intra idem semestre conficiendus manu duorum publicorum Notariorum subscribatur.

Quod Illmus et Rmus Episcopus, omnesque ut supra intra aliud subsequens semestre exactas plantas geometricas a peritis fieri curent, unam nempe feudorum, et bonorum in propriis Ecclesiis antiquitus possessorum, et deperditorum, alteram vero eorum, quae modo possidentur cum suis linibos, et limitibus; quas quidem plantas in forma authentica in archivio servabunt, copiam vero unam archivio Sacristiae inferent, alteramque in tabulam reduci facient in palatio Episcopali publice propensuram.

Si qui fines, et limites amoti, corruptique, aut alias deperditi inveniantur renovari, instaurari, et reponi additis Ecclesiae insigniis intra idem tempus omnino curabunt.

Quod his omnibus adimpletis statim teneantur sub poena sequestri redditnum in scutatis mille Regio Fisco applicandis, Advocatum Fiscalem Regalis Patrimonii certiorem reddere de implemento, ac praetensionibus omnibus inde resultantibus Ecclesiarum.

Quod singulis trienniis curare teneantur, ut fines, et limites feudorum, et bonorum per peritos recognoscantur, de qua recognitione Regios Civitatum Secretos instruent, qui comparatis sibi undique notitiis eidem Advocato Fiscali referre debeant da statu, et redditibus dictorum bonorum, ac finium. et limitum, nec non de praesentationibus Ecclesiarum ac de gestis ab Episcopo, et Beneficiariis pro vindicatione usurpatorum.

Quod non fiant alienationes, concessiones, locationes ad longum tempus, contractus emphyteutici bonorum Ecclesiarum Regii Patronatus, aut transactiones quaecumque super earumdem rebus. redditibus, juribus, nisi praevio regio assensu effective impetrato, et servatis sollemnitatibus, servari solitis in alienationibus bonorum fiscalium. Nec ullatenus contractus ejusmodi celebrentur cum clausula, salvo assensu impetrando, si secus autem fuerit gesta omnia vitio nullitatis subjacebunt, et transgressores, et Notarii ultra poenas contra alienantes bona ecclesiastica, et fiscalia mulctam scutatorum mille subient Regio Aerario irremissibiliter applicandam.

Si quando res postulaverit, ut bona, et feuda Ecclesiarum Regalium locentur iis, qui contermina bona possident, non aliter contractus fieri possit, quam praevia per publicos peritos confinium recognitione, quae in eodem publico instrumento inseratur, et si ad plures annos prorogari locationem contingerit ejusdem semper recognitionis publicus actus prorogationem praecedat. Quidquid vero secus actum fuerit ipso jure sit nullum, et Notarii, et partes poenam scutatorum mille Aerario Regio insuper luent. Quod de expressis locationibus mandatum est, idem, et de tacitis sancitur. In emphyteusi quoque temporanea, et locatione ad longum tempus annualis haec confinium recognitio omnino fiat sub eisdem poenis nullitatis, et pecuniariis; in contractibus vero jam diu inchoatis sub poena pecuniaria praedicta idem omnino servetur.

Quod bona Ecclesiarum Regii Patronatus ultra triennium, nec tacite reconduci, nec expresse eidem personae, locari possint absque edictis et caeteris solemnitatibus servari solitis pro bonis fiscalibus, aliter vero facta reconductio, vel locatio nullius sit roboris, et momenti, et contrafacientes poenam eamdem statim incurrant.

Quod fundi casalenorum, qui ad Ecclesias Regii Patronatus pertinent non possint a quopiam alienari, et concedi, nisi praevio assensu Regis sub iisdem poenis.

Quod tempore sedis vacantis omnes, et singuli contractus locationum, et ingabellationum, etiam annualium, aliaeque cujusvis generis conventiones super bonis Regiarum Ecclesiarum fieri a Regiis Secretis, sive oeconomis non possint, quam cum sollemnitatibus in bonis fiscalibus servari solitis. Nullatenus vero praedia Ecclesiarum minoribus solito pensionibus locari, vel de exortis limitum controversiis concordias iniri, aut causas agi, nisi conconsulto prius Advocato Fiscali Regii Patrimonii.

Quoniam plerumque accidit, ut mortuo Episcopo archia episcopalia expilentur, ut reperta in ejusdem aula, sive Secretaria diplomata, scriptura, aliaque ad mensam Ecclesiamque Episcopalem pertinentia facile deperdantur, curae Regio Secreto erit statim, ac

Praelati obitus acciderit archium, et armaria omnia scripturarum coram duabus primis Dignitatibus Capituli claudi, et obsignari sigillis Regiae Secretiae, et Capitulari, illatis prius diligenter, et fideliter in eodem Archivio scripturis omnibus, et epistolis, quas in aula episcopi, et secretaria invenerit, a nemine eas legi permittens. Illud vero non resignari, nisi coram novo Episcopo, si tamen urgens necessitas aliud non postulaverit, et de his omnibus publicum instrumentum per manus Notarii fieri satagat

Quod nemo Episcoporum, Abbatunm, Beneficiorum, aliorumque Rectorum, Ecclesiarum Regalium bona, et res illarum in emphyteusim perpetuum dare cuiquam possit, conjunctis vero, nec in emphyteusim temporaneam, locationemve ad longum tempus sub poena nullitatis.

Ad haec invigilabit Regius Secretus attente, an nihilominus contra formam in superioribus ordinationibus expressam, concessiones, alienationes, locationes, emphyteuses, transactiones etc. fieri prorogari, et confirmari contingerit, atque singulis annis propositis poenalibus edictis quoscumque ad veritatem retegendam requiret; Notarios praesertim ad revelandum compellens omnes, et quascumque bonorum Ecclesiae distractiones, et contractus. Et de his omnibus Advocatum Fiscalem Regii Patrimonii pariter certioret.

Quae quidem omnia his ordinationibus perpetuo valituris, Illmus et Rmus Dnus Visitator sancit, atque decernit, salvo tamen jure addendi, et mutandi, eaque inviolabiliter observari mandat sub poena Regiae indignationis, et sequestri reddituum in summa scutatorum mille Regio Aerario irremisibiliter applicanda pro reintegratione expensarum Santae Regalis Visitationis.

Visitatio Abbatiae s. Nicolai de regali in civitate Mazariae, adnexae Cantoriae Panormitanae Ecclesiae Cathedralis

Comes Rogerius, cum sibi Mazariam in Regiam Sedem delegisset templum Sancti Nicolai cum Coenobio Cistercientium, aut ut alii volunt Benedictinorum construxit infra Mazariae urbis maenia, dotavit, atque univit altero Monasterio ejusdem Ordinis Sancti Benedicti sub invocatione SSmae Trinitatis Mileti Calabriae, ut ex ejus privilegio dato an. sal. 1102 die 10 Junii 11 Ind. Ab anno vero 1345 a Monachis derelictum, uti simplex beneficium habitum est; anno deinde 1439 fuit erectum in praebendam canonicalem Ecclesiae Mazariensis. Postremo anno 1561 die 13 junii 4 Ind. instantibus Praesulibus in Comitiis generalibus Regni unitum fuit in perpetuum a Rege Philippo II Cantoriae Metropolitanae Ecclesiae Panormitanae.

Nunc vero dictam Abbatiam possidet D. Alphonsus Fernadez uti Cantor dictae Panormitanae Ecclesiae. Parva est Ecclesia, uno altare instructa, desuitur modo a Priore, uno Cappellano, et Sacrista, quos omnes eliget Abbas.

Die quinto Januarii 1742.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis D. Joannes Angelus de Ciocchis examinata relatione praesentata per Priorem, qui modo est Canonicus D. Petrus Leo, eaque admissa citra tamen omne praejudicium jurium Regis, ipsius Abbatiae, et tertii, ad dictae Abbatiae Ecclesiam se contulit, ubi a Priore et Cappellano honorifice, et pro more exceptus visitavit altare, integram Ecclesiam interiorem, et exteriorem fabricam, nec non ejusdem Ministros, eorum servitium Missarum, et onorum implementum, denique bona, redditus, atque gravitias.

Quibus omnibus diligenter perlustratis, Illmus et Rmus, Dnus Regius Visitator Genlis mandavit, quod altare ad justam mensuram attollatur, et amplietur intra mensem.

Quod duae fenestrae ecclesiae vitris instruantur, et fornicis apertura sub campana claudatur, pavimentum integrè renovetur.

Quod planeta coloris violacei renovetur, et candelabra ex auricalco instaurentur.

Quod juxta taxationem Regii Visitatoris de Puteo pro fabrica, et jocalibus Ecclesiae Sancti Nicolai sex unciae quotannis deponantur in capsa depositi Maragmatis Ecclesiae Mazariensis, quae administrentur, et expendentur pro reparatione, et jocalibus dictae Ædis Sancti Nicolai, cum intelligentia Procuratoris Cautoris, et sub eisdem regulis, et declarationibus pro Maragmate dictae Ecclesiae editis.

Quod in dicta Ecclesia quemadmodum ordinavit Dnus Visitator de Puteo celebretur bis Missa in hebdomada, et diebus festivis per annum: quod Illmus Dnus Visitator ita intelligendum declarat, ut praeter Missam in dominicis, aliisque diebus festis de praecepto, duae aliae in hebdomodas singulas Missae celebrentur, quas in suffragium Defunctorum Principum applicandas mandavit.

Bona vero, et redditus Abbatiae, seu Beneficii Sancti Nicolai lo Reale, sunt quae sequuntur.

Bona et redditus

In primis possidet Abbatia Sancti Nicolai territorium nuncupatum Sancti Johannis existens in destrictu civitatis Mazariae juxta feudum Birribaidae, terras dictas *del Celso*, feudum Racasalis, et Ansalbi, et viam publicam, quae ducit Castrum Veteranum, cujus redditus ad praesens sunt unciae centum quatraginta quolibet anno. . . . . onz	140	»	»
Item possidet caupona, vulgo *posata* posita juxta Ecclesiam, ac prope portam maris dictae civitatis, locata pro annuis unceis decem . . onz	10	»	»
Item possidet clausuram terrarum formae triangularis positi tam extra maenia dictae civitatis prope portam, quae dicitur Panormi, locatam pro annuis unciis tribus . . . . onz	3	»	»
Quare suprascripti redditus in totum ascendunt ad annuas uncias centum quinquagintatres . . . . onz	153	»	»

Onera

Cum dicta Abbatia, sive Beneficium exemptum fuerit declaratum a solutionibus pro quibuscumque donativis ordinariis, et extraordinariis impositis, et imponendis a Regni comitiis, nec non a spoliis ex sententia Tribunalis Regalis Patrimonii die 23 octobris 9 Ind. 1610, et literis observatorialibus die 4 julii 1687, ut retulit Cantoris Procurator, ejus onera consistunt tantum in annuis unciis sex pro fabricis, et jocalibus, ac in celebrationibus missarum, annuoque festo Sancti Nicolai.

Quibus omnibus per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem visis, atque consideratis fuit mandatum.

Quod observentur quoad bona, redditus, et jura beneficii, decreta generalia edita pro conservatione rerum, et bonorum Regii Juris Patronatus, et ita etc. Salvo jure addendi et mutandi etc.

Supellectilia vero, et jocalia, quae Illmus et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator invenit, sunt quae sequuntur.

Supellectilia et jocalia

In primis un calice con piede di rame, e coppa di argento con sua patena.
Item n. tre corporali, delle quali due sono atti a celebrare, e l'altro è tarlato.
Item due candelieri di bronzo per sopra l'altare, uno dei quali è rotto.
Item un palio di altare di tela, e pittura non buono, ed un altro violato lacero.
Item n. sette casubole, cioè una di drappo antico di color giallo colle fasce di mezzo

di riccamo bianco, e rosso di taglio all'antica con stola, e manipolo, e borsa di ritaglio poco buona.

Item una casubola di lama bianca con suo gallone d'oro nel mezzo, con stola, e manipolo mediocre.

Item una casubola di raso fiorato bianca rossa, e gialla, foderata di tela incarnata con suo gallone falso, manipolo, e palla mediocre.

Item una casubola di damaschello à color di caffè con linee bianche, e violate, gallone di seta bianca, e rossa, foderata di tela nera, con manipolo stola, e borsa.

Item una casubola di campo rosso, e fiorato di fiori bianchi con gallone di seta a color d'oro, foderata di tela gialla con stola, manipolo, borsa e palla.

Item una casubola di velluto verde con fascia in mezzo di color d'oro, senza gallone fedérata di tela verde con stola, manipolo, e borsa di diversi colori.

Item tre casubole di terzanello foderate di tilella, una rossa, una verde, e l'altra violata con galloni di seta, sue stole, manipoli, e borse.

Item tre sopracalici, seu veli di seta, due violati, e l'altro di diversi colori.

Item un cammiso di tela ordinaria di casa con guarnizione di filo ordinario, ammitto, e cingolo fatte dal Signor Vincenzo Romano.

Item altro cammiso di tela ordinaria di casa con guarnizione di filo ordinario, ammitto, e cingolo fatte dal Signor Vincenzo Romano.

Item altro cammiso di tela lisciandrina con guarnizione di filo larga tre dita con suo ammitto di tela di Olanda, e fettucce incarnate e guarnizione d'oro al fine, e cingolo fatti nuovi dal suddetto Romano.

Item un cammiso di tela grossa inservibile.

Item altri tre ammitti, uno di tela della Cava con sue fettucce, e l'altri di seta Liciandrina con sue fettucce incarnate nuove fatte dal detto Romano.

Item un cammiso di tela di Olanda con sua guarnizione all'antica piccola larga un dito.

Item tre tovaglie di altare usate; due di tela ordinaria, e l'altra di tela lisciandrina.

Item altre due tovaglie, si tengono dall'Illmo Baldassar Putatore.

Item due tovaglie di tela lisciandrina nuove fatte dal suddetto Romano.

Item una tovaglia di tela per il *Lavabo* delle mani nella Sacristia, fatta dal sud. Romano.

Item purificatori num. undici di tela di Olanda usati, e num. sei di tela di bisso nuovi fatti dal detto Romano.

Item quattro candelieri di legno con suoi vasi vecchi con croce di bronzo senza Crocifisso con piede di legno con suoi rami mediocri, li candelieri vecchi.

Item una paranza di candelieri, e vaso di legno di mistura con suoi rami fatti da det. Romano

Item un lampiere di rame all'antica.

Item una campanella senza manico per le messe.

Item una campanella al campanile, murata, non se ne sa il peso.

Item due berrette vecchie.

Item un quadro di S. Niccolò con sua cornice di mistura, posto all'altare.

Item un messale antico.

Item un casciarizzo, ove si conservano li giogali.

Item un legio di legno vecchio.

Item un palio di altare di broccatello rosso, e bianco, foderato di tela bianca.

Item un messale con fettucce verdi coll'aggiunta dei Santi per il messale antico, e preparatoria.

Item tre carte di *Gloria* con cornice nera.

Item una campanella di bronzo per l'altare.

Item un cuscino di broccatello torchino, foderato di tela.

Item una tovaglia di altare, due corporali, e otto purificatori.

Visitatio Abbatiae, seu Prioratus SSmae Trinitatis, sive de Castro Veterano, cujus ad praesens Abbas est D. Joseph Brancaccio.

Abbatia, seu prioratus SSmae Trinitatis Deliae a fendi cognomine, in quo situs est ita nuncupatus, sive de Castro Veterano, a quo duo millia passus distat, sive aliquando de Ficano; quo tempore constructus fuerit, ignoratur. Fuit jam olim Abbatia Ordinis Sancti Basilii, vel Sancti Benedicti, tum vero unita Monasterio Benedictorum Sancti Johannis de Eremitis, Prioratus evasit, in quo sub Priore Monachi quamplures Divinis inserviebant. Sed demum commendatus, ac ad regiam praesentationem conferri solitus, nescitur cur fuerit a monachis derelictus. Franciscus de Puteo Regius Visitator, cum unum Presbyterum Secularem a Priore constitutum, Ecclesiae deservientem invenisset, revocationem Monachorum, cellarum exaedificationem, et Prioris residentiam jussit. Sed temporis inde lapsu, sive ut obtenditur ob malam aeris constitutionem, modo, et monachis caret, nec Prior in eo residet.

Prioratum modo possidet Abbas D. Joseph Brancaccio, cui ad Regis nominationem fuit collatus anno 1739, ut ex Bullis, et executorialibus in actis Sanctae Regalis Visitationis praesentatis apparet.

Ecclesia mediocris amplitudinis, fornice, columnis, picturis, ac supellectilibus decenter ornata, Sacrario vero, ac pluribus aulis, et officinis pro commodo Cappellanorum instructa desueritur, modo a duobus Cappellanis, qui in ea celebrare quotidie tenentur, nec non a Sacrista, seu Eremita, quos omnes Prior eligit, ac stipendiis munerat. Redditus annuus Prioratus est unc. noningentorum vigintisex, tarenorum duorum, granorum quatuor, et piccolorum duorum fabricae non indigent reparationem. Pro iis autem, et jocalibus, ac supellectilibus tenetur Prior quotannis impendere unc. decem, et octo.

Die septimo Decembris 1741

Itaque Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator D. Johannes Angelus De Ciocchis cum ad dictum Prioratum se contulisset a Cappellanis honorifice pro more exceptus, visitavit Ecclesiam, Sacristiam, et reliquas Prioratus partes, nec non supellectilem, et fabricas omnes tum interius, cum exterius. Item Ministros, seu Cappellanos, et eorum servitium et missarum, onerumque implementum, denique Prioratus bona, et redditus omnes.

Quibus quidem diligenter visitatis, decrevit, et ordinavit, quod pavimentum Ecclesiae de novo construatur opere lateritio vitriato.

Quod Ecclesia dealbetur intus, et exterius.

Quod Sedes Confessionalis reaptetur, integaturque, ac ita pariter locus Poenitentis juxta formam a S. Carolo praescriptam. In fenestrella cratem ligneam, et ferream habeat, et instruatur tabellis casuum reservatorum, et Bullae coenae, nec non Bulla Gregoriana contra sollecitantes.

Quod reaptetur fons aquae lustralis.

Quod atrium exterius Ecclesiae dealbetur, ac repiatur cancellis ligneis affabre factis, qui clausi semper teneantur, ne in illud bestiae irruant, et foedent; obstruaturque, quae in aditu ad arcendas bestias offenditur fovea.

Quod missae duae omnino celebrentur quotidie in dicta Ecclesia.

Quod super concessione emphyteutica paucis ante annis facta Joachimo Magone aquae, uti dicunt spandente dicti Prioratus, pro annuo canone unius unciae, et decem et octo tarenorum obtineatur a Priore intra mensem adsensus Regius; alias contractus nullitatis vitio subiaceat. Quod fiat etiam super concessionibus omnibus a trigiuta annis factis.

Quod observentur decreta ab eodem Illmo, et Rmo Dno Visitatore emanata pro conservatione bonorum ecclesiasticorum Regii Patronatus, et signanter quod fiat juliana cen-

suum, quae singulis viginti annis renovetur factis novis actis recognitoriis cum distincta adnotatione fundatorum, super quae debentur.

Supellectilia Ecclesiae

Supellectilia, quae Illmus et Rmus Dnus Visitator invenit in visitatione dicti Prioratus, sunt quae sequuntur, eaque decentia, et sufficientia judicavit.

In primis un cammise di tela di bisso con sua guarnizione, e con ammitto plano con zagarella.

Item un calice di argento con sua patena.

Item una pisside piccola di argento con suo padiglionetto di lama bianca.

Item quattro cammisi, cioè uno di decina, e tre di tela ordinaria con guarnizione.

Item due ammitti ordinarii.

Item due cingoli; uno con zagarella, e l'altro piano.

Item tovaglie di altare num. cinque con guarnizione.

Item due casubole, una di color violaceo di damasco, e l'altra bianca di lame a specchio con stole, e manipoli, con gallone grande d'oro.

Item due palii di altare, consimili a dette casubole, e colli detti galloni.

Item due borse uguali con palle, e veli ugnali con piccola guarnizione d'oro, ed uno corporale.

Item una casubola di terzanello incarnato con stola, e manipolo usati.

Item due tonicelle bianche vecchie.

Item un calice di rame con coppa di argento, e patena.

Item una stola bianca con guarnizione di argento, due manipoli, ed una palla bianca senza guarnizione.

Item due casubole con stole, e manipoli vecchi.

Item un' altra casubola rossa con stola, e manipolo, con borsa, palla, e velo, e due corporali vecchi.

Item un altra casubola violetta con stola, e manipolo vecchi

Item un'altra casubola bianca con stola, e manipolo, e due borse usate.

Item un palio bianco di altare listiato violato con suoi fiori, ed un sopracalice del medesimo colore.

Item sei candelieri vecchi.

Item una campanella per le messe.

Item tre messali vecchi, ed uno nuovo, foderato di coiro rosso,

Item una tovaglia per le mani.

Item un velo di altare con suo ferro.

Item un pajo di ampolline di vetro.

Item sei purificatori con un fazzoletto bianco per dette ampolline.

Item due lampieri di rame giallo.

Item una casubola verde vecchia, con stola manipolo, e borsa, e palla.

Item una casubola di stoffa fiorita con gallone, guarnita di terzanello, con stala, e manipolo.

Item dodici rametti di carta di diversi colori con suoi vasetti, e suoi candelieri colla mistura.

Item un palio di altare di tela pittato.

Item tre cammisi, cioè due guarniti, ed unó plano con tre ammitti.

Item una casubola con stola, e manipolo e borsa di varii colori.

Item tre corporali. — Item quattordici purificatori, otto ordinarii, e sei fini, ed uno guarnito.

Item tre cingoli — Item due berrette per li Sacerdoti.
Item un paio di ampolline di cristallo.
Item un altro paio di ampolline di vetro.
Item un piattino di stagno per le ampolline.
Item sei ramette, ed una bussola dorata.
Item sei candelieri grandi, sei vasetti, quattro candelieri piccoli, ed una croce.
Item un messaletto dei morti — Item due sopracalici 1 nero, e l'altro violaceo.
Item due tovaglie di altare di tela decina.
Item altre tre tovaglie per servizio del Lavabo alla Sacristia di tela decina.
Item due faccioletti di tela decina per le ampolline.
Item una casubola con stola, e manipolo di damasco nero.
Item un sopracalice con borsa di damasco nero.
Item tre carte di Gloria dorate con mistura.

Bona et redditus dicti Prioratus

LOCATIONES FEUDORUM

Possidet in primis Prioratus Deliae feudum nuncupatum della Montagna cum domo Maudrae, adaquario aquae currentis, aliisque in eo existentibus; positum in territorio dictae civitatis Castri Veterani juxta feudum vocatum di Basi, feudum dictum di Mandra nova, et feudum vocatum *de* Furone. Reperitur ad praesens locatum Vincentio de Girolamo pro annis tribus vid. 4, 5 6 Ind. ut ex contractu rogato per Not. Dominicum Dixi-Domino de Panormo, sub die 6 februarii 1740, pro annuis unciis biscentum trigiuta, et pro jure carnagii exiguntur cautarum unum casei, et cantaria duo casei equini on7 230 » » »

Item possidet feudum, seu tenimentum mandrae novae positum in dicto territorio Castriveterani, secus feudum Montanae, feudum Furonis, et alios fines. Ad praesens reperitur locatum Rev. Sac. D. Francisco Calcara fratribus pro annis tribus vid. 3, 4, et 5 Ind. ut ex contractu rogato per Notarium Petrum Sciortino dictae civitatis sub die 24 novembris 1739, pro annuis salmis frumenti centum sexagintaocto, et pro annuis unciis quindecim. . . sal. 168 » on7 15 » » »

Possidet praeterea Gorgos, ut dicunt pro usu linorum, existentes in dicto feudo, locatos pro unceis duo, et tarenis decem, ut ex contractu rogato per dictum de Sciortino sub die 25 junii 1740 . . . . sal. » » on7 2 10 » »

Item possidet feudum vocatum Deliae, positum in territorio dictae civitatis, juxta suos notorios fines, cujus salmae septuaginta locatae fuerunt variis terrageriis, ut ex contractibus rogatis penes acta dicti de Sciortino, ac praesentatis in officio Sanctae Regalis Visitationis. Reddunt quolibet anno dictae salmae septuaginta terrarum salmas frumenti biscentum vigintiduo tumulos decem, et mundellum unum sal. 222 10 1 » » » »

Pro aliis salmis tresdecim, et tumulis duobus terrarum dicti feudi Deliae, datis dictis terrageriis pro salmis duabus, tumulis quindecim, et mundello uno ordei, qui ad rationem unciae unius pro qualibet salma ascendit uncias duas, tar. vigintiocto grana duodecim, et picc. 1. . . sal. » » » 2 28 12 1

Pro salmis sex, et tumulis octo terrarum, quas dicunt

rampanti in dicto feudo Deliae existentibus, locatis pro pasquis Josepho de Sciacca, et Sebastiano Bambara pro annuis unceis quinque, et tarenis sex, ut ex contractu penes acta dicti de Sciortino sub die 6 januarii 1740 . . . sal.	»	»	»	»	5	6	»
Pro junci s natis in d. feudo Deliae venditis Calogero la Barbera pro tarenis duodecim, ut ex contractu per dictum Sciortino rogato sub die 31 aprilis 1741 . . . sal.	»	»	»	»	12	»	»
Pro pasquis, ut dicunt del Rimazzitto dicti feudi Deliae locatis Bni de Salina pro annuis unceis vigintiocto, et cantaro uno casei equini pro carnagio, ut ex contractu rogato per dictum de Sciortino sub die 16 februarii 1741 . sal.	»	»	»	28	»	»	»
Pro carnagiis cantareorum trium casei equini, et cantario casei uncias tresdecim circiter . . . . . . sal.	»	»	»	13	»	»	»
Qui locationum redditus ascendunt ad salmas frumenti tercentum nonaginta, tumulos decem, et mundellum unum, et in pecunia ad uncias biscentum nonagintatres, tarenos vigintisex, gran. 2, 1 . . . . sal.	390	10	2	293	26	2	1
Quae frumenti salmae 390, 10, 1 computatae uno anno pro alio ad rationem unciae unius, et tarenorum decem pro qualibet salma ascendunt ad annuas uncias quincentum viginti, tarenos vigintiquinque, gr. 12 3 . . . sal.	»	»	»	520	25	12	3
Unde redditus suprascripti ascendunt ad uncias octigentum quatuordecim tarenos vigintiunum, gr. 14, et picc. 4. on7	»	»	»	814	21	14	4

Census emphyteutici

Possidet dictus prioratus Deliae infrascriptos census pro variis concessionibus terrarum factis, exigitque ratione directi dominii summam unciarum centum et undecim, tarenos decem, grana novem, et piccolos quatuor vid.

A Sacerd. D. Gaspare Frazzetta pro concessione in emphyteusim clausurae salmarum sex, et tumulorum trium terrarum sitarum in feudo Deliae juxta clausuras Balthassaris Curiale, clausuram Catharinae Cancemi, et viam publicam, qua itur ad feudum Galati tarenos vigintiquatuor, et grana quindecim, ut ex contractu rogato per Notar. Jacobum Pantaleo die 18 octobris 1726. . . . . on7	»	24	15	
A praedicto de Frazzetta pro concessione alterius clausurae salmarum 8 et mundellorum duo terrarum existentium in dicto feudo Deliae, in contrata dicta di Pagna juxta terras concessas Johanni Cupo, terras Josephi de Blasio, tarenos vigintiquatuor grana septem, et piccolos quatuor, ut ex contractu emphyteuticae concessionis penes acta Notarii Vincentii Cardella die 3 aprilis 1738 . . . . on7	»	24	7	3
A Joachimo Magone, uti donatario Clarae Stingone pro concessione clausurae tumulorum sex terrarum sitarum in dicto feudo Deliae juxta terras Viti Sgaraglini, et Catharinae Cangemi, tarenos vigintiquinque, et grana duodevigiuti. on7	»	25	18	

A praedicto de Magone pro concessione ad emphyteusim duarum clausurarum terrarum in dicto feudo Deliae juxta clausuram Viti Risalvato et

clausuram Clarae Magone annuos tarenos decem et octo, et grana novem, ut ex contractu rogato per Notarium Vincentium Cardella Castriveterani, sub die 2 martii 1732 . . . . on7 » 18 9

A praedicto de Magone pro clausura salmarum duo, tumuli unius, et mundelli, et semis sita in dicto feudo Deliae juxta clausuram dictam del Cantararo ex parte Orientis, aliosque fines, eidem in emphyteusim concessa, ut ex instrumento per dictum Notarium Cardella rogato sub die 7 septembris 1737, tarenos septem, gr. duo, et picc. tres. . . on7 » 7 2 3

A praedicto de Magone exiguntur unciae tres, tareni septem, et grana decem ratione proprietatis pro concessionibus in emphyteusim ipsi factis, vid. unciae duo, et tareni sex pro concessione salmae unius, et tumulorum sex terrarum cum duobis quartis candeti, ut ex contractu per dictum Notarium Cardella rogato sub die Septembris 1737, et uncia una, tarenus unus, et grana decem pro rivis aquae fontis existentis prope Ecclesiam SS.mae Trinitatis cum conditione, ut deficientibus aquis adaquatorii principalis, possint Priores pro tempore uti quibuscumque rivis etiam ipsi de Magone concessis, ut ex contractu rogato per dictum Notarium de Sciortino sub die 18 Novembris 3. Ind., ratificato Panormi per acta Notarii Dixidomino sub die 4. Xbris 1739. . . . . on7 3 7 10

A Nicolao di Naro pro clausura tumulorum octo terrarum feudi Deliae de anno 1726. Philippo Mangiapane in emphyteusim concessarum juxta terras Balthassaris Curiali, D. Joseph Blasi, aliosque fines terrarum, tareni vigintitres, grana duodecim et picc. 3, ut ex actu recognitorio rogato per acta dicti Notarii Sciortino sub die 20 Augusti 1739 . . on7 » 23 12 3

A dicto di Naro pro concessione emphyteutica tumulorum octo terrarum dicti feudi Deliae juxta terras Balthassaris Curiale, terras Bnis D. Josephi di Blasi, vias publicas etc. tareni vigintiquatuor quolibet anno, ut ex contractu rogato per Not. Jacobum Pantaleo sub die 26 Aprilis 1726. on7 » 24 »

A Josepho Valenti pro concessione clausurae sitae in dicto feudo Deliae ex parte Orientis juxta clausuram Nicolai Mauceri ex parte meridei clausuras di *Massarollo*, vias publicas ex parte septentrionis etc. tareni viginti unius, ut ex contractu concessionis in emphyteusim, rogato per Not. Jacobum Pantaleo sub die 8 Septembris 1728, ... on7. » 21 »

A Vito Risalvato pro concessione in emphyteusim clausurae tumulor. quinque, mundellorum trium terrarum in dicto feudo Deliae, juxta clausuras Nicolai Dinaro, juxta clausuras Leonardi Capazza, clausuras Baronis de Sancto Canale, viam publicam etc. tareni vigintitres, et grana decem quolibet anno, ut ex actu recognitorio per acta Notarii Jacobi Pantaleo sub die 19 Maii 1726. . . . . on7 » 23 10

A Josepho Cocchiara pro concessione salm. unius, tumulorum trium, et mundelli unius terrarum dicti feudi Deliae juxta clausuram dictam *della Burzuna*, clausuram Blasii Bongiorno, viam dicti feudi etc., uncia una tareni undeviginti, gr. tresdecim, et picc. 3., ut ex contractu concessionis in emphyteusim celebrato per acta dicti Notarii Pantaleo sub die 8 Septembris 1728. . . . . on7 1 19 13 3

A Johanne Baptista Balistreri, tareni decem, et septem, et grana quinque quolibet anno pro concessione clausurae tumulorum quinque, mundellorum duo, et dimidia duo terrarum dicti feudi Deliae juxta clausuras haeredum quondam D. Rosarii Cignales, aliosque fines, ut ex contractu con-

cessionis in emphyteusim rogato per Notarium Vincentium Cardella sub die 17 septembris 1735. . . . . on7 » 27 5

A Nicolao Manueli tareni vigintiunus pro concessione in emphyteusim tumulor. septem terrarum, in dicto feudo Deliae juxta clausuras Joseph Valente, clausuram Can. Decani D. Francisci Massarolli, aliosque fines, ut ex (contractu) actu recognitorio penes acta Not. Petri Sciortino die prima Nov. 1740 . . . . on7 » 21 »

A Francisco d'Errante uncia una, et tareni decem quolibet anno pro concessione clausurae terrarum, tumulorum decem terrarum in dicto feudo Deliae juxta clausuram Joannis Baptistae Balistreri, aliosque fines, ut ex contractu concessionis in emphyteusim die etc., et actu recognitorio penes acta Notarii Petri Sciortino sub die 28 Junii 1739 . . . . on7 1 10 »

A Vito Sgaraglino tareni duodevigiuti quolibet anno pro concessione tumulorum sex terrarum in dicto feudo Deliae juxta terras Joseph Lo Chiavaro, terras Stephani Lo Burgio, viam publicam etc., ut ex contractu concessionis in emphyteusim inter Priorem et Gasparem di Napoli, penes acta Notarii Vincentii sub die 1 Novembris 1735, dicto de Scaraglino cessarum, sive donatarum cum obligatione praedicti census per acta dicti de Cardella sub die undecima Augusti 1737 . . . . . on7 » 18 »

A Nicolao Antonio Russo, et pro ipso ab Antonio Lombardo, uncia una, et tareni tres quolibet anno pro tumulis undecim terrarum Casaleno, fonte etc. in emphyteusim concessis, et existentibus in contrata dicta *di Pagna*, juxta clausuram Vincentii di Giorgio Candetos Hieronymi Alonzo, clausuram Matthaei di Sciacca etc., ut ex contractu celebrato per acta Nicolai Trama Castrivetarani sub die 15 Novembris 1728. . . . . on7 1 3 »

A Dominico Namfria tareni tresdecim ratione proprietatis debiti super ejus clausura pro tertia parte illorum tumulorum novem, mundellorum trium, et semimundellorum trium terrarum in dicto feudo Deliae sitarum juxta terras Joseph Valenti, clausuram Salvatoris La Greca, viam publicam dictam *di Marcida*, clausuram Baronis Sancti Canale subjectarum in totum ad unciam unam, et tarenos novem, ut ex actu recognitorio per acta Notarii Pantaleo die 9 Julii 1726 . . . . on7 » 13 »

A Mariano Cavalca tareni vigintisex, ratione proprietatis super tumulis sex, mundellis duobus, et semimundello uno tarrarum in dicto feudo Deliae, et sunt duae tertiae partes terrarum supra censitarum juxta bona recensita ut supra, ut ex eodem laudato contractu per acta dicti de Pontaleo. on7 » 26 2

A Francisco Canceml tareni quindecim quolibet anno pro tumulis tribus, mundellis tribus, et duobus semimundellis terrarum in emphyteusim concessarum die etc. existentium in dicto feudo Deliae juxta clausuram Balthassaris Mazzamuto, clausuram Joachim Nagone, clausuram Joseph Sitone, aliosque fines etc., ut ex actu recognitorio rogato per Notarium Joachimum Pantaleo, sub die 28 Julii 1726, rathificato per acta Not. Francisci Costa Civit. Mazariae die 6 Augusti 1736 . . . . on7 » 15 »

A Thoma Bicchetti uncia una, et tareni duodeviginti quolibet anno pro salma una terrarum concessarum in emphyteusim cum muris, et casalenis etc. existentium in dicto feudo Deliae juxta duas vias publicas, terras, olim Petri Giacone etc. ut ex contractu rogato per manus Notarii Vincentii Cardella sub die 23 Novembris 1737. . . . . on7 1 18 »

A Salvatore La Greca uncia una, tareni quindecim, et grana decem quo-

libet anno, ratione proprietatis super ejus clausura tumulorum undecim mundelli unius, et duorum semimundellorum terrarum cum muris casaleno, arboribus etc. in emphyteusim concessarum, et in dicto feudo Deliae existentium juxta viam dictam *di Marcida*, clausuras dictas *del Pantano* etc. ut ex actu recognitorio per acta Notarii Jacobi Pantaleo sub die 19 Maii 1726 . . . . on7 1 15 10

A Stephano Lo Burgio uncia una, et grana quatuor quolibet anno pro tumulis decem, et semimundello terrarum in dicto feudo existentium juxta viam, qua itur ad Ecclesiam SSmae Trinitatis, et aliam viam, qua itur ad feudum *di Galani*, ut ex concessione emphyteutica celebrata penes acta Notarii Vincentii Cardella sub die 8 Januarii 1736. . . on7 1 4 »

A Francisco La Cascia tareni vigintiquatuor quolibet anno ratione proprietatis super clausura terrarum in dicto feudo existentium juxta clausuras Stephani Lo Burgio, et sac. D. Gasparis Frazzetta, aliosque etc. on7 » 24 »

A Vincentio di Giorgio tareni undeviginti, grana duo, et picculi tres pro tumulis sex, mundello uno, et duobus semimundellis terrarum in emphyteusim concessarum, et existentium in dicto feudo Deliae juxta vineas Josephi Cocchiara, vineam, et terras Gasparis Stallone, clausuram Antonii Lombardi, ut ex actu recognitorio stipulato per Notarium Petrum Sciortino sub die 10 junii 3 Ind. 1740 . . . . on7 » 19 2 3

A Barone Sancti Canalis unciae quinque, et tareni vigintiunum ratione proprietatis debitae super clausuris positis in dicto feudo Deliae in summa salmarum trium, tumulorum quindecim, mundelli unius, et semimundelli, ut ex actu mensurae sive cordiationis factae, ut ex actis Notarii de Sciortino de anno 1741, et existentium juxta clausuras Salvatoris La Greca, Nicolai Dinaro, Dominici Nanfria etc. . . . . on7 5 21 »

A Johanne Lupo uncia una, tareni sex, et grana octo, ratione proprietatis debita super clausura tumulorum duodecim, et duorum semimundellorum terrarum in dicto feudo existentium in contrata dicta di Pagna juxta terras vocatas di Spoglia, viam publicam etc. ut ex contractu concessionis emphyteuticae rogatum per Notarium Vincentium Cardella sub die 13 aprilis 1738 . . . . on7 1 6 8

A Vincentio di Leo tareni vigintiduo, et grana decem quolibet anno ratione proprietatis debitae super clausura tumulorum sex, mundellorum duo et trium semimundellorum terrarum in dicto feudo Deliae existentium juxta clausuram dictam di Massarollo, viam di Marcida, clausuram Nicolai di Naro ect. ut ex actu recognitorio per acta dicti Notarii de Pantaleo sub die 1ma julii 1726. . . . . on7 » 22 10

Ab Ecclesia Collegiata Sancti Petri Apostoli Castriveterani, uti haerede quondam Decani D. Francisci Massarollo tareni viginti quolibet anno, ratione proprietatis super clausura terrarum in dicto feudo existentium juxta bona Nicolai Manuele, clausuram Joseph Valente etc. . . on7 » 20 »

A Secretia Castriveterani unciae sexagintaocto quolibet anno ratione proprietatis debitae super terris tenutae dictae del Margio in territorio dictae civitatis juxta feudum di Brycia, Latomiae etc. ut ex contractu per acta Notar. Johannis Marchese de Panormo sub die 3 julii 1551, confirmato per Curiam Episcopalem Mazariensem sub die 26 aprilis 1561 . on7 68 » »

Qui census in totum ascendunt ad annuas uncias nonagintanovem, tarenos octo, grana decem, et septem, et picculos tres on7 99 8 17 3

Locationes clausurarum in feudo Deliae existentium

Praeter census recensitos pro concessionibus clausurarum in dicto feudo Deliae existentium, sunt, et aliae clausurae, quas vocant derelictas, quae modo a Priore locantur, ut sequitur, vid.

Pro duabus clausuris collateralibus salmarum duarum, et tumulorum duorum terrarum existentium in dicto feudo Deliae juxta terras Joseph Valenti et alios fines locatis Sacerdoti D. Gaspari Frazzetta unciae tres, et tareni duodecim quolibet anno, ut ex actu locationis rogato per Notarium Petrum Sciortino die 6 julii 1740 . . . . onz 3 12 »

A Sacerdote praedicto de Frazzetta pro locatione alterius clausurae tumulorum novem terrarum in dicto feudo Deliae juxta terras dicti D. Francisci Massarolo, et alios fines locatae ad anuos duos pro annuis tarenis viginti septem, ut ex actu locationis per dictum Notarium eodem die onz » 27 »

Ab eodem de Frazzetta unc. quatuor, et tareni vigintiquatuor quolibet anno, pro locatione duarum clausurarum, quas vocant le Chiuse lunghe dicti feudi Deliae capacitatis salmarum duarum, et tumulorum duodecim terrarum juxta clausuras Johannis Baptistae Balistreri, et Vincentii Leo, ut ex actu locationis dicti de Sciortino eodem die . . . . . . onz 4 24 »

Ab ipsomet Sacerdote de Frazzetta uncia una, et tareni decem quolibet anno pro locatione alterius clausurae tumulorum duedecim circiter terrarum in dicto feudo juxta clausuras Johanni Lupo, et doct. D. Francisci Massarollo, ut ex actu locationis per acta dicti Notarii de Sciortino sub die 3 januarii 1742 . . . . onz 1 10 »

A Josepho di Sciacca, et Sebastiano Barbara uncia una, et tareni decem quolibet anno pro locatione clausurae dictae del Pantano existentis in dicto feudo Deliae juxta terras Salvatoris La Greca, viam publicam, et alios fines etc. ut ex actu locationis ad duos annos etc. rogato per dictum Notarium de Sciortino die 31 1741. . . . . onz 1 10 »

Unde redditus locationum dictarum clausurarum ascenduut ad annuas uncias undecim, et tarenos vigintitres . . . . onz 11 23 »

Onera et Gravitiae

Pro Donativo ordiuario solvuutur unciae centum vigintiduo, et gr. 6 onz 122 » 6

Pro pontibus, turribus, et Regentibus unciae quatuordecim, tareni viginti, et grana quatuordecim . . . . onz 14 20 14

Pro Donativo extraordinario unciae trigintaocto, tareni vigintitres, et grana tresdecim . . . . onz 38 23 13

Pro alio donativo extraordinario unciae vigintiquinque, tareni undecim et grana duodeviginti . . . . onz 25 11 18

Pensionario Boccadox pro annua pensione unciae centum, et quatuor, et tareni vigintinovem . . . . onz 104 29 »

Duobus Cappellanis Ecclesiae SSmae Trinitatis Prioratus pro celebratione duarum missarum quotidianarum unciae trigintasex . . . . onz 36 » »

Sacristae pro salario unciae sex . . . . onz 6 » »

Pro cera, oleo, ac pro sollemnizandis diebus Veneris mensis martii, nec non faestivitatibus ssmae Trinitatis una secunda die Paschatis Resurrectionis, altera die proprio unciae septem, et tareni novem . . onz 7 9 »

Pro reparationibus fabricarum Ecclesiae, et Domuum Prioratus ipsi collateralium unciae novem quolibet anno, et pro jocalibus et supellectilibus totidem, in totum unciae duodeviginti . . . . onz 18 » »

Gravitiae in totum ascendunt ad	onz	373	4	11

Restrictus — Introitus

Pro locationibus feudorum	onz	814	21	14	4
Pro censibus emphyteuticis.	onz	99	8	17	4
Pro locationibus clausurarum	onz	11	23	»	
Introitus itaque in totum ascendunt.	onz	226	2	4	2
A quibus detrahendo pro oneribus.	onz	373	4	11	
Remanet limpida Prioratus summa in unciis	onz	555	27	13	2

Caeterum cum Illmus et Rmus Dnus Visitator in visitatione dictorum bonorum, et redditnum advertisset non esse prioratui reintegratam, et vindicatam partem terrarum della Magania, quae ut in actis visitationis Francisci de Puteo detinebatur ab Illri Ppe Castri Veterani, ac a procuratore Prioris intellexisset instrumenta, et scripturas ignorari, quibus praetensio ecclesiae justificari valeat, mandavit diligenter perquiri genus omne probationum ad id pertinentium, atque per Priorem vindicationem ejusmodi omnino curari.

De summis taxatis pro Monasterii fabricis, et jocalibus, eorumque administratione

Mandavit Regius Visitator Franciscus del Pozzo revocationem Monachorum Benedictinorum pro servitio Prioratus, eorumque inibi moram sub cura Prioris in numero quatuor Sacerdotum, qui divina officia persolverent, atque pro substentatione ipsorum assignavit super redditus prioratus annuas uncias centum, et duo. Ad haec prioratum restaurari, et ad formam monasterii reduci jussit, taxans proinde pro fabricis, et jocalibus uncias decem et octo, nempe novem pro fabricis ecclesiae, et monasterii, et totidem pro jocalibus, et supellectilibus, quam summam perpetuo sequestravit, eamque ad minus deponi quotannis a Priore mandavit, deputans in administratores perpetuos ejusdem Priorem cum praesens, et Archipresbyterum et Juratum Seniorem Castriveterani.

Sed postmodum Monachi aut ad Prioratum non redierunt, aut cito discesserunt ob pravam aeris constitutionem, ob quam forte, et Prior residere neglexerit. Quare summam taxatam pro Monachis, et pro fabricis, et jocalibus etc. sibi Priores appropriarunt non impendentes pro ultimis, nisi modicam summam.

Verum cum a praescriptis Visitatorum de facto reddere non liceat, praesertim cum agitur de Divino Cultu restituendo juxta mentem Regis, et pias fundatorum voluntates: cumque ob pravam aeris constitutionem eo loci, ubi est nunc Ecclesia ratione fluminis, operari debuisset potius translationem Prioratus alio salubriori loco apud Castrum Veteranum, ubi aer est optimus, quam Coenobii suppressionem de facto, et sine licentia Regis Patroni; Illmus Dnus Visitator censuit a S. R. M. oraculum desuper impetrandum, et interim quod taxam unciarum duodeviginti annuarum pro fabricis, et jocalibus Prior exsolvat administrandam per Deputatos modo, et forma a Puteo praescriptis. Quae idem Dominus Visitator ad unguem confirmavit.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae, et Beneficii S. Laurentii de Marsala, cujus Beneficiarius sive Cappellanus praesentiarum est D. Philippus Paci ad Regiam praesentationem institutus sub die 4 Xbris 1738, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis sub die.

Quamquam de fundatione, et origine Beneficii S. Laurentii in Civitate Marsalae existentis non constet, tamen cum reperiatur appellatum antiquitus *de Bavera*, seu di *Madonna Ciancia*, conjecturae locus est forte a privata familia fuisse fundatum, et ex eâ ad Regem subinde devolutum, ut fuerit illud mox Regii Patr. esse probant Regiae Cancellariae Codices, et praesentationes a Regibus actae, de quibus ab anno 1450 usque ad haec tempora plenissime constat, quod et antiquus Rollus Beneficii comprobat. Tamquam de Regio jure Patr. Regiae Visitationi obnoxium fuit, et subest, anno enim 1552 et 1557, illud visitavit Regius Visitator Jacobus Arnedo, ut liquet ex Actis duarum Visitationum illius, et anno 1583 perlustrasse Franciscum Pozzo, acta ejus Visitationis exhibent. Ecclesia S. Laurentii nimis parva est, uno Altari instructa, cui deservit Beneficiarius, sive Cappellanus, qui in ea celebrare tenetur singulis diebus Jovis per totum annum, ut ex visitatione Putei, et Festum S. Laurentii titularis solemniter, et sumptuose agere. Altare est nova depicta Imagine, ac reliquis pro ritu satis decenter ornatis, cujus supellectilia sunt, vid.

In primis due Pianete cioè una di raso, l'altre e di damasco rosso.
Item un Calice con piede di rame, e patena con suo coprimento.
Item otto tovaglie di Altare.
Item una tovaglia di faccia.
Item un Messale con suo leggio.
Item sei candelieri di legno dorati.
Item sei vasi con fiori di carta.
Item due campanelle di rame per le messe.
Item un Crocifisso di legno
Item un palio di asperino non ancor finito, ed altro di legno dipinto.
Item un lampione di rame.
Item due ampolline di vetro con piattino di creta.
Item due corporali, e quattro purificatori.
Item quattro anelli d'oro.

Beneficiarius, seu Cappellanus ad praesens est D. Philippus Paci Marsalensis, fuitque ad Regiam praesentationem institutus sub die 4 Decembris 1737, prout ex Regiis litteris, et Bullis in officio S. R. Visitationis praesentatis.

Bona, et redditus dicti Beneficii, prout ex actis Visitationis Putei, et Rollo Ecclesiae, nec non ex relatione in forma dicti Beneficiarii, aliisque monumentis, ac diligentiis eruere licuit sunt vid.

Bona, et redditus.

Ab haeredibus Antonii Bertolino, tareni undecim.	on7	» 11	»
Ab haeredibus Mri Simeonis Pellegrino tareni duo.	on7	» 2	»
Ab haeredib. Not. Thomae Pellegrino tareni quatuor, et gr. decem	on7	» 4	10
A mro Vincentio Calaudro tarenus unus, et grana tria	on7	» 1	3
Ab Antonio Zerillo, et Petro Lombardo tareni viginti	on7	» 20	»
Ab Antonino Mannone tareni sex	on7	» 6	»
A Johanne Francisco Cappasanta tateni três, et grana decem	on7	» 3	10
A mro Vincentio Scalabrino, tareni quinque	on7	» 5	»
Ab Antonio Manache tar. unus	on7	» 1	»
A D. Bart. Stayti tar. quindecim	on7	» 15	»

Unde redditus supradicti sunt in totum unciae duae, tareni nov. et gr. 3. on7 2 9 3

Illmus, et Rmus Duus Regius visitator Generalis D. Johannes Angelus de Ciocchis Marsaliam adventans ad ecclesiam Sancti Laurentii perlustrandam accessit, cumque visitasset

altare, integramque ecclesiam, jocalia, redditus, Beneficiarium, sive Cappellanum, ejusque servitium, et caetera omnia, quae ad dictum Beneficium pertinent, declaravit, et mandavit.

Quod integra ecclesia intus, et exterius dealbetur, ejusque janua, quae rotunda est ad quadrangularem formam pro more Romanae ecclesiae reducatur, et fenestra, quae extat, vitris instruatur.

Quod comparetur nova planeta variorum colorum, quae temporum verietati pro ecclesiastico ritu congruat, et quod calix in pede deauretur.

Quod Fidelium oblationes, et eleemosynae, quae in dicta ecclesia colliguntur pro ipsius ecclesiae ampliatione expendentur: tres vero anuli aurei Sancto donati vendantur pro comparanda Planeta etc.

Quod Cappellanus omnino curet exactionem partitae tarenorum quindecim annorum debitorum a quondam D. Bartholomaeo Stayta, et ab habentibus ab eo causam, nec non partitam tareni unius debiti eidem Beneficio, pro ut ex documentis insertis in Rollo dicti Beneficii, atque Splis Regius Secretus suum in id brachium, et curam dicto Beneficiario impertiatur.

Denique non alienentur bona ecclesiae sine assensu Regis sub poena nullitatis, aliique prout juris etc.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiarum unitarum Abbatiae Sanctae Mariae de Crypta, existentium in Civitate Marsalae, habita per Illmum, et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Gen. Visitatorem, sub die 25 Ianuarii 1742

Abbatia de Crypta duobus Monasteriis unitis constans, altero Panormi a Rogerio Comite excitato; altero a Christodulo Antiocheno Marsalae constructo, suam, et in hac Civitate titularem habuit aedem olim Abbatialem, quae et nunc superest, et appellatur.

Ecclesia S. Mariae de Grutta extra maenia.

Ea in crypta subterranea antiquitus posita in variis antri finibus chorum, et sacristiam habuit, et cellas Basilianorum, qui per gradus 52 ad eam descendebant, tempore praeteritarum visitationum regalium reperiebatur occupata ab Episcopo Mazariensi, a quo denique Collegium Societatis Jesu Panormitanum, nomine Regalis Abbatiae de Crypta sibi unitae judicialiter vindicavit. Mox nobile templum est, ab eodem Collegio, sumptu aureorum bismille magnifice, non ita pridem aedificatum, ac descensu, et aditu nobili pluribus altaribus, et supellectilibus instructum, in quo cappellanus divinum cultum, et quotidianam missae celebrationem exequitur.

Eam appetiit Ecclesiam Dnus Visitator die 25 januarii 1742, a pluribus nobilibus associatus, ubi satis honorifice receptus a PP. Societatis Collegii Marsalensis consueto ritu, ipsam integre visitavit, cumque invenisset cura, diligentia Patruum satis decenter ornatam, nihilque ei fere deesse, quo ad Divinum Cultum, supellectilia, et fabbricas attineret, dumtaxat mandavit.

Quod altare Sanctae Familiae, et altare Sancti Michaelis mappis, et cerata instruantur.

Quod confessionalia ad formam Carolinam reducantur.

Quod occurratur humiditati Ecclesiae eaque integre opere plastico, vel crusta marmorea vestiatur.

Ecclesia Sancti Iohannis de Boeo, sive in Promontorio Lilyboei extra maenia Marsalae

Processit tum Illmus et Rmus Dnus Regius Gen. Visitator cum eodem nobilium comitatu ad visitationem Ecclesiae Sancti Johannis in Lilyboeo supra cryptam celeberrimam extructae, quae olim antrum Sybillae Cumanae, sive Siculae dicebatur, ejusque fatidicum

puteum habebat, qui et nunc visitur cum reliquiis veteris litostroti, et cubilis sybillini.

In ea Ecclesia, cui Cappellanus inservit celebrari ex praescripto antiquorum visitatorum debet omnibus diebus Dominicis, et festis, et singulis feriis secundis.

Receptus consueto ritu a Jesuitis Marsalensis Collegii, visitavit altaria, supellectilia, confessionalia, fabricas, omnisque Ecclesia partes, tum descendit ad autrum, et puteum sybillinum, et cum omnia perlustrasset, decrevit, atque mandavit.

Quod imagines altarium coridibus marmoreis pro dignitate exornentur.

Quod imago S. Joannis Baptistae a Monregalensi depicta amoveri ex altari, et Ecclesia nequeat.

Quod confessionalia reformentur, et aditus uterque ad cavam subterraneam fontis, ut ajunt sybillini cancellis ferreis pro dignitate sepiatur.

Quod imago Sancte Veneris seu Venerandae reaptetur. et coride subauro exornetur.

Quod de caetero derelinqui profanari, et dirui Ecclesia ulla de membris Regalis Abbatiae nequeat absque regali assensu, sub poena unciarum tercentum fisco Regiae Monarchiae applicanda, et onere raedificationis.

Quod festum titularis solemniori, pro more, pompa semper in posterum celebretur, adhibitis musica, aliisque festivis sollemnitatis significationibus.

Ecclesia Sanctae Crucis intra maenia Marsalae

Inter Grancias habet quoque Abbatia Sanctae Mariae de Crypta Ecclesiam Sanctae Crucis intra maenia civitatis juxta partem Mazariae uno instructam altari, et sacrariolo, in qua ex preteritarum visitationum regalium actis in solo feste Sanctae Crucis celebrare debet missa.

Eam itaque, cum Dnus Visitator visitasset decrevit.

Quod altaris scabellum renovetur.

Quod ecclesiola, seu cappella opere plastico ad decentiorem formam reducatur.

Quod sacristia instruatur fornice, et armario decenti, ejusque fen[illegible]itris obducatur.

Ne vero confugitorum insolentia eadem amplius corrumpatur, et [illegible] turpetur, Illmus et Rmus Dnus Visitator mandavit quod generaliter in Eccle[illegible]ibus iidem non excipiantur; quique jure asili ad ejus confungerint, statim per [illegible] pertinet ad alia immunia loca transferantur sub poena unciarum tercentum fisco Regiae Monarchiae applicanda.

Ecclesia Sanctae Veneris, seu Sanctae Venerandae extra maenia Marsalae ad Milliare

Eo agri Lyliboetani loco, qui nunc dicitur di Sancta Venere a Marsala, quingentum passus dissito extabat olim vetus ecclesia eidem sanctae nuncupata, quae subin corruit; ibi nunc, et nova aedificata ecclesia est ob imaginem in lapide depictam, olim ut fertur ad ipsam Sanctae Veneris aedem pertinentem, atque hodie ecclesia Sanctae Mariae de Sancta Venere dicitur.

Ipsa ruralis est, sed satis decenter constructa, atque exornata. Cultum Divinum diligenter in ea fit, signanter die sabati, quo magnus populi concursus ad ipsam habetur ob imaginem illam Deiparae devotissimam.

Nulli ecclesiae redditus sunt. Verum tanta ob fidelium devotionem eleemosynarum, et oblationum ipsi accedit copia, ut fabricas, jocalia, et supellectilia pro dignitate habere, et iis solent.

Perquirens Dnus Visitator Ecclesiam Sanctae Veneris, ut eam more majorum visitaret, atque a nobilibus, qui ipsum comitabuntur ad hanc ecclesiam delatus, illam visitavit, adsistente Rectore Societatis Jesu, cum omnibus altaribus, supellectilibus, fabricis, ac servitiis Divini Cultus.

Sed mox exorta controversia inter Cappellanum Ecclesiae, et Rectorem praedictum su-

per identitate illius cum veteri aede Sanctae Veneris, Illmus Dnus, auditis partibus, et fisco, taudem sequens edidit.

Decreta

Cum a Regiis Visitatoribus inter membra Regalis Abbatiae Sanctae Mariae de Crypta recensita, ac visitata semper fuerit Ecclesia Sanctae Veneris seu Venerandae dictae civitatis, utque proin Dnus Visitator ad Ecclesiam, quae sub eodem titulo extra maenia existit se contulisset, eamque visitasset, orta est quaestio inter Patres Societatis Jesu, quibus adhaesit fisci procurator, et Cappellanum ejusdem ecclesiae super identitate veteris aedis, cumque Cappellanus eam nonnullos ante annos ex oblationibus fidelium aedificatam contenderet, et contra fiscus eam reaedificatam argueret, ex antiquissima denominatione districtus; nec non PP. veterem Beatae Virginis imaginem, cui factae fuerunt oblationes pro reaedificatione ad Sanctae Veneris aedem pertinuisse, ac proinde ecclesiam renovatam ex oblationibus quaesitis Regali imagini ad Regiam Abbatiam Sanctae Mariae de Crypta et pro ea ad ipsos Patres pertinere diceretur. Illmus et Rmus Dnus Visitator in conflictu praetensorum per partes cum dilationem ad ea comprobanda iisdem dedisset, decrevit, atque mandavit, quod donec, et quonsque fuerit definita, Canonicus D. Johannes Piazza dictam Ecclesiam Sanctae Veneris, seu Sanctae Mariae de S. Venere nomine Sanctae Regalis Visitationis regat, et exercitia in ea pietatis exerceat. Quod si haec a nomine haberi aliquando contingerit PP. Societatis eodem nomine Sanctae Visitationis praestare curabunt.

Item Illmus et Rmus Dnus Visitator mandavit, quod in aliquo ejusdem ecclesiae altari statuatur imago Sanctae Veneris.

Item quod altaria cerata instruantur, et confessionalia reformentur juxta instructionem Sancti Caroli apposita crate lignea ultra laminam.

Ecclesia Sancti Angeli

Octo millia passuum a civitate Marsalae feudum Rinaccii est, feracissimum Abbatiae latifundum, in quo [illegible] Sancti Angeli existit illius vetus membrum, et Grancia: antiquam aedem vetustate laborantem, atque indecoram PP. Societatis diruere, relictoque veteri situ, novam nuper satis decenter extruxerunt juxta feudi domum. Ea omnibus instructa ad exuberantiam nulli in regia hac visitatione locum dedit decreto.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae, et Beneficii Sancti Angeli de Scopello ad radices Montis Ericii, sive de Drepano, a quo distat sex millia passus, habita per Illmum et Rmum Dnum D. Johannem Angelum de Ciocchis Regium Gen. Visitatorem sub die 29 januarii 1742.

Comes Rogerius, qui bellorum tempore Sanctum Michaelem Arcangelum suum semper tutelarem habuit praesentissimum, ut gratis erga illum animi monumentum relinqueret ad radices Montis Ericii, ubi patrocinium expertus fuerat Ecclesiam Arcangelo a fundamentis posuit, dedicavitque, collocatis insuper proventibus, e quibus subinde Beneficium factum est, cui, et Sancti Angeli, aut Sancti Michaelis de Monte nomen promiscue accessit. Illud proinde, tamquam de Regio Jure Patronatus a Rege datur, et Regiae Visitationi semper subfuit, ut liquet ex Visitatione Venti, Arnedi, et Putei, qui ultimo loco illud visitavit, ac signanter praescripsit, ut Beneficiarius Cappellanum eligere teneretur, eique assignare stipendium pro celebratione missae singulis Dominicis ac festis diebus. Similiter pro fabricis, et supellectilibus taxavit in perpetuum super redditu beneficii annuas uncias quatuor erogandas ab affictatore, seu arrendatario pro tempore tymuarjae Bonagiae.

Ecclesia parva est, sed mox satis indecenter habita supellectilibus, et ornamentis omnibus pene nudata.

Beneficiarius ad praesens est Archiepiscopus Seleuciae D. Macarius Musacchia ad Regiam praesentationem institutus anno 1737, ut ex literis, et bullis desuper expeditis. Ipse servitia Divini Cultus praestare in ea facit per Cappellanum, qui ex praescripto Regii Visitatoris de Puteo celebrare tenetur omnibus diebus festis, et Dominicis.

Redditus

Redditus ad praesens consistunt in tertiaria thymnorum, qui capiuntur in thynnaria Bonagiae, quos Procurator Beneficialis ingabellavit, seu locavit et vendidit elapso anno 1741 D. Bartholomaeo Antonio Fardella Drepanensi pro unciis triginta, et tarenis quindecim, et insuper un terzo di sorra, un terzo di spontatura, e due ova di tonno, pro jure carnagii, ut ex contractu ingabellationis stipulato per acta Notarii Matthaei Verdicame die 20 maii 4 Ind. 1741 d.	on7	30	15	»

Onera, et gravitiae

Pro stipendio Cappellani unc. sex	on7	6	»	»
Pro festo tareni viginti	on7	»	20	»
Pro fabricis, et supellectilibus unciae quatuor	on7	4	»	»
Pro tandis, et Donativis, aliisque oneribus Regiis unciae tres, tareni 11 et grana sex	on7	3	11	6
Unde onera, et gravitiae supradictae sunt in totum	on7	14	1	6
Quare deductis ex unciis triginta, et tarenis quindecim introitus, unciis quatuordecim, tareno uno, et granis sex exitus, remanent limpidae unciae sexdecim, tareni tresdecim, et grana quatuordecim. . . .	on7	16	13	14

Mobilia et Jocalia

In primis un calice con piede di rame con sua patena.
Di più due casubole, una rossa di Signoria, e l'altra ammostata di mille fiori vecchie
Item un cammice con suo ammitto vecchio, ed ordinario.
Item due tovaglie per l'altare usate, vecchie, ed una tovaglia per le mani.
Item un corporale, tre purificatori, ed un mauutergio.
Item un velo di calice vecchio con due palle, e borse rosse due, e l'altre ammustate.
Item un messale con suo seggio.
Item una campanella per le messe.
Item una cassetta per riporre li suddetti mobili, e giogali.
Item due ampolline, ed una lampade di vetro.
Item quattro candelieri, e quattro vasetti ordinarii.
Item un palio dell'altare di raso di Signoria vecchia.
Item un Crocifisso. — Item una sedia per confessionario.

Cum itaque die 29 januarii 1742, Illmus et Rmus Dnus Visitator dictam Ecclesiam, et Beneficium, ejusque fabricas, supellectilia, redditus, et onera visitasset, omnia in primis praescripta per ultimum illius Visitatorem Franciscum de Puteo confirmavit, et exequi jussit; tum vero decrevit, atque mandavit.

Decreta

Quod tota Ecclesia intus, exteriusque reficiatur, et ad decentiorem formam reducatur, tectus reparetur, nec non janua restauretur, apposito ad ostium gradu ne aqua Ecclesiam ingrediatur.

Quod fiant de novo omnes planetae variorum colorum cum missalibus, floribus, candelabris, et caeteris omnibus supellectilibus.

Item interdicens confessionale iuibi existens, illudque effringi mandans, decrevit, quod fiat novum juxta instructionem Sancti Caroli cum crate lignea ultra laminam.

Ad effectum autem ejusmodi, et donec haec fuerint integre peracta; Illmus et Rmus Dnus Visitator sequestravit, et sequestrat omnes redditus dicti beneficii, quos brachio Regiae Secretiae Drepanensis exigi, et integre deponi quotannis mandat in capsa sacra, eosque administrari, et erogari per Archipresbyterum Collegiatae Ecclesiae S. Petri D. Balthassarem Riggio, ejusque in munere successores pro fabrica, et jocalibus dictae Ecclesiae S. Angeli ut supra necessaria, cum intelligentia Procuratoris Beneficiarii. Reparata autem Ecclesia, eaque jocalibus, ut supra instructa, Illmus et Rmus Dnus Visitator mandat, quod quotannis ex redditibus dicti beneficii solvantur, et exigantur, ac deponantur ut supra saltem unciae quatuor, prout taxavit Regius Visitator Puteus, quae administrentur, et erogentur per eumdem Archipresbyterum eiusque successores, ut supra pro reparationibus, et supellectilibus, salvo majoris indigentiae casu, cui ex redditibus reliquis beneficii occurri debeat, servata forma juris.

Item mandat, quod singulis saltem Dominicis, et festis diebus celebretur in dicta Ecclesia missa, quae applicetur in suffragium Regum Defunctorum, super qua celebratione dictus Archipresbyter quoque invigilabit.

Denique quod Decreta Generalia edita pro conservatione Bonorum Regii Juris Patronatus adamussim quoque observentur pro bonis redditibus, et jure dicti beneficii.

Sancta Regalis Visitatio Ecclesiae curatae SSmae Annunciationis terrae Partinici, membrum Regalis Abbatiae S. Mariae de Altofonte, habita per Illum. et Rmum D. Joem Angelum de Ciocchis Regium Gen. Visitatorem sub die 2. Februarii 1742.

Fridericus Rex II Abbati, et Monasterio Sanctae Mariae de Altofonte, quod ipse extruxerat inter caetera agrum Partinici donavit, ut ex ejus Diplomate, dato Messanae 28 Junii anni 1307. Licentiam subinde fecit eidem Abbati construendi pagum in Sala Partinici, qui subesset Jurisdictioni Abbatiae more Baronum, et Feudatarum Insulae Siciliae, ut innuunt verba Privilegii dati per eumdem Fridericum II die 20 januarii ann. 1309 6. Ind. *Eidem Monasterio, nec non Abbati, et eorum successoribus in eodem Monasterio gratiosè concedimus quod in loco dicto Sala de tenimento nemoris Partinici siti in valle Mazariae, quod nemus eidem Monasterio Excellentia nostra concessit, prout in Privilegio eis per nostram celsitudinem exinde facto plenius continentur, habitationem de novo facere possint, et quicumque voluerint ad locum ipsum suum tranferre voleant incolatum, quodque Monasterium Abbas, et Conventus praedicti, eorumque successores in dicto Monasterio in praedicto loco cum fuerit habitatus, et in habitatoribus loci ejusdem utantur illis juribus, quibus Barones, et Feudatarii Insulae nostrae Siciliae in terris, et locis eorum habitatis, et in habitatoribus terrarum, et locorum ipsorum utuntur.*

Extructo deinde Oppido habitatores in parva Ecclesia Sancti Christophari existente in nemore Partinici sub Abbatis de Altofonte jurisdictione ad sacra sè colligebant. Cùm autem in dies cresceret inhabitantium numerus pro commodo illius Populi, Abbates Commendatarii Sanctae Mariae de Altofonte sumptibus ipsius Abbatiae novam Ecclesiam sub titulo

SSmae Annunciationis extruxerunt Fidelibus, etiam eleemosynis collatis, ac opere; transtuleruntque ad hanc Ecclesiam servitium, quod erat alterius antiquae S. Christophari, ut prodit Regius Visitator Puteus in Actis suae Visitationis hujus Ecclesiae. *Haec Ecclesia, inquit, S. Christophari de Partenico non habet servitium ordinarium. quia translatum est, quae de novo sub titulo della Nunziata facta est ipso jure de la Sala di Partinico prope illum, partim sumptibus Abbatis, et partim ex eleemosynis.* Anno vero 1573 Scipio Cardinalis Rebiba Abbas Commendatarius Abbatiae de Altofonte, sive de Parco perpetuo Divini Cultus servitio, et splendori in hac Ecclesia consultus, sufficienti prius dote eam donavit, deinde in Rectoriam erexit, ut Cappellanus, sive Rectores, Ecclesiae in ipsa Divino Cultui vacaret, ac Sacramenta Fidelibus administraret, reservavit tamen sibi, suisque successoribus in perpetuum, Jus Patronatus in praesentatione Rectoris, instituendi tamen ab Episcopo Mazariensi, in cujus Dioecesis Ecclesia sita reperiebatur, ut liquet ex instrumento celebrato die nono mensis martii ejusdem anni penes acta Notarii Hieronymi lo Cuscio Panormitani. Tandem anno 1645 a Cardinali de Austria Abbate Commendatario ad ampliorem, et splendidiorem formam eadem Ecclesia reducta fuit.

Ecclesia haec prout modo extat triplici constat navi, cujus tectum testudinato opere extructum, ac elegantissimis picturis ornatum, bino columnarum ex lapide ordine subnititur. Habet praeter aram maximam

Altaria decem, nec non Chorum, Organum, Sacristiam, turrim campanarium tribus instructam campanis, ac omnibus denique pollet partibus, quae ad perfectionem Ecclesiae pertinent.

Adhaerent Ecclesiae Aulae tres pro commodo Archipresbyteri, vel Cappellanorum.

Regimen dictae Ecclesiae, quae Parochialis est penes Archipresbyterum reperitur, qui eligitur ab Abbate Commendatario Abbatiae de Altofonte, seu de Parco, eique in Parochiali munere suffragantur tres Cappellani Sacramentarii ad ipsius Archipresbyteri electionem, qui et Ecclesiae inserviunt, et Sacramenta fidelibus anduministrant, diebus vero festis Clerus Ecclesiam adit ad Divina Officia in Choro decantanda, ac alia Ecclesiastica munia explenda.

Caeterum reperitur in dicta Ecclesia erecta Confraternitas sub titulo SSmi Rosarii, cujus Altaris omnia necessaria Confratres praestare tenentur.

Habet praeterea Abbatia de Altofonte in territorio Partinici parvam ruralem Ecclesiam cum unico Altari Beatae Mariae Virgini Sacro in loco dicto del Ponte, unde nomen Sanctae Mariae del Ponte ipsi obvenit. In ea diebus festis missa celebratur per adsignatum Cappellanum ad Abbatis electionem, qui stipendium ei largitur.

Itaque Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis die 2 februarii anni 1742 ad hanc Eccles. accessit, ubi honorifice pro more exceptus, visitavit SSmum Sacramentum, Baptisterium, Sacrarium, Altaria omnia, nec non Sacristiam, et mobilium et Jocalia Ecclesiae et Aulam Archipresbyteri, turrim campanariam, ac omnes partes ad Ecclesiam pertinentes. Visitavit similiter Archipresbyterum, Cappellanos, curam Parochialem, libros, et omnia ad eam spectantia, servitium Divini Cultus, statumque materialem, formalem, et realem Ecclesiae, et Parrocchiae; de quibus omnibus discussis relationibus praesentatis in officio Sanctae Regalis Visitationis per Illmum et Rmum Abbatem Commendatarium, admissis pro more citra praejudicium Regio Juri Patronatus Ecclesiae, et tertii nonnulla consuit decernenda, prout sequuntur.

Jocalia et supellectilia Ecclesiae, quae Illmus et Rmus Dnus Visitator invenit sunt.

In primis una pisside grande di peso libre due, once sei e mezza. Lib. 2 6 ½ »
Item una pisside piccola per il SSmo Viatico libra 1 onc. 6 e mezza Lib. 1 6 ½ »

Tre calici, uno grande, con sua patena libre 3 onc. 3 e mezza.	Lib.	3	3 1/2		»
Un altro col piede ancora di argento, libra 1 onc. 4 e trappesi 9	Lib.	1	4	»	9
Altro calice col piede di rame. once 4 e tre quarti	Lib.	»	4 3/4		
Due patene once sei, e due trappesi	Lib.	»	6	»	2
Incensiere, navetta, e cocchiarino libre 3 e tre once	Lib.	3	3	»	»
Sicchetto, ed asperges libra una, ed once cinque	Lib.	1	5	»	»
Una sfera libre due, once due e mezza	Lib.	2	2 1/2		
Il piede di detta sfera libre tre, ed once cinque	Lib.	3	5	»	»
Una cassetta con suoi vasetti per l' olio dei catecumini, ed Olio Santo del Battesimo con cocchiarino per l'acqua del Sacro Fonte onc. 9 e mez.	Lib.	»	9 1/2		»
Una cassettina con vasetto per l'olio degl'infermi libra 1 onc. 1 e mezza	Lib.	1	1 1/2		»

Jocalia

Quattro pianete di damasco rosso con sue stole, e manipoli.
Tre pianete di color cambiante di raso, con stole, manipoli, e stolone.
Due pianete di damasco bianche con stole, e manipoli.
Tre pianete di damasco color verde con manipoli, e stole.
Due pianete di damasco violato con stole, e manipoli.
Tre pianete di damasco nero con stole, e manipoli.
Una pianeta con tunicella, e cappa di amuer fiorato.
Un'altra cappa di lama rossa con fascia di stoffo fiorato.
Un'altra cappa di terzanello violaceo.
Un'altra cappa di raso con fascia di asperino rosso.
Cammici con suoi ammitti, e cingoli, e purificatori numero sei.
Item borse con palle, e veli di varii colori numero undici.
Cinque corporali — Dodici tovaglie, e tovagliuoli per l'altare.
Due tovagli per le mani — Tre messali grandi.
Due messali dei defonti — Molte paranze di candelieri, e vasi dorati di mistura, e rami in tutti gli altari.

Onera Missarum

In primis unciae quindecim pro celebratione Missarum legatarum a quondam Didaco di Avola in cappella Sancti Stephani.	on7	15	»	»
Item, unciae tres pro celebratione Missarum pro anima Sacerdotis D. Vincentii Monte legatarum in altari SSmi Rosarii	on7	3	»	»
Item unciae undecim, et tareni quindecim pro celebratione Missarum pro anima quondam Dominici Jammo in dicta Ecclesia.	on7	11	15	»
Item unciae duae, tareni vigintiocto, et grana decem pro celebratione Missarum pro anima quondam Octavii del Franco in altari SSmi Cruc.	on7	2	28	10
Item unciae sex pro Missis celebrandis pro anima quondam Andreae Amperri.	on7	6	»	»
Item uncia una pro Missis celebrandis pro anima quondam Philippi Porcasi	on7	1	»	»
Item tareni viginti pro Missis celebrandis pro anima Coeciliae Formico.	on7	»	20	»
Item uncia una, et tareni decem pro Missis celebrandis pro anima quondam Fetrae Franco.	on7	1	10	»
Item uncia una pro Missis celebrandis pro anima quondam Andreae Mangarelli	on7	1	»	»

Item tareni decem pro Missis celebrandis pro anima quondam Caroli Colantoni. . . . . onz » 10 »

Decreta

Illmus et Rmus Dnus Regius Gen. Visitator in controversia inter Abbatem, et Episcopalem Sedem Mazariensem excitata de, et super jure visitandi praedictam Ecclesiam curatam, olim Sancti Christophori, nunc SSmae Annunciationis Partinici, auditis partibus, et P. F. Sanctae Regalis Visitationis, declaravit cum primis eamdem Ecclesiam jam olim a Principibus constructam, et in eorum manu, potestate et dispositione positam, tum post donatam a Rege Friderico II vulgo III Partinicum Abbatiae praedictae Sanctae Mariae de Altofonte, reaedificatam ab Abbatibus, atque insuper anno 1573 ab Abbate Commendatario Rabiba dotatam, et in Rectoratum erectam, cum reservatione juris eligendi Rectorem. Subinde vero anno 1584 visitatam a Regio Visitatore Francisco de Puteo, qui fuit ultimus dictae Abbatiae de Altofonte perlustrator; et demum a Cardinali de Austria Abbate Commendatario in ampliorem formam anno 1645 redactam fuisse, et esse Regiam ex fundatione, et dotatione, et membrum Regalis Abbatiae Sanctae Mariae de Altofonte, atque sub eodem Regio Jure Patronatus totius Abbatiae, et sub jure, potestate, electione, nominatione, et omnimoda dispositione Abbatis Commendatarii, tum quo ad formalem cum materialem statum, juxta morem, et regulas Ecclesiarum Regalium, iisque tandem nominibus fuisse, et esse sub jure, facultate, et Visitatione Regiorum Visitatorum Ecclesiarum Regii Patronatus juxta ultimum statum.

Quia vero pro parte Episcopalis sedis Mazariensis asserebatur Episcopum dictam Ecclesiam curatam semper visitasse, tamquam ordinarium dictae terrae Partinici, intra fines suae dioecesis positae. Contra vero pro parte Abbatis replicabatur, id per usurpationem attentatum. Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis rem ad Sacram Regiam Majestatem censuit referendam, et interim citra praejudicium jurium, et exceptionum Fisci contra praetensam observantiam. Decrevit, atque mandavit, quod Episcopus Mazeriensis pendente resolutione visitare non possit, nisi tantum Sacramenta, et Sacramentalia, eorumque administrationem, et Parochialem curam; ita tamen ut Ecclesiam ingrediens ad eadem rectà se conferat, et ab iis rectà recedens Ecclesia egrediatur, a caeteris vero juribus, et visitationis actibus ad localem formam et realem Ecclesiae statum pertinentibus omnino in eadem Ecclesia se abstineat, nec erectione armorum, aliisque similibus jure Regalia violet.

Item Illmus et Rmus Dnus Visitator, post visitatam dictam curatam Ecclesiam, decrevit fontem Baptisimalem ciborio, et conopeo albo serico instrui, et armariolum oleorum sacrorum cortinula ductili violacea interius adornari.

Item quod altare SSmi Crucifixi lateribus vitriatis, ac tela cerata integatur.

Item quod Parochus Evangelium vernacula lingua diebus Dominicis, et festis saltem populo exponat.

Item quod arma Regalia imponantur arcui magno intus Ecclesiam, et supra portam ipsius.

Denique quod quae pro praeservatione Jurium Regalium in Ecclesia Parci Dominus Visitator statuit circa statuas, inscriptiones, concessiones altarium, aliaque ejusmodi, et pro conservatione rerum, et bonorum Ecclesiae, eadem quoque pro Ecclesia Partinici adamussim observentur.

SANCTA REGALIS VISITATIO

REGIAE METROPOLITANAE ECCLESIAE ARCHIEPISCOPALIS MONREGALENSIS COEPTA DIE 8 FEBRUARII ANNI 1742.

§.

De discessu è Mazariensi Dioecesi Montem Regalem versus.

Nonas februarias Illmus et Rmus Dnus Regius Generalis Visitator e Dioecesi Mazariesi Montem Regalem versus discedens a militia urbana Partinici ultimi illius Dioecesis loci, ad fines ejus usque comitatus, et a militia sub in urbana Montis Regalis, una cum ejus moderatore, sive capitaneo stipatus totum iter peregit, et ad urbem circa tertiam noctis horam pervenit, quam simul ac attigit, Illmus Episcopus Philoppopolitanus, qui Eminent. Archiepiscopi Cardinalis Acquaviva Romae degentis Vicarium et Gubernatorem Generalem agit, nec Archidiaconus et administri Curiae Ecclesiasticae, et Secularis, qui omnes simul cum pluribus nobilibus et magistratu obviam iverant, et spe adventus, nocte irruente dejecti, domi se receperant, ipsum Dominum Visitatorem statim convenerunt felicem adventum gratulaturi. Sequenti die rursus Illmus Vicarius, et Gubernator Generalis praelatitiis vestibus indutus, Prior cum suis monachis ordinis Sancti Benedicti, Canonici, Magistratus in forma, nobiles, seminarium, regulares civitatis, caeterique de clero eadem gratulationis officia impenderunt. Subinde etiam nonnulli Episcopi Panormum degentes de Illmi Visitatoris adventu certiores facti, Montem Regalem properantes iisdem officiis Illmum Visitatorem prosequuti sunt. Qui his denique expeditus, diem Visitationis in Cathedrali inchoandae constituit, et caetera opportuna suo edicto praescripsit.

§ II.

De Regalis, et Metropolitanae ecclesiae Monregalensis origine ac statu.

Montis Regalis urbs a Panormo quatuor passum millibus distans edito inter radices Caputi montis loco posita, et a clementia coeli, et ubertate soli summe laudata, silvestris locus olim erat, quem Siciliae Reges ad levandas curas frequentare venationis ergo solebant. Fama hinc est, quod Willelmus II Rex cum venandi causa aestivo sole eo loci accessisset, ac sub siliqua, vel sub populo stratus somno correptus esset, Beatissimam Virginem sibi indicantem abditos patris thesauros viderit, quos somno excitatus cum invenisset, de effossis opibus insigne, peramplumque templum regio sumptu musivo opere, per quam elegantissime exornatum exstruxit, Beatae que Virgini Mariae nuncupavit, qua propter ei nomen *Divae Mariae Novae*, vel *Divae Mariae Regalis* obvenit. Templo magnificum quoque Monasterium adjecit, quod Monachis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis e Cavensi Coenobio eductis concessit, uti ibi sub Abbate regulam profiterentur, temploque, ut par erat, inservirent.

Ecclesia ergo Monregalensis primum Abbatialis fuit, quod et liquet ex diplomate Alexandri III, tertio Kalendas januarii octava Ind. anni 1174 ad Willelmum Regem dato: tum anno 1176 Episcopalis evasit, quando Abbas Theobaldus appellari Episcopus primum coepit, ut ex quodam diplomate Tristani Episcopi eodem anno mense octobris lucubrato. Et tandem anno 1182 a Lucio PP. III dato diplomate 9 februarii Ind. I, eodem anno ad Archiepiscopalem, et Metropolitanam Dignitatem evecta est, cujus primus Archiepiscopus fuit Guillelmus Sancti Benedicti Monachus. Archiepiscopatui dati suffraganei fuerunt, Episcopatus Cataneusis, et Syracusanus, ut ex pontificiis diplomatibus, primam enim ei subjecit idem Lucius P. III data bulla iisdem anno, et mense, ut supra; quae subjectio confirmata fuit per sententiam rotalem coram R. P. D. Pio, trigesimo Janua-

rii anno 1690. Secundam vero ei dedit in suffraganeam Clemens P. III suo diplomate 23 Octobris 1188.

Hac Ecclesia a Willelmo II Rege primum, et sequioribus temporibus ab aliis Regibus pari munificentia plurimis latifundiis, casalibus, et terris cum dominio etiam in temporalibus in Monregalensi Urbe, ac pagis Busachini, Planae Graecorum, Monchelebri, et Jardinelli donata fuit, ut ex regiis diplomatibus apparet. Archiepiscópi hinc praesentatio ad Siciliae Regem pertinet ex jure patronatus sibi ex fundatione, et dotatione parti, totusque Archiepiscopatus regiae Visitationis. ac aliis Regiis juribus subest.

Monregalensis Ecclesiae is modo status est, ut Archiepiscopum ad regiam praesentationem habeat qui, et Monasterii Abbas existit, cujus archiepiscopalis mensae redditus, deductis oneribus, ascendunt ad uncias undecim mille nonincentum viginti octo, tarenos viginti, grana decem et septem, et picculos duos. Eo quo ad servitium regularis est, Archidiaconatus vero clerico seculari a Romano Pontifice confertur; habet pariter duodeviginti Secnlares Canonicos, qui ejus servitio adscripti sunt, et stipendium è Mensa Archiepiscopali consequuntur. Famulantur ei etiam undecim Clerici. Magnifico gaudet templo Archiepiscopali Palatio, ac Monasterio, pro quorum Maragmate, sive pro fabricis, et jocalibus per Archiepiscopalem Mensam certa summa persolvitur. Adest, et Seminarium Clericorum peramplum, et a numero adolescentium, ac pietate et literis commendatum. Dioecesis angusta est, eaque ad ortum, et meridiem Panormitanam. ad septentrionem Mazariensem, ad occasum Agrigentinam Dioeceses conterminas habet, praeter terram Brontis, et Monasterium Monialium SSmi Salvatoris in oppido Sancti Marci ad Archiepiscopalem Monregalensem jurisdictionem spectantia, quorum prima extat ad fines Catanensis, et Messanensis Dioecesium, et secundum intra Messanensem Dioecesim situm est.

Quae accedunt urbi Dioecesis loca sunt. Civitas Corleonis, Brontes, Busachinum, Plana Graecorum, Parcum. Monchelebrum, Jardinellum, Placa Pajana, et Monasterium SSmi Salvatoris prope oppidum Sancti Marci. In his omnibus censentur hominum capita quatraginta unum millia octingenta septuaginta, quorum scilicet habet:

Monregalis animas	8971	Monchelebrum, vulgo *Moncilepre.*	1160
Corleo	9006	Jardinellum	180
Busachinum	6412	Monasterium SSmi Salvatoris prope oppidum S. Marci, moniales	49
Brontes	9852		
Plana Graecorum, Graeci ritus homines habet	2700	Placa Pajana, quae villa est, cum ecclesia rurali, et suo Cappellano animas.	8
Latini vero ritus	2092		
Parcum	1404	Summa animarum Dioecesis.	41870

Habet Urbs, et Dioecesis.

Beneficia curata	18	Conventus, sive Monasteria virorum.	20
Beneficia cum obligatione chori	96	et in his animas	229
Cappallanias Sacramentales	6	Sacerdotes Seculares	332
Beneficia simplicia	7	Diaconos	6
Parochias	9	Subdiaconos	6
Onera Missarum		Clericos in Minoribus	150
Sanctimonialium Monasteria	7	Ecclesias alias praeter supradictas	
et in his animas	184	Parochias	161
		Conventus supressione dignos	4

nempe ospitium Sanctae Catharinae de Bisacquino Patrum Trinitariorum. Conventus Patrum Carmelitarum Monregalensis, et Conventus Sanctae Mariae Realis, alias *la Rocca* Patrum Augustinianorum extra dictam civitatem.

Habet praeterea Hospitalia, Sodalitia, et alia loca pia quamplura. Beneficia Regii Juris Patronatus, speciali § in fine recensebuntur.

TITULUS PRIMUS

VISITATIO LOCALIS, ET STATUS MATERIALIS

§ I.

De Ecclesia Cathedrali.

Ecclesia Cathedralis Monregalensis Beatae Virgini dicata, profecto peramplum, et celeberrimum templum est, ad formam Basilicarum graeco ordine extructum, ac musivo opere exornatum; triplici constat navi, et marmoreo pavimento praefulget. Tectum bino ex marmore Orientali columnarum ordine, arcubusque musivo opere sub auro splendentibus subnititur insigni arte laqueatum in navibus lateralibus, in media vero admirabili rerum caelatura conspicuum, ac auro illitum. In templi frontispicio ad Orientem pluribus marmoreis columnis suffulta. Porticus est, cujus parientes tabulis marmoreis, ac musivo opere nitent; exhibet ea portam maximam, vulgo dictam *Paradisi*, cujus valvae ex aere fuso diversis figuris, et admirabili arte sunt efformatae. In templi latere septentrionali alius non absimilis porticus extat, ac minor templi porta, valvis pariter ex aere fuso instructa. In hujus porticus extremo pariete ad orientem adest cappella Sanctis quatuor sacra, cujus in prospectu extat alia cappella Sanctae Annae dicata. Templum sub majori fornice habet Chorum, cujus pavimentum est porphyreticis lapidibus, musivoque opere concinne elaboratum, Choro praeeminent Regis, Reginaeque duo marmorei Throni, adest, et Thronus Archiepiscopalis, Magistratusque sedes. Duo extant organa, quorum quodque podium ex marmore extructum quatuor porphyreticis columnis suffulcitur. Altaria praeter aram maximam octo numerantur, quorum nonnulla cappellulis marmoreis pollent, sunt, et tres magnae cappellae marmoreae sua pulcritudine conspicuae, suis ostiis, clavibusque munitae. Una est Sancto Benedicto sacra, nuper a Monachis ordinis ejusdem Sancti extructa, ubi extat eorum sepultura. Alia Sancto Castrensi primo civitatis patrono dicata, cujus corporis quamplures partes in arca argentea sub altare conduntur. Ea fuit extructa ab Emin. Cardinali ac Archiepiscopo Monregalensi Ludovico II de Torres, qui eam uberrime dotavit, pro stipendio duorum Cappellanorum, et unius Acolyti, nec non pro expensis jocalium, cerae, olei, ac aliis cappellae indigentiis. Habet suam sacristiam, et campanam, ac jocalia jam multa. Tertia est cappella SSmi Crucifixi extructa, et dotata per Archiepiscopum Johannem Roano. Habet et ipsa sacristiam, campanamque propriam, atque sufficienti gaudet dote, pro stipendio duorum Cappellanorum, ac sacristae, et pro expensis jocalium, cerae, olei, aliisque indigentiis. In ea extat sepultura Archiepiscopi fundatoris, alia omnium Archiepiscoporum, nec non sepultura cousanguineorum fundatoris.

Reliquas templi partes complent Sacristia, Thesaurus, et turris campanaria septem instructa campanis, ac etiam horologio, quod ultra singulas horas integras, earumque quadrantes medietatem etiam diei, ac noctis sonitu campanarum denotat, ad cujus conservationem civitas aere publico exspensas erogat. Extant, et aliae duae campanae minores prope fornicem, una ad convocandos Monachos in Choro, altera pro Pareciae occurrentiis.

§ II.

De Sanctissimo Sacramento — Die 8. Februarii 1742.

Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis a Civitatis Magistratu, ac Nobilibus è Palatio suae residentiae exceptus ad Cathedralem Ecclesiam, Visitationem exorditurus curru per-

ducitur, qui ut ad aream templi pervenit è curru desiliens a Monachis ordinis sancti Benedicti cum Priore, qui, et Abbas Cassinensis existit, nec non Canonicis, reliquisque de Clero, solemniter pulsantibus campanis et organo, ac mortariorum explosione excipitur sub vestibulo per enunciatum Priorem adspersorio ei porrecto, respersoque per Dominum Visitatorem quatruplici ductu populo, reliquisque pro more peractis, Ecclesiam ingressus est, omnibus inde processionaliter incedentibus, Visitatori inter Priorem, et Decanum procedenti, ac a Magistratu, Nobilibusque stipato Illmus, et Rmus Episcopus Philippopolitanensis Vicarius Generalis Archiepiscopi Acquaviva Romae commorantis ab Archidiacono, aliisque obviam ivit, ac nomine Eminentissimi Archiepiscopi ipsum Dominum Visitatorem officiis urbaniter conveniens, gratias reddidit Regi, quod Pastoralis muneris regimini per Visitatorem adjutrices daret manus, tum operam et assistentiam suam ipsi obtulit, qua urbaniter Dnum Visitatorem remissa discessit, ac idem Dnus Visitator ad altare SSmi Sacramenti se contulit, ubi super genuflexorio nobiliter parato paullulum oravit, tum adhibitis pro more caeteris sollemnitatibus, incensavit SSmum Sacramentum, administrante ei incensum Priore cum manus osculo, ac subin altare conscendens perlustravit pixides, tabernaculum, et caetera, quae ad Eucaristiam pertinerent, et factis opportunis interrogationibus de ejus administratione, ritu et cultu, cum omnia pro dignitate comperisset eadem meritis laudibus prosequutus est, dumtaxat mandans.

Quod tabernaculum SSmi Sacramenti conopeis colorum pro tempore integatur, ac Venerabilis Eucharistia è pixide non administretur, quam per Parochos, aut destinatos ab eis.

§ III.

De Fonte Baptismali, oleisque sacris.

Processit tum eodem ordine Illmus, et Rmus Dominus Visitator Genlis ad fontem baptismalem, cumque diligenter omnia perlustrasset, ac quae ad Baptismatis administrationem rite, recteque peragendam pro more exquisivisset, decrevit atque mandavit.

Quod ciborium fontis baptismalis instruatur conopeo albo serico damasceno, gradusque clatris, cancellisque ferreis sepiantur.

Quod nemo ad Baptismatis administrationem in Civitate, et Dioecesi a Parochis admittatur, nisi de licentia, et approbatione Ordinarii.

Subinde visitavit armariolum sanctorum oleorum, omniaque ad eadem pertinentia, quae cum pro dignitate comperisset, laudavit.

§ IV.

De Sacris Reliquiis.

Ad Sanctorum reliquias visitandas postmodum Illmus, et Rmus Dnus Visitator accessit, atque in primis corpus Sancti Castrensis principalis patroni civitatis in arca argentea in sua cappella visitavit, nec non reliquias caeteras, earumque armarium, quas omnes bene servatas, et custoditas inveniens, recognitisque sigillis pro earum sinceritate, omnes in eo, in quo reperiebantur cultu reliquit.

Reliquiae autem in Ecclesia Monregalensi repertae et visitatae per Dominum Visitatorem, sunt quae sequuntur.

Catalogus Reliquiarum

In primis reliquia ex ossibus Sanctae Rosaliae.

Item grana quindecim mannae Deserti.

Item ex ossibus Sancti Sebastiani Mart.

Item reliquia S. Columbae.

Item reliquia S. Gregorii.

Item reliquia ex ossibus Sancti Cataldi Episcopi Tarantini.

Ite mtheca cum variis Sanctorum reliquiis

Item alia theca argentea cum aliis sanctorum reliquiis.

Item reliquia Sancti Thomae Apostoli.

Item theca cum liguo SSmae Crucis.

Item alia theca argentea cum reliquia Sanctae Agathae.

Item brachium argenteum cum reliquia Sancti Nicolai.

Item brachium argenteum cum reliquia S. Georgii.

Item brachium argenteum cum reliquia Sancti Barnabae Apostoli.

Item brachium argenteum cum reliquia Sancti Andreae Apostoli.

Item brachium argenteum cum reliquia Sancti Jacobi Apostoli.

Item vas argenteum, in quo reperitur Sancta Spina Domini Nostri Jesu Christi, smaragdis ac perlis ornatum.

Item aliud vas argen'eum cum Sanguine Domini Nostri Jesu Christi.

Item alia theca argentea cum capillo SSmae Mariae Virginis.

Item os brachii S. Pii Papae.

Item capsa eburnea, in qua reperiuntur duo involucra serica, alterum cum diversis reliquiis Sanctorum, alterum cum reliquia Sancti Mercurii.

Item cingulum S. Thomae Aquinatis intus capsam eburneam.

Item aliud involucrum cum diversis Sanctorum reliquiis intus capsulam ligneam auricalco intextam.

Item reliquia Sancti Saturnini intus capsulam eburneam.

Item variae Sanctorum reliquiae intus aliam capsulam ligneam.

Item in reliquiario vitreo ad piramidis formam sunt infrascriptae reliquiae, vid.

Ex ossibus S. Lucidi martyris.
Ex ossibus Sanctae Sabinae martyris.
Ex ossibus S. Primitii martyris.
Ex ossibus S. Basiliae Virginis, et Mart.
Ex ossibus S. Marci martyris.
Duo ex ossibus S. Hyacinti martyris.
Os S. Innocentii martyris.
Os S. Lavinii martyris.
Os S. Candidae martyris, et
Capsula cum variis Sanctorum reliquiis.

Item reliquiaria duo lignea laminibus argenteis ex anteriori parte obvoluta, crystallisque munita, in quorum primo extant reliquiae, quae sequuntur.

De cuna Domini.
Ex ossibus S. Stephani protomartyris.
Ex capite S. Philippi Apostoli.
Ex ossibus S. Bartholomaei Apostoli.
Ex ossibus Sanctorum Innocentium.
De velo Beatae Virginis Mariae.
De petra, qua lapidatus fuit S. Stephanus prothomartyr.
Ex ossibus S. Urbani Pontificis maximi.
Ex ossibus S. Marcelli Pontificis, et mart.
Ex ossibus S. Persiae martyris.
Ex ossibus S. Marcelli.
Ex ossibus S. Bonifacii martyris.
Ex ossibus S. Ignatii martyr.
Ex ossibus S. Innocentii Subdiaconi, et mar.
Ex ossibus S. Johannis Baptistae.
Ex ossibus SS. Apostolorum Petri et Pauli.
Ex ligno in quo capite cesus fuit S. Paulus.
Ex ossibus S. Matthaei Apostoli.
Ex ossibus S. Laurentii martyris.
Ex ossibus S. Vincentii martyris.
Ex ossibus S. Donati Episcopi, et mart.
Ex ossibus S. Mariani martyris.
Ex ossibus S. Terentii.
Ex ossibus S. Andraae Apostoli.
De Cruce S. Andreae Apostoli.
Ex ossibus S. Barnabae Apostoli.
Ex ossibus SS. Fabiani et Sebastiani mart.
Ex ossibus SS. Cosmae et Damiani MM.
Ex ossibus S. Felicis de Pincis.
Ex ossibus S. Valentini martyris.
Ex ossibus S. Marii martyris.
Ex ossibus S. Mercurii martyris.
Ex ossibus S. Machaelis martyris.
Ex ossibus S. Caesarii.
Ex ossibus S. Thomae Apostoli.
De capite S. Jocabi minoris Apostoli.
Ex ossibus S. Marci Evangelistae.

Ex ossibus S. Gervasii martyris.
Ex ossibus S. Xisti Papae et martyris.
Ex ossibus S. Placidi et sociorum MM.
Ex ossibus SS. quatuor Coronatorum.
Ex ossibus S. Callisti.
Ex ossibus S. Marci mart.
Ex ossibus S. Lipionis.

In secundo vero reliquiario inventae fuere hae reliquiae.

Ex ossibus S. Chrisostomi.
Ex ossibus S. Blasii Episcopi et Confessor.
Ex ossibus S. Ferini Episcopi et Confessor.
Ex ossibus S. Willelmi Eremitae et Confes.
De veste S. Agathae virginis et martyris.
Ex ossibus S. Ursulae virginis, et martyris.
Ex ossibus S. Domitillae virginis et maryris.
Ex ossibus S. Petronillae virginis.
Ex ossibus S. Susannae virginis.
Ex ossibus S. Martini Episcopi.
Ex ossibus S. Ambrosii Episcopi.
Ex ossibus S. Stephani Abbatis et Confess.
Ex ossibus S. Ludovici Regis Galliarum.
De capite S. Sabbae Abbatis.
Ex ossibus S. Coeciliae virginis et martyris.
Ex ossibus S. Catharinae virginis et mart.
Ex ossibus S. Candidae virginis et martyris.
Ex ossibus S. Paulae virginis et martyris.
Ex ossibus S. Sabinae virginis.
Ex ossibus S. Januarii Episcopi et Confes.
Ex ossibus S. Pritii Episcopi.
Ex ossibus S. Jsaac Confessoris.
Ex ossibus S. David Confessoris.
Ex ossibus S. Alberti Confessoris.
De oleo S. Catharinae.
Ex ossibus S. Marinae virginis et martyris.
Ex ossibus S. Antonii Abbatis.
De Veste S. Luciae.
De Veste S. Benedicti Abbatis.
Ex ossibus S. Celsi Episcopi.
Ex ossibus S. Micetii Episcopi.
Ex ossibus S. Decii Confessoris.
Ex ossibus S. Leonardi.
Ex ossibus S. Mariae Magdalenae.
Ex ossibus S. Barbarae virginis.
Ex ossibus S. Margaritae virg. et mart.
De Costa S. Annae.
Ex ossibus S. Mariae Virginis.

§ V.

De Confessionalibus

Visitavit subinde Illmus et Rmus Dnus Visitator confessionalia, et post opportunas interrogationes circa rectam sacramenti poenitentiae administrationem, probavit omnia, et cum veteres tantum confessionales sedes dictae Ecclesiae laudabilis formae existerent juxta instructionem Sancti Caroli, novae quoque ad eamdem formam reduci jussit; omnes vero in fenestella poeniteatis, praeter laminam perforatam crate lignea muniri, quod quidem egregiae diligentiae Canonicus Intravaja Maragmerius statim exequi curavit. Quare subin Illmus et Rmus Dnus Visitator decrevit, quod qua de forma confessionalium juxta instructionem S. Caroli, et crate lignea, ultra laminam laudabiliter in Cathedrali Ecclesia fuerunt adimpleta, eadem in omnibus Ecclesiis Civitatis et Dioecesis pariter observentur.

§ VI.

De altaribus caeterisque ecclesiae partibus

Visitavit subinde Illmus et Rmus Dnus Visitator altare majus et caetera ecclesiae altaria, nec non cappellam sancti Castrensis, SSmi Crucifixi, Sancti Benedicti et reliquas, item fontes Aquae Benedictae, Chorum et libros chorales, thronum Regis et Reginae, thronum Archiepiscopale, sedes magistratus, organa, sugestum, sepulcra regia, sacristiam majorem, et sacristias minores SSmi Crucifixi et Sancti Castrensis, Archivium Canonicorum, Parochorum, et libros parochiales, turrim septem campanis instructam, muros interiores et exteriores et porticus, ac reliquas denique Ecclesiae officinas et partes, universaque illius aedificia et fabricas, atque decrevit.

Quod musiva, et muri interiores Ecclesiae non deformentur apparatibus, ut hactenus.

Quod musiva omnia detergantur, et abluantur singulis annis, eademque, et pavimentum chori, et muri Ecclesiae, qua parte decrustata reperiuntur diligenter reficiantur.

Quod tectum conservationi praesertim chori invigiletur, ac laqueari dehiscenti occurratur; ne vero praegrave ninphae, sive lampadarii pondus ei obsit, eadem è muro pendeat architecti judicio.

Quod fenestrae omnes Ecclesiae, vitris integre instruantur. Porticus major et minor pro dignitate reparentur, et exornentur, pavimentisque elegantibus instruantur; turris campanariae fabricae reficiantur; campana nimis laborans renovetur, et denique omni cura et studio occurratur humiditati Ecclesiae, adhibitis tegulis plumbeis, qua parte aqua pluviae penetrat.

Quod in Regali Ecclesia Cathedrali imagines Regnantium in throno marmoreo continuo prostent, et arma regia valvis imponantur.

Item non erigantur beneficia, cappellae et altaria, nec sepulcra aut sedilia concedantur, nec inscriptiones, et arma praeter archiepiscopalia, statuaeque ponantur, nec quidquam novi inducatur, absque consensu Regis Patroni, sub poena Regiae indignationis.

Ad curam porro Archiepiscopalem Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis remisit, ne quo ad celebrationem in altari majori qualitatem, locumque paramentorum sacrorum in Sacristia, campanarum sonitus in funeribus, candelas in die Corporis Christi, locum armariorum pro indumentis choralibus, nec non quo ad processiones et funtiones chorales, ritus ecclesiasticos, aliaque ejusmodi ulla inter ministros Divini Cultus dissentio ulterius sit, quae Cathedralis Ecclesiae sanctitatem et decorem praevertat; interim vero cum non deceat in navibus Ecclesiae dicta armaria indumentorum esse, eadem alio propriori loco, judicio Illmi et Rmi Episcopi Philippopolitani Vicarii Generalis, transferantur.

§ VII

De palatio Archiepiscopali et Curia Ecclesiastica et laicali.

Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis aedificia Archiepiscopalias perlustraturus ad Archiepiscopale palatium se contulit, quod vetus Monasterii pars est, ibique honofice exceptos ab Illmo et Rmo Dno Episcopo Philippopolitano Gubernatore, et Vicario Generali Eminentissimi Archiepiscopi, visitavit aulas omnes, officinas, curtim, scalam, pomariolum, fabricasque reliquas interius et exterius, quas omnes bene et decent cacacri invenit.

Tum Curiam Archiepiscopalem visitare perrexit, quae in Urbe Monregalensi duplex est, sicuti etiam Archiepiscopus, ne dum Ecclesiae pastor est, sed Dominus temporalis civitatis, et status, et Vicarium Generalem, ac Gubernatorem instituit, ita, et forum, jurisdictionem ecclesiasticam, et laicalem, duplicemque Curiam habet.

In ejusmodi itaque Visitatione cum Illmus et Rmus Dnus Visitator comperisset forum Ecclesiasticum, propriis fissisque aedibus, et Tribunali carere, decrevit, atque mandavit.

Quod statuatur in palatio Archiepiscopali Curia, seu Tribunal Ecclesiasticum pro quotidiana justitiae administratione, comparatis ad hoc aulis opportunis, erectoque in illis thronulo judiciario pro dignitate ecclesiasticae jurisdictionis, et Fori cum sellis fixis officialium, ut ibi Judex pro Tribunali sedere, et judicare, ut juris est valeat. Huic adjaceant, tum Cancellaria, quae opportunis Notariorum suggestis, et actorum armariis instruatur, cum Aulae necessariae pro constituendis reis in ferenda tortura, et reliquis jurisdictionis actibus exercendis.

Processit tum ad visitandos carceres, qui in aedificio paulo ab Ecclesia dissito existunt, eosque intus exteriusque perlustravit, cumque invenisset eosdem, tum Jurisdictioni Ecclesiasticae, cum Laicali Archiepiscopi deservire, et promiscue laicos ecclesiasticosque illis mancipari decrevit.

Quod construatur carcer tum civilis, tum criminalis pro Ecclesiasticis, distinctus a laicalibus, ne latronum, et facinorosorum hominum conversatio, aut clericorum mores corrumpat, aut dignitatem deturpet.

§ VIII.

De Monasterio.

Willelmus Secundus Rex, cum templum Beatae Virgini sacrum extruxisset, Religiosos viros ipsi inservire desiderans, Coenobium insigne opere Arabo illi adjecit, quod peristylio marmoreo biscentum columellis musivo opere elaboratis suffulto, et duodecim turribus instruxit, nec non perampla dote donavit, atque centum Monachis ordinis Cassinensis é Caveusi Monasterio accitis, tradidit inhabitandum. Sed postquam Ecclesia Archiepiscopali dignitate insignita, haud amplius Abbati Regulari, sed Sacerdoti saeculari commissa est, adscriptis omnibus fere redditibus Archiepiscopali Mensae, constitutoque ex veteris Edificii parte Palatio Archiepiscopali, Monasterium a Priore secundum regulam monasticam regi seorsim coepit sub jurisdictione tamen Archiepiscopi, qui Abbas est, cujus visitationi et correctioni, exceptis iis, quae ad disciplinam regularem pertinent, adhuc mox subest. Ex eo vero tempore numerus Monachorum minui coepit, ut quidem anno 1552, Regius Visitator Jacobus Arnedo triginta fere inter Sacerdotes et Professos invenerit. Fuerunt et aliquando plures, sed cum pauciores Philippus Jordius Regius Visitator eamdem Ecclesiam perlustrans invenisset, censuit praescribendum, quod pro facultatibus Monasterii augeretur Monachorum numerus, quem re tum cognita, viginti saltem Choristarum praefiniit, mandans, ut pro eorum congrua substentatione Mensa Archiepiscopalis uncias centumquinquaginta Monasterio quotannis persolveret.

Porro Monasterium ad praesens Ecclesiam, Palatiumque interjacens, duobus praegrandibus constat conclavibus, quibus hinc inde cellae Monachorum adhaerent, et necessariae subsunt Officinae. Est in iis quoque locus pro novitiis professis, qui studiis Monasticis operam dant.

Cum itaque Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator Genlis dictum Monasterium visitasset, ejusque conclavia, sive Dormitoria, Cellas, Novitiatum, Bibliothecam, Archivium, Aulam, ubi Capitulum cogitur, Refectorium, Atrium, omnesque fabricas, decrevit atque mandavit.

Quod reficiatur Dormitorium magnum, scilicet brachium illud fabricae dirutum, quod a Monasterio ad Palatium usque Archiepiscopale protenditur, armisque Regiis dicti Monasterii postes exornentur.

§ IX.

De Archiviis, et Privilegiis Ecclesiae Monregalensis.

Archivia Monregalensis Archiepiscopatus tria sunt. Primum consistit in capsa ferrea in Sacrario Ecclesiae posita, ac tribus clavibus munita, quarum Archiepiscopus unam, Praetor alteram, postremam Magister Notarius Mensae habet. In ea conservantur privilegia, diplomata et membranae originales. Secundum est archiviolum secretum Archiepiscopale positum in Seminario, in quo conservantur scripturae, et regesta ad Mensam pertinentia. Tertium est archivium jurisdictionis episcopalis tum ecclesiasticae, cum temporalis, existens in aedibus publicis civitatis, cujus curam habet publicus notarius laicus, qui ab Archiepiscopo in Archivistam eligitur; conservantur in eo acta Visitationum, et ordinationum; processus civiles et criminales tum fori ecclesiastici, cum secularis, libri redditunm Civitatis, et reliqua utriusque Cancellariae acta. Tria itaque Archivia ejusmodi

praevio examine relationum super unumquodque factarum, cum Illmus, et Rmus Dnus perlustrasset, decrevit, mandavitque.

Quod reformentur Archivia juxta instructionem, sive potius unum generale tabularium Archiepiscopale construatur, ab Archivista Ecclesiastico custodiendum, in quo condantur diplomata et scripturae omnes, et libri Archiepiscopatus, atque visitationes, et acta omnia Curiae Ecclesiasticae, eaeque praesertim, quae nunc in archivio Palatii Juratorii existunt.

Quod archivium Monasterii amplietur, et quod in archivio existenti in Palatio Juratorio fiat liber rolli in carta regia omnium scripturarum, quae cum primum Archivista fuerit electus recenseantur, et consignentur eidem, cum obligatione in calce rolli describenda de illis custodiendis, nec extrahendis.

Quod armaria ejusdem archivii reticulis ferreis, et clavi; fenestrae vero cancellis ferreis, vitrisque muniantur, portaque firmior reddatur,

Quod regestum bonorum et reddituum Mensae, aliique libri et scripturae extractae ex archiviolo secreto Archiepiscopali existenti in Seminario, ipsis statim restituantur, nec ex eo extrahantur, sed cum oportuerit exemplentur.

Privilegia autem Ecclesiae, sunt quae sequuntur, vid.

In primis privilegium Regis Willelmi II datum anno 1176.

Item Bulla PP. Alexandri III concedens ad petionem Regis Willelmi plurimas gratias.

Item bulla Lucii PP. III, erigens Ecclesiam Montis Regalis in Metropolitanam.

Item bulla Clementis PP. III, confirmans Willelmo Archiepiscopo omnia donata per Regem Willelmum.

Item bulla Pauli III pro sedandis differentiis Ecclesiae Montis Regalis.

Item diploma Regis Willelmi, in quo continentur nomina Vassallorum Ecclesiae, arabice et graece scriptum.

Item aliud privilegium, in quo continentur nomina Vassallorum terrarum Ecclesiae arabice et graece scriptum.

Item declaratio Willelmi Comitis Marsici de venditione domuum, quas Rex Willelmus concessit Comiti Silvestro existentium in civitate Panormi, ubi hodie est Ecclesia S. Cataldi.

Item bulla Honorii PP. III qua ostenditur Ecclesiam S. Cataldi esse Parochialem.

Item donatio Regis Willelmi facta Ecclesiae Monregalensi de Ecclesiae S. Sepulcri Messanae, et domo quondam Comitis Silvestri cum Ecclesia Sancti Cataldi Panormi.

Item cessio Episcopi Agrigentini de juribus, quos habebat in Corleone, ac Castro de Bottellaro.

Item cessio Episcopi Regii de juribus forsan ipsis competentibus in ecclesia SSmi Salvatoris Martelli.

Item bulla Lucii III, qua Episcopus Catanensis privatur usu pallii.

Item alia bulla dicti PP. *Lucii III*, qua confirmat Archiepiscopo omnia privilegia Ecclesiae.

Item donatio regis Willelm*i de* Bisacquino.

Item declaratio Rogerii de *Tarsia*, sibi nullum jus spectare de Bisacquino.

Item donatio Regis Willelmi casalis Rendinellae.

Item donatio Regis Willelmi casalis Terrusii, et casalis Fantasinae Ecclesiae Sanctae Mariae de Corleone.

Item donatio Regis Willelmi casalium Julianae, Cumicci, Adragni, Campucae, et Senurae.

Item donatio Petri Archiepiscopi Brindusini de Ecclesia Sancti Spiritus Brindusii, et Ecclesia Sancti Angeli de Campis.

Item privilegium Regis Willelmi, quo eximit Ecclesiam Monregalensem a quibusvis gabellis, datiis etc.

Item bulla Clementis III directa Capitulo Syracusano, qua declarat ipsam Ecclesiam subjci jurisdictioni Metropoliticae Archiepiscopi Monregalensis.

Item alia bulla Clementis PP. III, confirmans usum pallii Archiepiscopo Monregalensi, et donans illum Episcopo Syracusano.

Item alia bulla Clementis III, confirmans erectionem Ecclesiae Montis Regalis in Archiepiscopalem cum usu pallii, ac jure Metropolitico super Ecclesiis Syracusae, et Catanae.

Item actus possessionis cum inserta forma Reginae Constantiae super tenimento dicto di Brumi prope Barium.

Item privilegium Friderici II Imperatoris pro confirmatione privilegiorum Regis Willelmi

Item privilegium Lucii PP. III, pro exemptione Monachorum Montis Regalis a solutione decimarum.

Item privilegium Regis Martini confirmans feudum Mirti cum molendino, et duobus barcis, ultra uncias centum aureos Monasterio Montis Regalis, et multa alia diplomata in dicta capsa existentia.

TITULUS II

Visitatio Status Formalis

Monregalensis Archiepiscopatus ea forma est, ut Archiepiscopum ad Regiam denominationem habeat, qui pastorale et spiritnale munus per sex Canonicos, Curatos in civitate, et per Curatos Parochos, vel Archipresbyteros in dioecesi explet; Archiepiscopalem vero audientiam, et Ecclesiasticam Jurisdictionem per Vicarium Generalem: temporalem autem, quam ut Dominus et Baro Urbis, et Status obtinet, per Gubernatorem exercet. Sunt, et Divini Cultus Ministri quamplurimi, scilicet in Cathedrali Monachi Ordinis Sancti Benedicti, et seculares Canonici; in dioecesi vero vel Canonici, ut in civitate Corleonis, vel ut in reliquis locis, simplices Presbyteri, et Clerici, cum diversorum Ordinum Regularibus; denique in peramplo Seminario iuventus disciplinae ecclesiasticae et literarum tyrocinio addicitur.

§ I.

De Archiepiscopo et Pastorali cura.

Archiepiscopatum Monregalensem ad Iuvinctissimi Regis Nostri Caroli praesentationem mox obtinet Eminentissimus Dominus D. Trajanus Acquaviva Neapolitanus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, vigore apostolicarum bullarum datarum Romae die 4 maii 1739, et exequtoriatarum in Regno die 25 ejusdem mensis et anni; Ecclesiaeque possessionem per legitimum procuratorem coepit die 28 ejusdem.

Eo. Romae Catholici Regis Legatum agente, Illmus et Rmus Episcopus Philippopolitanus Johannes Baptista Giambè ejus vices in omnem pastoralem curam explet; exhibuitque propterea Illmo et Rmo Dno Visitatori vigori edicti Sanctae Regalis Visitationis. Cura pastoralis, ac totius status tum materialis, tum formalis, et realis Ecclesiae distinctam relationem propria manu subscriptam, in qua diligenter retulit. I. De Templi constructione. II. De titulo, et consecratione. III. De altaribus, et cappellis. IV. De turri campanaria. V. De Situ Chori. VI. De Choristis. VII. De Vicario Generali. VIII. De officio Archidiaconi. IX. De Thesaurario. X. De Theologo et Poenitentiario. XI. De Beneficiis XII De Cura Animarum. XIII. De Sacristis. XIV. De Thesaurario. XV. De altaribus privilegiatis. XVI. De indulgentiis. XVII. De capsa male ablatorum. XVIII. De palatio Archiepiscopali. XIX. De possessione Archiepiscopi. XX. De piis Archiepiscopi operibus. XXI. De Episcopis suffraganeis. XXII. De dioecesi, et ejus finibus. XXIII. De civitate Monregalensi. XXIV. De civitate Corleonis. XXV. De terra Bisacquini. XXVI. De terra Brontis. XXVII. De Plana Graecorum. XXVIII. De Parco. XXIX. De Monkelebri. XXX De Jardinello. XXXI. De Monasterio SSmi Salvatoris. XXXII. De Ecclesia Sancti Ca-

taldi. XXXIII. De Praedicatoribus, et Sanctis Exercitiis. XXXIV. De Electione Parochorum. XXXV. De Regularibus. XXXVI. De Monialium Monasteriis et conservatoriis. XXXVII. De Parochorum obligatione. XXXVIII. De Magna Curia Archiepiscopali.

Qua relatione praesentata in officio Sanctae Regalis Visitationis, et per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem admissa, quo ad nullam inferret praejudicium juribus Regis, Ecclesiae et cujuscumque tertii, discussaque simul et recognita in locali et personali Visitatione, ipsemet Illmus et Rmus Dnus Visitator summis primum laudibus prosequutus est curam diligentiamque Archiepiscopi in pastorali munere, nec non egregiam dicti Episcopi Philippopolitani ejus Vicarii operam, studiumque in regimine tam insignis Archiepiscopatus, et in rebus gerendis peritiam et integritatem, tum vero ad praecavendum futuris potissimum Ecclesiae incommodis, decrevit,

Quo ad Clericatum, sive ordines, vel nemo promoveatur, nisi in Seminario saltem per triennium fuerit educatus, quodque praefiniatur numerus Ecclesiasticorum, quibus Urbis et dioecesis Ecclesiae indigent, et praefinitio in tabulam redacta in Archiepiscopali Cancellaria publice prostet.

Item quod in exequutionem Concilii Tridentini nullus in posterum ordinetur, nisi simul servitio alicujus Ecclesiae adscribatur, ubi sui fungatur muneribus.

§ II.

De Archiepiscopali Audientia

Curiae Archiepiscopali Monregalensi praesidet Illmus et Rmus Episcopus Philippopolitanus, Vicarius (ut meminimus) Generalis, cui opitulantur inferiores Administri scilicet, Provicarius Generalis, qui, eo absente vel impedito, praeest juridicundo, Adsessor, Advocatus Fiscalis, Cancellarius, sive Magister Notarius, Actuarii, sive Commissarii, duo servientes, sive ut vocant *Erarii*, quinque, et Carcerarius.

Itaque Illmus et Rmus Dnus Visitator, discussa de statu Curiae relatione praesentata per ejus Cancellarium in officio Sanctae Regalis Visitationis, et admissa citra cujuscumque jurium praejudicium, visitavit ejusdem Curiae aulam, officiales, taxam, stylum et caetera ad ipsam pertinentia. Quae omnia cum rite et recte haberi, et Innocentianam taxam adamussim observari invenisset; decrevit mandavitque pro semper laudabiliori ipsiusmet Curiae ordine et decentia.

Quod causae, et judicialia negotia omnia ad forum Ecclesiasticum pertinentia in Curia seu loco Tribunalis, ut supra in palatio statuendo, dumtaxat tractentur, et ad effectum ejusmodi officiales singulis diebus in eodem Tribunali conveniant, statisque horis audentiam publicam habeant, juridicundo incumbant, et sui muneris reliqua ibidem peragant; si quid vero horum in privatis aedibus, aut alibi extra Tribunal actum fuerit, id ipsum nullitatis vitio omnino subiaceat.

Quod Assessor Fiscalis, Notarius aliique Curiae Ecclesiasticae Officiales sint Ecclesiastici, et ab officialibus Curiae Laicalis omnino diversi.

Quod carceres bis in anno saltem per Provicarium Generalem publice personaliter visitentur.

§ III.

De Gubernatore, et Curia Seculari Archiepiscopi Monregalensis, tamquam Domini temporalis

Cum Regiae Archiepiscopali Mensae adnexum sit dominium temporale civitatis et status Monregalensis, Archiepiscopus, qui in eo merum, et mixtum imperium, plenamque baronis jurisdictionem habet, eam Gubernatori Generali committit, qui ad praesens est idem Illmus

et Rmus Episcopus Philippopolitanus, qui Vicarii Generalis munere, ut supra, fungitur. Is ergo Pontificio gaudens indulto ad criminalem jurisdictionem exercendam Curiae Seculari pariter praeest, Judicemque Jurisperitum habet. et Magistros Notarios, sive Actuarios duos, alium Judicem, ut vocant *Ideotam*, et Erarium Fiscalem. Cumque Illmus et Rmus Dnus Visitator omnia sub ejusdem Episcopi Philippopolitani diligentia solertique cura laudabiliter, et summa integritate peragi in visitatione comperisset, eadem dignis laudibus cumulavit; adhortans tamen pro suo munere, quod Archiepiscopi pro tempore ita spiritum Ecclesiae, et mentem Principum in credito Ecclesiasticis viris feudorum dominio, et jurisdictione retineant, ut Patres simul, et Pastores esse non obliviscantur, sed laicalis gladii aciem paterna semper charitate et misericordia obtundant, ac memores Episcopalium partium potius esse vitam reis intercedere; eos cum oportuerit, sic coerceant, ut magis convertantur, et vivant.

§ IV.

De Ministris Divini Cultus.

Ab exordio Monregalensis Ecclesiae Monachi Ordinis Sancti Benedicti a Willelmo II Rege in costructum Coenobium positi Divini Cultus munia in ea obierunt, prout et modo viginti ejusdem Ordinis Choristae sub uno Priore Regulari adhuc exercent, quorum nomina § VII recensentur.

Est etiam in Ecclesia Archidiaconatus Secularis, quae prima Dignitas est post Pontificalem, quam modo obtinet Archidiaconus D. Franciscus Corradi Panormitanus, vigore literarum Apostolicarum datarum Romae anno 1737, et exequutoriatarum in Regno sub die 22 maii 1738. Dubio procul ea Regii juris patronatus est, tum aliis nominibus, cum praesertim ex dotatione, ob annexionem Regii Prioratus Sanctae Annae de Portellis, olim membri Regiae Archiepiscopalis Mensae. Verum hodie sedes Apostolica Dignitatem ipsam confert, velut primam post Pontificalem ex reservatione generali, cumque Fiscus Sanctae Visitationis emendari ejusmodi Regis praejudicium institisset, quandoquidem reservationes generales, et Regulae Cancellariae Patronatui Regio, imo nec privato officiunt, Illmus et Rmus Dnus ad Sacram Regiam Maiestatem rem censuit esse referendam.

Sunt etiam, prout antiquitus fuerunt in eadem Monregalensi Ecclesia quamplures Seculares Canonici, servitio Ecclesiae pariter adscripti, quorum primos sex Canonicatus creavit Archiepiscopus Monregalensis Cardinalis de Cardona, sex alios Archiepiscopus Cardinalis Farnesius, et sex alios a Ludovico Primo de Torres Archiepiscopo, addendos mandavit Regius Visitator Philippus Jordius, sex tandem alios instituit Archiepiscopus Johannes Roanus.

Horum sex primi curam animarum, et Sacramentorum administrationem peragunt, et aliquo ex iis Canonicatibus vacante, quinque reliqui eligunt successorem, et Archiepiscopo praesentant, a quo post examen synodaliter habitum instituitur, et confirmatur. Duodeviginti vero Canonicatus reliquos ab Archiepiscopo conferri mos fuit. et si ad Regiam praesentationem quoque pertinere Fiscus Sanctae Visitationis praetendat.

Praeter numeratos saecolares Canonicatus, sunt in Monregalensi Ecclesia Praebendae Theologalis, et Poenitentialis erectae, et dotatae anno 1601 ab Emin. Cardinali Ludovico II de Torres huius Ecclesiae Archiepiscopo, obtenta confirmatione apostolica a Clemente Papa VIII dato diplomate eodem anno; iis est adnexum munus Magistri Caeremoniarum, quique eos obtinent, nomine Canonicorum condecorantur. Eorum vero electio ad Canonicos seculares pertinet ad nominationem Rectoris et Deputatorum Seminarii, electus deinde literas institutionis a Magna Curia Archiepiscopali obtinet.

Canonici autem sunt, Vid.

Sex Canonici curam animarum exercentes

Canonicus D. Stephanus Sanicola.
Canonicus D. Simeon Volpe.
Canonicus D. Nicolaus Matranga.
Canonicus D. Franciscus Turdo.
Canonicus D. Albertus Carlino.
Canonicus D. Petrus Antonius la Tranga

Canonici reliqui decem, et octo

Canonicus D. Matthaeus Rossotto.
Canonicus D. Conus Mosca.
Canonicus D. Petrus Mandarò.
Canonicus D. Joseph Pianello.
Canonicus D. Bartholomaeus Aprosio.
Canonicus D. Franciscus Saraceno.
Canonicus D. Joseph Falco.
Canonicus D. Andreas Sapienza.
Canonicus D. Ludovicus Lo Re
Canonicus D. Petrus Orlando.
Canonicus D. Antonius Costarelli.
Canonicus D. Franciscus Guardì.
Canonicus D. Joseph Pirello.
Canonicus D. Joseph Blandino.
Canonicus D. Joachim Candella.
Canonicus D. Natalis Costa.
Canonicus D. Xaverius Corelli.
Canonicus D. Laurentius Orlando.

Hos igitur ministros omnes Divini Cultus tam Monachos, quam seculares, Illmus et Rmus Dnus personaliter, et secreto visitavit et audivit super statu ecclesiae, servitio chori et controversiis inter utrumque coetum. Cumque ad ecclesiae pacem restituendam, quam ob difficillimam in regularibus, et secularibus animorum conjunctionem pene desperatam intellexit, plura serie meditatus esset de omnibus Sacram Regiam Maiestatem censuit instruendam, ut tam eximiae ecclesiae malis providentia, et auctoritate sua consulere dignaretur.

§ V

De Sacristis, et servientibus ecclesiae.

Munus Sacristae, qui et Thesaurarius mox diei solet, per Monachum Benedictinum in Ecclesia Monregalensi geritur. Is ab Archiepiscopo eligitur ad nutum amovibilis, atque curam servandarum supellectilium, nec non reliquiarum et jocalium habet, ac indebitos usus erogandi uncias biscentum viginti, et tarenos vigintiquatuor, qua pro Divino Cultu solvuntur quolibet anno a Mensa Archiepiscopali, atque proventus campanarum, et quartam funerum de quibus omnibus singulis trimestribus, et quandocumque expostulata fuerint rationes, computa Archiepiscopo reddere, sive Deputatis ab illo tenetur.

Sacristae minores clerici sunt numero undecim, qui solas vestes ex dicta massa unciarum biscentum viginti, et tarenorum vigintiquatuor accipiunt, stipendium vero aliunde.

Horum primus dicitur Magister Sacrista, cujus munus est invigilare, ut ecclesiae utensilia in suis armariis reponantur, et conserventur, eaque praeparare pro sacris peragendis, ac dirigere, et corrigere alios minores sacristas, ut quisque suum expleat munus.

Duo Clerici vulgo dicti *Marancredi*, qui vestem nigri coloris induuntur, curam habent altaris majoris, et chori, ac in missis et in vesperis solemnibus turiferariorum munus obeunt.

Alii duo Clerici, qui, et veste nigra utuntur, vulgo dicti *Jaconi di Cappella*, inserviunt Parochis, eorumque Coadiutoribus in Sacramentorum administratione, curamque altaris Ssmi Sacramenti gerunt. Sex reliqui, qui vestem rubei coloris induunt, *Jaconi* etiam appellati, curam habent omnium ecclesiae altarium, et tenentur inservire missis privatis, ac in missis vesperis solemnibus, et processionibus Ceroferariorum munere fungi.

Est et secularis serviens dictus *Marancredo di notte*, cujus munus est ecclesiam, campanasque custodire, dormit proinde in ipsa ecclesia, curatque ne tempore praesertim nocturno signa campanarum, quae occorrunt, omittantur.

Accedunt duo famuli, vulgo *massari*, qui tenentur ecclesiam verrere, et ab omni sorde mundare.

Cum itaque Illmus et Rmus Dnus Visitator, praehabita relatione ab eodem Thesaurario praesentata, eos eorumque numerum, officium, et curam visitasset, mandavit.

Quod *Jaconi* duo dicti de *cappella*, qui specialiter servitio Parochorum sunt addicti, eidem assidue vacent, et eorum jussibus prompte obediant. Si secus egerint ad omnem Parochorum requisitionem in parte stipendii pro modo culpae mulctentur. Contumaces vero, aut muneri inepti judicio eorumdem Parochorum statim ejiciantur.

§ VI

De servitio chori et divinis officiis

Servitium Chori, et Divini Cultus olim, ut saepe meminimus, obibant centum Monachi a Willelmo Rege evocati, sed inde per Bullam Sixti Papae IV anno 1483, quinto julii editam, sexdecim tantum Monachi servitio Ecclesiae fuerunt addicti. Cum vero talis numerus ad explenda omnia Divini Cultus servitia satis non esset, fuit praesignatus numerus vigintiquinque Monachorum, qui Choro, et Ecclesiae, inservirent. Tempore Regiae Visitationis Jacobi Arnedo anno 1552 triginta Monachi inter Sacerdotes, et Professos in Ecclesia Sacris operabantur, quibus cum sex qui tunc erant Canonici Seculares, et sex alii Presbyteri pariter Seculares Missis, et horis Canonicis interesse tenebantur. Item ferè numerus Monachorum erat addictus servitio Ecclesiae, perlustrante hanc Ecclesiam Regio Visitatore Francisco Puteo anno 1583. Sed Canonici Seculares ad numerum duodecim adaucti erant, qui Missae cantatae per totum annum, et horis Canonicis tertiae, sextae, et Vesperarum in diebus festivis. Completoriis vero in omnibus sabbatis, et aliquibus diebus festivis suum interventum praestare tenebantur sub poena amissionis distributionis, quae inter praesentes dividebatur. Subinde cum talis Monachorum numerus defecisset, Regius Visitator Philippus Jordius decrevit, quod ad minus vigintiquatuor Monachi Ecclesiae servitio essent addicti, quorum saltem viginti continuò in Choro assisterent. Porro in praesantiarum idem Monachorum numerus tum quotidie cum singulis canonicis horis interesse tenetur. Ex secularibus Canonici duodeviginti Chori interessentia obstringuntur, reliquis sex exemptis ad Parochialem curam, et Sacramentorum administrationem expeditius exercendam.

Caeterum interessentiae debitum, quod jugè Monachis est paulo remissius, enunciatis Canonicis imminet, qui in hoc certam habentes regulam, eam, ut fuit praescripta anno 1638 per Eminentissimum Cardinalem, et Archiepiscopum Monregalensem Comisum de Torres ita, et modo observant. Intersunt nempe.

Omnibus festivis diebus mobilibus in primis, et secundis Vesperis.

Omnibus diebus Dominicis.

Omnibus diebus festivis Beatae Mariae Virginis de praecepto.

Omnibus diebus festivis Sanctorum Apostolorum.

Omnibus diebus Hebdomadae Sanctae. — Die primo Quadragesimae.

Die Sabbati Pentecostes, ad Benedictionem Fontis, et Missam.

Ad processionem, et Completorium per totam octavam Corporis Christi.

Januarius — In primis Vesperis, et die Circumcisionis Domini.

In primis Vesperis, et die Epiphaniae Domini.

Februarius — In die festo Purificationis Beatae Mariae Virginis.

In primo Vesperis, et die festi Sancti Castrensis Episcopi hujus Civitatis Patroni.

Martius — Omnibus sextis feriis ad Completorium et Miserere.

Die festi Sancti Benedicti Abbatis.

Aprilis — In primis Vesperis, et die Dedicationis hujus Metropolitanae Ecclesiae.
Majus — In prima Dominica, et primis Vesperis, et festo Coronae Domini.
In die Inventionis Sanctae Crucis.
In tertia Dominica in primis Vesperis, et translationis Sancti Castrensis Episc. Patroni.
Junius — In primis Vesperis, et die Nativitatis Sancti Johannis Baptistae.
In primis Vesperis, et die SSrum Apostolorum Petri et Pauli.
Augustus — Die Sancti Laurentii Martyris.
In primis Vesperis, et die Assumptionis Beatae Mariae Virginis.
September — Die festi Sanctae Rosaliae Virginis
Die anniversarii Illmi, et Rmi Domini Hieronymi Venero Archiepiscopi in Missa.
In primis Vesperis, et die Nativitatis Beatae Mariae Virginis.
November — In primis Vesperis, et die Omnium Sanctorum.
Die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum in Missa.
In anniversario omnium Illmorum, et Rmorum Archiepiscoporum hujus Civitatis in Missa.
In anniversario Regis Willelmi.
December — In primis Vesperis, et die Nativitatis Jesu, et Matutino in nocte.
Die Sancti Stephani Protomartyris.
Die Sancti Johannis Apostoli, et Evangelistae.
In omnibus processionibus publicis, et functionibus, quibus Emin. et Rmus adest.

Caeterum Illmus et Rmus Dnus Visitator, perspecta et discussa relatione de Chori Divinique Cultus servitio, ac in personali Visitatione auditis Divini Cultus Ministris, mandavit:

Quod juxta ordinationem Regii Visitatoris Jordii, viginti semper Monachi Choristae Choro, et Divinis Officiis quotidie intersint. Ne vero id amplius negligatur, curae Archiepiscopalis erit Punctatorem eligere, qui illorum deficientias in libro punctorum referat. Ad haec vero summa unciarum centum quinquaginta, quae ex Mensa Archiepiscopali pro ejusmodi effectu persolvitur, distribuatur in mestruas solutiones, et in fine cujuslibet mensis retineantur ex iis puncta, archiepiscopali judicio taxanda, quae Maragmati Ecclesiae integrè accrescant.

Quod caeteri omnes, qui in eadem Ecclesia tenentur Choro et divinis officiis, et muniis assistere, sequestro reddituum ad residentiam, ad interessentiam vero diebus horisque antiquitus statutis per puncta super tertia parte fructuum ad formam Concilii compellantur. Quae puncta fabricis, ut supra applicanda, aliasque poenas arbitrio Ordinarii pariter subeant; qui cum interfuerint, canere, aut sua obire munia negligent, aut alias choralem disciplinam. vel receptas sacrarum caerimoniarum regulas in Divinis Officiis, et processionibus offenderint.

§ VII.

De Regulari Monachorum Disciplina et studiis

Monachorum, qui a Rege Guillelmo ad Monregalensem Monasterium fuerint acciti, non ea fuit jamdiu disciplina, quin penè, ut humanarum rerum conditio fert, vices phasesque non habuerit suas, variumque sub Regiis Visitatoribus statum.

Ut, ut fuerit, Prior modo, Decanus, Cellerarius, omnesque Regulam Monasticam retinent, et observant. Studium philosophiae in eo habetur, cui quinque novitii professi operam dant sub lectore optimis disciplinis instructo. Physica naturalis, metaphysica, et logica ea est, quae modo eruditis arridet.

Haec itaque omnia cum Illmus et Rmus Dnus Visitator in visitatione locali Monasterii, et personali Monachorum cognovisset, et examinasset, atque de nonnullis ad Regulam Sancti Benedicti pertinentibus cum Priore, et Monachis verba habuisset, quaedam ad aures eidem Priori commisit, quae disciplinam tangunt, et censuit reformanda. 58

Porro Prior et Monachi in eodem Monasterio commorantes sunt:

Rev. Pater D. Romualdus Rossi Prior Monasterii.
Pr D. Joseph Antonius Lombardo Sub-Prior.
Pr D. Benedictus Zacco Decanus.
Pr D. Joseph Baptista Zunica Decanus.
Pr D. Petrus Maria Alessio Decanus.
Pr D. Petrus Antonius Cajetanus Decanus.
Pr D. Vincentius M. Paternò Decanus.
Pr D. Antonius Grugno Decanus.
Pr D. Michael Grugno Decanus.
Pr D. Michael Angelus M. Tedeschi Decanus.
Pr. D. Joseph Maria Catena.
Pater D. Johannes Petrus Galletti.
Pater D. Severius Castello.
Pr D. Ermenegildus Sancti Angeli.
Pr D. Flavius M. Terrana.
Pr D. Julius Mastro Caldarera.
Pr D. Franciscus Antonius Cajetani.
Pr D. Vincentius Maria de Vintimilia.
Pr D. Antoninus Maria Colonna.
Pr D. Enricus Maria Gravina.
Pr D. Emmanuel Cafellou.

§ VIII.

De Parochorum cura et Eccl. Disciplina

Sex secularibus Canonicis a Cardinali de Cardona hujus Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopo creatis, quorum primus vocatur Archipresbyter, a primaeva eorum institutione onus incumbebat administrandi gratis omnia Sacramenta Christi fidelibus, ut testantur Regii Visitatores Arnedus, Puteus et Jordius, eademque cura privative, quo ad omnes alios, fuit eis confirmata a Paulo III, dato Diplomate die 6 augusti anni 1549.

Hi Sacramenta administrant, ac reliqua parochialia officia exercent tum in Ecclesia Cathedrali, quae est unica Paraecia Civitatis Monregalensis, cum per totam civitatem ipsam ejusque territorium, nec non in palatio annexo Sancti Cataldi Ecclesiae in Urbe Panormi.

Omnes simul curae animarum incumbunt, quamquam unusquisque peculiariter in hebdomada per turnum munus suscipit obeundum. His praeterea duos Sacerdotes, qui alternis vicibus adjutrices manus in Sacramenturum administratione eis praestare tenentur, sibi adsistunt, adsignato unicuique stipendio unciarum duodecim.

Quamplurimae in Urbe, et Dioecesi Confraternitates sunt, in quibus pietatis exercitia excoluntur. In Regularium autem Conventibus, in Sanctimonialium Monasteriis, in puellarum et mulierum conservatoriis conveniens locis disciplina, adnitente Archiepiscopi, et Episcopi Philippopolitani zelo, laudabiliter retinetur.

Cum itaque Illmus et Rmus Dnus Visitator Parochialem curam, et quae ad Ecclesiasticam disciplinam pertinerent, perlustrasset, praehabitis relationibus a Parochis praesentatis, mandavit:

Quod Parochi, qui Parochialem explere curam in Ecclesia Cathedrali tenentur, et solent praedicationis munus in eadem Cathedrali vernacula lingua ad formam Concilii singulis saltem Dominicis et festis diebus, omnino adimpleant; atque instructiones, catecheses, et caetera Parochiales curae partes judicio Ordinarii omnino ibidem expleant. Qui contrafecerint, vel qui eos ne faciant impedierint, mulctis, poenisque Archiepiscopali authoritate graviter coerceantur.

Quod omnes de Clero tum Civitatis cum Dioecesis, qui nonnisi pro Ecclesiarum suarum necessitate, vel utilitate ad patrimonii titulum fuerunt promoti, Parochis adjutricem manum, cum necesse fuerit, praebere teneantur, praesertim in commendandis morientium animabus; singulis vero Dominicis, et festis diebus saltem interesse Choro, et muniis Ecclesiasticis in propria Ecclesia fungi. Clerici etiam in colligendis, et erudiendis pueris in Doctrina Christiana, Parochis praesto sint et obediant.

Quod in Cathedrali et Collegiatis Ecclesiis lectio Sacrae Scripturae singulis saltem Do-

minicis habeatur, et tum in eadem Cathedrali cum in principalioribus Dioecesis Ecclesiis judicio Ordinarii destinandis habeantur qualibet hebdomada Congregationes casuum moralium, et Sacrorum rituum, ad quas intervenire teneantur, praesertim Curati omnes et ordinandi.

TITULUS III.

De rebus

De visitatione Status realis et Bonorum Ecclesiae.

Willelmus II Rex, ut insigni munificentia templum Beatae Virgini sacrum excitavit, ita pari largitate amplissima dote comulavit, cujus exemplo, et alii quoque Reges alia ipsi bona donarunt, ex quibus ditissima illa Archiepiscopalis superest Mensa, quae ne dum in Sicilia, vel in tota fere Italia uberior pene creditur nulla. Ex ea Monachis Conventualis Mensa profluxit, quibus et mox tamquam Ecclesiae Ministris Archiepiscopus certam quotannis summam pro congrua substentatione persolvit. Seculares etiam Canonici, reliquique inservientes Ecclesiae stipendia ex ea consequuntur; prout et Seminarium, et Maragma certam in singulos summam.

§ I.

De Regia Archiepiscopali Mensa, ac Bonis, et redditibus Archiepiscopi Monregalensis

Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis perlustravit Mensam, bona et redditus Archiepiscopatus, eorumque onera, et gravitias; et discussis relationibus praesentatis ab Oeconomo Archiepiscopalis Mensae in Officio Sanctae Regalis Visitationis, admissis tamen citra Mensae, Regis, et tertii praejudicium, perlustratis Mensae cum antiquioribus tum recensioribus codicibus, revisis actis antiquarum Regiarum Visitationum, et aliis notitiis aliunde comparatis, reperit Archiepiscopatus bona, redditus et onera esse, quae sequuntur, salvo tamen meliori examine, et citra praejudicium etc.

Bona, et Redditus.

Possidet Mensa Archiepiscopalis numero septuagintaduo feuda, et in primis enumerantur feuda, quae ab infrascriptis possidentur, absque eo, quod a Mensa Archiepiscopali notitia habeatur de titulo possessionis, excepto feudo Rajae concesso in emphyteusim, ut infra etc.

Feudum Giacalonis

Feudum dictum Giacalone extensionis salmarum quatuorcentum terrarum, juxta feudum Regali Celsi, feudum Chiusae, feudum Rennae, feudum Sagani, et feudum Cannaverae.

Feudum Cannaverae

Item feudum Cannaverae extensionis salmarum biscentum terrarum, juxta dictum feudum Giacalonis, et feudum Figotti, ex quibus Mensa Archiepiscopalis exigit quotannis uncias viginti novem, et tarenos quinque ab infrascriptis, vid.

Ab Antonino, et Nicolao Parisi.	on7	1	12	10
Ab haeredibus Sebastiani Melazzo.	on7	8	12	10
Ab Illri D. Johanne Andrea Massa.	on7	5	20	»
A Dna Marchionissa Manganelli.	on7	2	29	»
A Matthaeo Lombardo.	on7	»	9	»
A Mon. S. Benedicti Montis Regalis.	on7	10	12	»

Feudum Sagani.

Item feudum Sagani extensionis salmarum biscentum quinquaginta terrarum juxta feudum Giacalonis, feudum Cannavarae, feudum Rennae, feudum Suvarelli, feudum Mungilebris, et faudum Burghetti.

Feudum Suvarelli.

Item feudum Suvarelli extensionis salmarum biscentum quinquaginta terrarum, positum juxta feudum Sagani, feudum Vallis Curtae, ac territorium Montis Regalis etc.

. Pro quibus Mensa Archiepiscopalis exigit quotannis a Ven. Monasterio Sancti Martini de Scalis uncias sex . . . . 007 6 » »

Feudum Jardinelli

Item feudum Jardinelli salmarum centumquinquaginta terrarum, positum juxta feuda Mandrae de Medio, Mongilebris, Burghetti. Carini, S. Martini, pro quo exigit quotannis dicta Mensa uncias quinquaginta a D. Francisco Borzellini. . . . . ony 50 » »

Feudum Mongilebris

Item feudum Mongilebris, seu Monchilebris, extensionis salmarum nonaginta circiter terrarum, positum juxta feuda Sagani, Suvarelli, Mandrae de Medio, ac Jardinelli, territoriumque Carini. Exigit Mensa Archiepiscopalis pro dicto feudo uncias quatragiuta quolibet anno ab haeredibus dom. Petri Bellacera . . . . 007 40 » »

Feudum Mirti, et Sardi.

Item feudum Mirti, et Sardi extensionis salmarum sexcentum circiter terrarum, positum juxta feudum Damusi, et Fallamonica, feudum Placti, territorium Carini, ac feudum Giancaldari, et Billiemi, pro quo exigit dicta Mensa uncias sexdecim quolibet anno a D. Francisco Siracusa. 007 16 » »

Feudum Billiemis

Item feudnm Billiemis, et Giancaldari extensionis salmar. quatuorcentum quinquaginta circiter terrarum, positum juxta feuda Faltamonicae, et Camuchae, Mirti, Lavatoris, et territorium Partinici, pro quo exigit dicta Mensa quolibet anno uncias centum viginti a D. Vincentio Bologna 007 120 » »

Feudum Mortillae

Item feudum dictum Mortillae extensionis biscentum salmarum circiter terrarum, positum juxta feudum Picciani, et Balletti, et feuda Traversae, Damusi, et Giammassi. Pro quo exigit dicta Mensa uncias quatraginta quolibet anno a Venerabili Collegio Societatis Jesu civitatis Drepani. 007 40 » »

Feudum Chiusae

Item feudum Chiusae extensionis salmarum nonaginta circiter terrarum positum juxta feuda Ginestrae, Traversae, Regalis Celsi, Giacalonis, et Figotti. Pro quo exigit dicta Mensa quolibet anno uncias sexaginta a D. Aloysia Strozzi. . . . . 007 60 » »

Feudum Traversae.

Item feudum Traversae extensionis salmarum centum octuaginta terrarum, positum juxta feuda Picciani, Ginestrae, Chiusae, et Mortillarum, pro quo exigit Mensa Archiepiscopalis uncias octo ab Antonino Guglia. on7 8 » »

Feudum Ginestrae

Item feudum Ginestrae extensionis salmarum tercentum terrarum circiter, habetque pro confiniis feuda Cirasae, Piccianae, Casalotti, Regalis Celsi, et Traversae, pro quo dicta Mensa exigit quotannis uncias quindecim ab Illri D. Alòysio Riggio Pape Campifloriti . . . . . . on7 15 » »

Feudum Casalotti

Item feudum Casalotti de Galletto, extensionis salmarum biscentum viginti circiter terrarum, positum juxta feuda Cirasae, Merci, Regalis Celsi, et Ginestrae; pro quo exigit dicta Mensa uncias octuaginta quolibet anno a D. Gaspare Platamone. . . . . on7 80 » »

Feudum Guadalamis

Item feudum dictum Guadalame, et Scala feminarum, extensionis salmarum tercentum circiter terrarum, positum juxta feuda Ducci, Argivocalis, Cannavatae, Maganucci, Cirasae, ac flumen Petraelongae, pro quo exigit dicta Mensa uncias sex, et tarenos quindecim quolibet anno ab haeredibus D. Laurentii Giuliano. . . . . on7 6 15 »

Feudum Sparagiae

Item feudum Sparagiae extensionis salmarum quatuorcentum viginti circiter terrarum, positum juxta flumen Calatrasi, ac feuda Maluelli, Perciatae, Macellarae, et Montaguolae, pro quo exigit dicta Mensa uncias viginti anno quolibet a Venerabili Novo Collegio Societatis Jesu civit. Panormi on7 20 » »

Feudum Montagnae

Item feudum Montagnae Cervorum extensionis salmarum centum quinquaginta circiter terrarum, positum juxta feudum Galvagni, territorium Palatii Adriani, et feuda Parrini, Ducis Vatticani, et Rosellarum, pro quo exigit dicta Mensa uncias septem quolibet anno ab Universitate Busacquini . . . . on7 7 » »

Feudum Rajae

Item feudum Rajae extensionis salmarum biscentum circiter terrarum, positum juxta territorium Palatii Adriani, et feudum Gibilcaunae, pro quo exigit dicta Mensa quolibet anno uncias tercentum et novem, tarenos viginti, grana decem, et piccolos duos jure census emphyteutici a Joseph Antonio Seggio, ut ex contractu concessionis rogato per Notarium Antoninum Leto de Monteregali sub die vigesima prima augusti 3 Ind. 1740 on7 309 20 10 2

Qui redditus in totum ascendunt ad uncias octingentum et septem, tarenos decem, gr. 10, 2. . . . . on7 807 10 10 2

FEUDA NOBILIA.

Sequntur feuda nobilia, sic dicta, eo quia nulli concessa reperiuntur, suntque sub pleno dominio et possessione Archiepiscopi, a quibus percipiuntur redditus infrascripti:

Feudum Moardae

In primis feudum Moardae extensionis salmarum quatuorcentum circiter terrarum, positum juxta terram Planae Graecorum, feuda Regalis Celsis, et Ambleri, casale Parci, Vallem Fici S. Christinae. Reperitur ad praesens locatum Antonino Gullo ad tres annos pro unciis centum quinquaginta una quolibet anno, tertiis postpositis solvendis, et pro cantario uno casei equini valoris unciarum duarum, et tarenorum decem, ut ex contractu rogato per Notarium D. Johannem Baptistam Seggio sub die quarta januarii 5 Ind. 1743 . . . . onz 151 » »

Pro caseo equino. . . . . onz 2 10 »

Item exigit dicta Mensa Archiepiscopalis decimam frumentorum, et hordeorum, quam vocant terragiolo, super variis locis in dicto feudo existentibus, quae decima in anno quarta Ind. 1741 ascendit ad uncias sexdecim, tarenos septem, grana tria, et picculos quinque. . . . onz 16 12 3 5

Item exigit uncias septem, et tarenos viginti ab infrascriptis super variis locis in eo existentibus, vid.

A D. Francisco Camilla	onz	»	12	»
Ab Antonio Rappa	onz	»	15	»
Ab Alexandro Chiappa	onz	1	»	»
Ab Antonino Ragona	onz	3	23	»
Ab haeredibus Antonini Prioris	onz	2	»	»

Feudum Mandrae de Medio.

Item feudum dictum Mandrae de Medio extensionis salmarum centum et decem circiter terrarum, positum juxta feuda Mongilebris, Suvarelli, S. Martini, Carini; et Jardinelli, reperitur ad praesens locatum Reverendo D. Antonino Scarpuzza ad tres annos de firmo, et totidem de respectu ab anno 1736 in antea, pro annuis unceis centum sexaginta tertiatim, et anticipatè solvendis, ultra uncias duas, et tarenos viginti quolibet anno, ut ex contractu rogato per dictum Notarium de Seggio sub die quarta Martii decima quarta Ind. 1736 . . . . onz 162 20 »

Feudum dictum Figotto.

Iem feudum dictum Figotto extensionis salmarum centum circiter terrarum, positum juxta feuda Traversae, Mortillarum, Cannaverae, et Damusorum. Reperitur ad praesens locatum Ludovico, et Dominico de Bella fratribus ad annos tres de firmo, et totidem de respectu, ab anno 1741 in antea pro annuis unciis centum quinquaginta quinque tertiatim, et postpositè, ut ex contractu rogato per dictum Notarium de Seggio sub die decima nona Januarii 3 Ind. 1740 . . . . onz 155 » »

Feudum Giammassi.

Item feudum Giammassi extensionis salmarum septincentum circiter terrarum positum juxta feuda Balletti, Fargionis, Mortillarum, Damusorum,

Fallamonicae, Desisae, et Cammucae. Dividitur in quatuor partes, videlicet; in partem Fati, partem Baguatelli, partem D. Eumiliae, et partem Caudae Vulpae, quae reperiuntur ad praesens locatae pro annuis unciis nongentum quatraginta una, et tarenis viginti, nempe:

Pars dicta Fati locata D. Vincentio Termine, et Valguarnera ad annos tres de firmo, et totidem de respectu, incipiendos ab anno 1741 in antea pro unciis biscentum sexaginta una, ac cantario casei equini pro carnagio quolibet anno, ut ex contractu dicti Notarii de Seggio sub die decima Januarii quarta Ind. 1741 . . . . onz 261 » »

Pro pretio casei equini . . . . onz 4 20 »

Pars dicta de Bagnatelli locata Ludovico de Bella ad annos tres, ut supra, pro annuis unciis biscentum, et decem, et cantario uno casei equini pro carnagio, ut ex contractu per acta dicti Notarii die vigesima tertia Septembris 5 Ind. 1741 . . . . onz 210 » »

Pro pretio casei equini . . . . onz 2 10 »

Pars dicta D. Eumiliae locata D. Vincentio Termine, et Valguarnera ad annos tres de firmo etc. ut supra pro annuis unciis biscentum quatraginta una, et cantario casei equini pro carnagio, ut per dicta acta die 10 Januarii 4 Ind. 1741 . . . . onz 241 » »

Pro pretio casei equini . . . . onz 2 10 »

Pars dicta Cauda Vulpae locata Francisco Mauceri ad annos tres de firmo, et totidem de respectu currendos ab anno secunda Ind. 1738, pro unciis biscentum viginti, et tarenos decem quolibet anno, ut per dicta acta sub die decima quarta Martii prima Ind. 1738. . . . . . onz 220 10 »

Feudum dictum Casale Comitis.

Item feudum dictum Casale Comitis extensionis salmarum biscentum circiter terrarum, positum juxta feuda Ferricini, Modicae, Lavatoris, territorium Calatubi, et territorium Alcami. Reperitur ad praesens locatum Antonino Gullo ad annos tres de firmo, et totidem de respectu, currendos ab anno 1741, in antea pro unciis centum nonaginta, et cantario uno casei equini pro carnagio, ut ex contractu Notarii de Seggio, die quarta Januarii quinta Ind. 1741 . . . . onz 190 » »

Pro pretio casei equini . . . . onz 2 10 »

Exigit praeterea Mensa Archiepiscopalis uncias octo, tarenos decem et septem, grana undecim, et picc. quinque quolibet anno super salmis octo, tumolis novem, et mundello uno terrarum in dicto feudo existentium a Clerico D. Vincentio Patti absque eo quod habeatur notitia contractus et tituli possessionis illius . . . . onz 8 17 11 5

Feudum Montagnolae.

Item feudum Montagnolae extensionis salmarum centum octuaginta circiter terrarum, positum juxta flumen Calatrasi et feuda Sparaciae, Macellarae, et Ravanusae. Reperitur ad praesens locatum D. Antonino Bono Corleonensi ad annos duos de firmo, et totidem de respectu, currendos ab anno 1741 in antea pro unciis biscentum nonaginta, et cantariis duobus casei equini quolibet anno, ut ex contractu rogato per dictum de Seggio sub die vigesima quarta Februarii quarta Ind. 1741 . . . . onz 290 » »

Pro pretio casei equini . . . . onz 4 20 »

Exigit quoque dicta Mensa unciam unam, et tarenos viginti duos quolibet anno a Vincentio Acquaviva super clausura pro retinendis apibus in dicto feudo, videlicet unciam unam, et tarenos sex pro rotulis quatraginta mellis, et tarenos sexdecim pro pretio rotulorum duorum cerae. Verum Mensa Archiepiscopalis nullam habet notitiam de titulo ejusmodi possessionis clausurae etc. . . . . on7 2 22 »

Feudum Ficuzzae.

Item feudum Ficuzzae, extensionis salmarum biscentum sexaginta circiter terrarum, positum juxta territoria Marinei, et Corleonis, et feuda Cappilleri, Lupi, et Biffarerae. Reperitur ad praesens locatum Illri D. Ignatio Pilo Marchioni Marinei ad annos tres de firmo, et totidem de respectu, pro unciis tercentum sexaginta, ut ex contractu per acta dicti Notarii de Seggio die vigesima sexta Februarii 1736. . . . . . on7 360 » »

Feudum Gibilcannae.

Item feudum Gibilcannae, extensionis salmarum centum triginta circiter terrarum positum juxta Palatium Adriani, et feuda Rajae, et Parrinae, Ducis Vatticani. Reperitur ad praesens locatum D. Joseph Antonio Seggio ad annos tres de firmo, et totidem de respectu, incipiendos ab anno sexta Indictione 1742, pro annuis unciis tercentum et decem, ut ex contractu rogato per dictum Notarium Johannem Bapt. Seggio die tertia Julii 1741 on7 310 » »

Qui redditus feudorum nobilium ascendunt ad annuas uncias bismille octingentum et unam, tarenos undecim, grana quindecim, et picculos quatuor on7 2801 11 15 4

Feuda concessa ad decimas, nempe alia in comuni, et aliqua cum sola recognitione fori.

Feudum Ambleri

In primis feudum Ambleri extensionis salmarum centumquinquaginta circiter terrarum positum juxta feuda Moardae, et Vallis Fici, territorium Panormi, flumen Oreti, et casale Parci. Super quo feudo Ambleri exigit quotannis Mensa Archiepiscopalis uncias trigintaseptem, tarenos vigintiseptem, gr. tresdecim, et picc. 1, ab infrascriptis, vid. ab illis, quorum hic notantur contractus, sunt ex causa census emphyteutici; ex aliis vero, quorum contractus hic non recensentur, exiguntur summae, quae sequuntur absque eo, quod Mensa notitiam habeat de titulo possessionis illorum, ultra uncias sex, tarenos undeviginti, gr. 1 pro pretio frumenti, et hordei ut infra etc.

A Notario Hyacinto Cremone uncias duas . . . . . on7 2 » »

Ab Abbate D. Placido Lo Mastro super loco in dicto feudo unc. 8 on7 8 » »

A Francisco Ginè super loco, et olivis in dicto feudo unc. 5. on7 5 » »

A civitate Monregalensi annuas uncias octuaginta in duabus partitis: vid. uncias sexaginta ad rationem quinque pro centinario pro capitale unciarum mille et biscentum, ut ex actis Notarii D. Petri Vienna die decimaseptima septembris decimae tertiae Indict. 1599, et uncias viginti ad rationem quinque pro centenario, ut ex actis Notarii Leonardi Corrado die sexta augusti tertia Indict. 1625, in totum.	onz	80	»	»
A Reverendis duodeviginti Canonicis dictae Metropolitanae Ecclesiae annuas uncias quinque jure subiugationis, ut ex contractu Notarii Rocci de Fabritio sub die octava aprilis 1707	onz	5	»	»
Ab haeredibus Salvatoris et Annae Martorana, annuas uncias duas jure census, ut ex contractu Notarii Johannis Baptistae Seggio die vigesima Julii 1718.	onz	3	»	»
Ab haeredibus D. Angeli et Johannae Amato pro conductione domus, annuas uncias duas, ut ex contractu Notarii Francisci Muni Monregalensi die quarta maii decimaquinta Indict. 1742.	onz	1	»	»
A Mro Francisco Triscari annuas uncias duas pro conductione domos, ut ex dictis actis de Muni, die decima maii 15 Ind. 1707 . .	onz	2	»	»
Qui redditus in totum ascendunt ad	onz	91	»	»

Quibus sunt addendae unciae viginti depositatae a sex Canonicis Porochis penes Canonicum D. Franciscum Jurdo debitae pro capitali ad rationem annuae unius unciae etc. quae debent applicari etc..

Exitus.

Reverendis duobus Cappellanis annuas uncias quinquagintaseptem, et tarenos duodeviginti ad rationem unciarum vigintiocto, et tarenorum vigintiquatuor pro quolibet pro eorum praebenda. . . . . . onz 57 18 »

Clerico pro ejus praebenda, annuas uncias quatuordecim, et tar. 12	007	14	12	»
Reverendis duodeviginti Canonicis, annuas uncias quatuor pro assistentia in Missis solemnibus in duobus diebus festis Sancti Castrensis, ac tribus anniversariis	007	4	»	»
Sacristis dictae Metropolitanae Ecclesiae pro pulsandis campanis in dictis tribus anniversariis, annuam unciam unam, et tarenos 15	007	1	15	»
Unde exitus ascendunt ad annuas uncias septuaginta septem, et tt. 15	007	77	15	»

Restrictus.

Introitus in totum	007	91	»	«
Exitus.	007	77	15	»
Remanent	007	13	15	»

Erogatur haec summa, quae quolibet anno superest in cera, oleo, jocalibus, restaurationi fabricarum, et aliis expensis occurrentibus etc.

Perlustravit Illmus, et Rmus, Dnus Visitator jocalia, et mobilia dictarum cappellarum quae cum sufficientia invenerit, hic notanda non duxit.

§ VI.

De Monasterii bonis, et redditibus, proventuque annuo ex Mensa Archiepiscopali pro servitio Ecclesiae a Monachis praestando.

Ditissima jam olim Monachorum Mensa, dum Ecclesia Abbatialis erat, subinde post erectionem Archiepiscopatus sola portione ex Regiis Ecclesiae redditibus donata, mediocrem ad praesens dotem pro alimonia possidet Monachorum; ejus itaque bona, et redditus cum Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator. praevio examine relationis praesentatae in officio Sanctae Regiae Visitationis, discussisset, eadem bene conservata invenit, et proventus limpidos post plures adhibitas diligentias satis sufficientes triginta Monachis cognovit, sufficientiores vero, si quaedam erogationes amplius non fierent, ut sunt unciarum biscentum annuarum, quae Romae ad Procuratorem Generalem Congregationis Cassinensis mittuntur, et unciarum centum quinquaginta pro itinere Prioris ad Capitulum, qui uti Prior Monregalensis Monasterii ad illud ire nec potest, nec debet. Eas propterea erogationes idem Dominus Visitator indebitas declarans ipsas Regali Monasterio praejudiciales, et mente Regum alienas pronunciavit.

Redditibus Monasterii accedit annua Mensae Archiepiscopalis contributio pro servitio, quod Monachi Cathedrali Ecclesiae praestant, quae Sacrae Distributionis loco data videtur. Ea unciarum erat centum ante Visitatorem Jordium, qui ad centum quinquaginta adauxit cum onere, ut viginti saltem Monachi Divinis quotidie Choroque vacarent.

Porro bona et redditus, sunt quae sequuntur.

In primis feudum Casalotti positum in territorio Corleonis juxta feudum Brueae, feudum Pomi de Vegna, feudum Johannis Mariae, feudum Petrullae, et feudum Morannae, possessum a dicto Ven. Monasterio, ex dispositione testamentaria Margaritae Cosmero, et Martulles, ut ex actis Notarii Manfredi de Muta die quarta septembris undecima Indict. 1402; reperitur ad praesens locatum pro annuis unciis tercentum quinquagintaquinque, ut ex contractu rogato per Notarium Stephanum d'Urso Monregalensem, die 17 decembris 1741	007	355	»	»

Item feudum Reudac cum suis membris et pertinentiis nuncupatis *Menta*, *Caculla*, et *Agrifoglio*, positum in territorio Monregalensi juxta feudum Vallis Curtae, massariam dictam *delli Dammusi*, feuda Cannavarae. Giacalonis, et alios fines. Redditus sunt unciarum quatuurcentum sexagintatrium, et tarenorum decem, scilicet unciarum tercentum et trium, et tarenorum decem pro herba locata etc. ut ex contractu dicti Notarii die 25 augusti 1741, in totum. . . . . onz 463 10 »

Item pro diversis partitis censuum super diversis petiis terrarum concessarum ad vineas in contrata Cacullae dicti feudi, annuas uncias vigintitres tarenos decem et septem, grana sex, et picc. tres, ut ex coutractibus per acta dicti Notarii . . . . onz 23 17 6 3

Item possidet partem feudi Catagnani existentis in territorio Mouregalensi juxta feuda Bifarrerae. Cannavatae, Ducis, et Tagliaviae, ex donatione testamentaria Catharinae Catagnano, rogata per Notarium Vincentium Meli de Panormo die tertia martii 1611. Reperitur ad praesens locatum pro annuis unciis octuagintaduabus, et tarenis quindecim, ut ex contractu Notarii Augustini Pantò de Panormo sub die decimaseptima julii 1739. onz 82 15 »

Item massariam dictam *di Misilcannone* possessam a dicto Monasterio, ut ex privilegio die decima septembris 7 Ind. 1458, assentu in libro mensae Archiepiscopalis, et aliis scripturis. Reperitur sita in dicto territorio juxta feudum Rennae, et alios fines, soletque percipere uno pro alio anno annuas uncias quatragintaocto . . . . onz 48 » »

Item ex haereditate quondam Sacerdotis D. Benedicti Mammaro consistente in diversis partitis censuum etc. relicta dicto Ven. Monasterio virtute donationis per acta Notarii Balthassaris Mili die 11 decembris prima Indict. 1617, annuas uncias quinquagintaduas, et tar. 18. . onz 52 18 »

Item ex haereditate quondam D. Viti La Manna relicta dicto Monasterio ex testamento per acta Notarii Josephi de Amico, die quarta martii 1509, annuas uncias triginta pro diversis censibus. . . . onz 30 » »

Item ex haereditate quondam Antonii Li Fonti relicta dicto Monasterio ex testamento rogato per Notarium Franciscum de Marinis, die decimasexta aprilis septima Ind. 1594, annuas uncias centumquinquagintanovem, tarenos vigintiquinque, grana sex, et picculos tres super diversis domibus, petiis terrarum in contratis dictis *Strazzasita*, et *Montagnola* in feudo dicto Giacaloue, nec non super massaria nuncupata delli Pezzenti. onz 159 25 6 3

Item possidet locum, sive possessionem dictam *delle Grotte*, cujus redditibus ascendunt ad annuas uncias 95 circiter. . . . . onz 95 » »

Item pro variis censibus super diversis domibus, et locis existentibus in civitate Monregalensi annuas uncias biscentum quinquaginta . . onz 250 » »

Item a Cappellanis Cappellae SSmi Crucifixi, annuas uncias tres. onz 3 » »

Item a Mensa Archiepiscopali pro adsistentia in Choro, num. 20 Monachorum, annuas uncias centum quinquaginta, ... onz 150 » »

Item ex fructu industriali vigintisex bovum, annuas uncias 26 cir. onz 26 » »

Item pro fructu industriali quatragiutaquinque vaccarum, annuas uncias vigintiduo, et tarenos quindecim . . . . onz 22 15 »

Item ex numero quinque equis, annuas uncias quinque. . . onz 5 » »

Unde redditus Monasterii Mouregalensis ascendunt ad annuas uncias mille septicentum sexagintasex, tarenos undecim, et grana tria. . onz 1766 11 3

Onera.

Mensae Archiepiscopali Monregalensi pro censu feudi Rennae annuas uncias vigintiquinque.	onz	25	»	»
Mensae Archiepiscopali annuas uncias tres debitas super haereditate quondam Catharinae Catagnano.	onz	3	»	»
Haeredibus D. Salvatoris Gambacurta annuam unciam 1 et tar. 15	onz	1	15	»
Item dictae Mensae Archiepiscopali pro coverturis massariae *Misicannone* annuas uncias duas frumenti, et unam hordeis, valoris unciarum 5.	onz	5	»	»
Item pro eleemosyna in pane quolibet die Veneris, et Sabbati pro anima Mandazani, annuas uncias vigintiquinque	onz	25	»	»
Item pro eleemosyna in pane, quae distribuitur quolibet die lunae, et die, quo celebratur Missa solemnis, annuas uncias sex	onz	6	»	»
Item pro rotulis sexagintaquinque olei pro lampadibus in cappella Sancti Benedicti, annuas uncias duas, et tarenos duodeviginti	onz	2	18	»
Item Orphanis, annuam unciam 1 super loco in contrata delle Grotte	onz	1	»	»
Item pro tribus bullis Defunctorum pro ipso testatore Mandazano, et suis parentibus, annuos tarenos septem, et grana undeviginti	onz	»	7	19
Item pro eleemosyna in pane qualibet hebdomada juxta dispositionem D. Viti della Manna, annuas uncias duodecim, et tarenos 15	onz	12	15	»
Item pro oleo, cera, et vino pro altari SSmi Sacramenti Ecclesiae Patrum Cappuccinorum, annuas uncias quatuor, et tarenos duos ex dispositione dicti de La Manna.	onz	4	2	»
Item Monasterio Septem Angelorum Panormi, annuas uncias 2	onz	2	»	»
Item Mensae Archiepiscopali Monregalensi, annuas uncias duas, et tarenos septem debitas super locis in contrata *delli Strazzasita*.	onz	2	7	»
Item dictae Mensae pro cantariis triginta paleae debitis super dictis locis, annuas uncias tres	onz	3	»	»
Item eidem Mensae Archiepiscopali pro coverturis massariae dictae *delli Pezzenti* salmam unam, et tumulos octo frumenti, et tumulos octo hordei, annuas uncias tres	onz	3	»	»
Item eidem Mensae annuas uncias novem, et tumulos decem frumenti debitos super possessione nuncupata *delle Grotte*, ac loco olim Honuphrii Melazzo annuas uncias decem, tarenos septem, et gr. decem.	onz	10	7	10
Item Mensae super domo, quae possidetur a dicto Monasterio, annuos tarenos sex	onz	»	6	»
Item eidem Mensae super canneto annuam unciam 1, et tar. 29.	onz	1	29	»
Item haeredibus Antonini Cudera, annuam unciam unam, et tt. 15	onz	1	15	»
Item Collegiatae SSmi Salvatoris civitatis Monregalensis, annuos tarenos duodeviginti, et grana duodeviginti	onz	»	18	18
Item Ven. Monasterio Sancti Castri annuos tarenos 27	onz	»	27	»
Item Archidiacono annuos tarenos sexdecim	onz	»	16	»
Item Sacerdoti D. Petro Giurato super domo in loco dicto *Giardino della Corte* annuas uncias duas.	onz	2	»	»
Item pro eleemosyna in pane pro anima quondam Francisci Ponti annuas uncias tres.	onz	3	»	»
Item pro eleemosyna in vino pro anima ejusdem, annuam unc. 1.	onz	1	»	»
Quare onera Monregalensis Monasterii ascendunt ad annuas unc.	onz	118	24	7

Restrictus.

Introitus in totum ut supra.	onz 1766	11	3
Ex quibus deducendo pro oneribus, ut supra uncias.	onz 118	24	7

Remanent pro victu, et vestitu Monachorum, indigentiis Monasterii, ac celebratione Missarum, et Aniversariorum, ut in § de oneribus, et celebratione Missarum unciae. . . . . onz 1647 16 16

§ VII.

De Praebendis, et Proventibus Archidiaconi, et Canonicorum

Archidiaconatus, quae prima Dignitas est et confertur Clerico Seculari, habet in praebendam Regiam Abbatiam, sive Prioratum Sanctae Annae de Scalis, vulgo *della Portella*, olim de membris Archiepiscopatus, tum vero ab Archiepiscopo ei perpetuo adnexam anno 1574. Archidiaconus in Regio Parlamento locum habet, possidetque jus denunciationum matrimonialium per integram Monregalensem Dioecesim, ac invigilare suum est super observantia dierum festorum, cum facultate dandi licentiam in his diebus laborandi, et vendendi, si necessitas expostularet.

Reliqui Canonici Seculares impraebendati sunt, sed quotannis in communi uncias septuaginta a Mensa Archiepiscopali consequuntur, quas sibi tum dividunt.

Canonici Parochi, qui a primaeva institutione nullam obtinuerunt congruam, consequuntur a Mensa Archiepiscopali juxta ordinationem Regii Visitatoris Philippi Jordii annuam summam unciarum decem, quibus accessere aliae unciae decem, quae tempore erogabantur Presbyteris confessiones excipientibus, unde percipiunt annuas uncias viginti. Solvuntur eis pariter ab Universitate Monregalensi ob Sacramentorum administrationem quolibet anno unciae trigintasex, ut ex transactione habita die septimo aprilis 1711.

Praeterea percipiunt incertos stolae fructus, et eos redditus, qui a pietate fidelium ad eos provenerunt, relicti fere omnes pro missarum celebratione.

Quae omnia Illmus et Rmus Dnus Visitator, examinatis prius, et discussis relationibus, diligenter perlustravit. Cumque quoad proventus matrimoniorum licentias generales laborandi diebus festis, et poenarum partem, quam sibi Archidiaconus attribuit plura delata fuissent, quae a forma juris abhorrere dicebantur, Illmus et Rmus Dominus Regius Gen. Visitator rem totam remisit ad ordinationes super similibus in Visitatione Panormitana.

§ VIII.

De oneribus, et celebratione Missarum

Visitavit quoque Illmus et Rmus Dnus Visitator Generalis Missarum onera, quae in hac Metropolitana Ecclesia sunt, quae sequuntur.

Missae, quae celebrari debent a Monachis.

In primis pro anima quondam Margaritae Cosmero, et Martulles n. 30 Missae solemnes.	N.°	30
Pro anima quondam Catharinae Catagnano Missae solemnes quadragintaocto, scilicet una in qualibet hebdomada	N.°	48
Item pro anima ejusdem alia Missa solemnis in ejus die anniversaria.	N.°	1
Item pro anima ejusdem Missae lectae num. 30 quolibet anno.	N.°	30
Pro anima quondam Sac. D. Benedicti Mandarano Missae lectae num. biscentum octuagintaocto quolibet anno celebrandae sex qualibet hebdomada	N.°	288

Item pro a ima ejusdem Missa solemnis de Requie quolibet die primo lunae cujuslibet mensis. . . . . N.° 12
Item pro anima ejusdem alia missa de requie qualibet hebdomada iu cappella Sancti Benedicti . . . . N.° 12
Item alia Missa solemnis pro anima ejusdem quolibet mense. . . . N.° 12
Item pro anima ejusdem aliae Missae numero triginta quolibet anno . N.° 30
Pro anima quondam D. Viti La Manna Missae tres qualibet hebdomada, scilicet die lunae pro Defunctis, die Veneris de Passioue, die sabbati de Saucta Maria, in totum anno quolibet Missae centum quatragintaquatuor . . . . . N.° 144
Item pro anima ejusdem missa solemnis quolibet mense . . . . N.° 12
Item pro ejusdem anima Missae lectae numero triginta. . . . . N.° 30
Pro anima Antonii Li Fonti Missae solemnes quolibet anno duodecim . N.° 12
Pro anima ejusdem Missae lectae numero centum . . . . . N.° 100
Pro anima sororis Annae de Amato Missa una qualibet hebdomada die determinata a Priore . . . . N.° 52
Pro animabus quondam Hieronymi. et Petri Azzolino Missae 60 anno quolibet. N.° 60
Pro anima quondam Antonini Barrucco annuae Missae trigintatres. . . N.° 33
Pro anima quondam Francisci Ponte Missa una quolibet die. . . . N.° 366
Pro anima ejusdem Missa solemnis in die anniversarii . . . . . N.° 1
Pro anima quondam Antonini La Manna Senioris Missae 2 qualibet hebdomada. N.° 96
Pro anima quoudam Elisabeth Mareinnò alias La Rizza Missa sol. quolibet anno. N.° 1
Pro anima sororis Jacobae Cosentino Missae viginti auno quolibet in altari Sancti Johannis Baptistae . . . . N.° 20
Pro anima quondam D. Thomae Barone Missae centum viginti quolibet anno. N.° 120
Pro anima quondam Archiepiscopi Mouregalensis D. Johannis Roano Missae tres solemnes quolibet anno, scilicet prima die quarta junii, secunda die decimaquarta septembris, et tertia die vigesimaseptima decembris. . . . . . . N.° 3
Pro anima quondam Serenissimi Regis Willelmi II fundatoris Cathedralis, et Monasterii Monregalensis Missa solemnis de *requie* cum responsorio quolibet mense. N.° 12
Pro anima ejusdem missa solemnis in ejus die anniversaria, uempe die decima octava novembris. . . . . N.° 1
Pro animabus Sereniss. Regum Defunctorum Missa solemnis quolibet mense. N.° 12

Missae, quae celebrari debent a duodeviginti Canonicis.

In primis Missae solemnes numero quinque, nempe; pro anima quondam D. Ludovici II de Torres olim Archiepiscopi, prima die undecima februarii in festo Sancti Cestrensis; alia die secunda maii pro anima quondam Eminentissimi Cardinalis Cosmi de Torres olim Archiepiscopi cum primis vesperis, matutino, et laudibus Defunctorum; alia dominica tertia maii in festo translationis Sancti Castrensis pro anima dicti quondam Cardinalis de Torres; alia die nona julii pro anima dicti quondam Emin. Ludovici II cum vesperis, et laudibus Defunctorum; et die alia 30 decembris pro anima quondam Emin. D. Ludovici I de Torres cum vesperis, matutino, et laudibus Defunctorum . . . . N.° 5
Item trigintasex Missae lectae celebrandae in altari SSmi Sacramenti pro anima quondam Canonici D. Antonii d'Evola . . . . N.° 36
Item Missae octuagintatres celebrandae in Cappella S. Castrensis pro anima quondam Rev. Can. Parochi D. Petri d'Api. . . . . N.° 83
Item Missae duodeviginti pro anima ejusdem Reverendi dell'Api in dicta Cappella Sancti Castrensis . . . . N.° 18

Item numero Missae quindecim celebrandae a primis quindecim Canonicis ex numero duodeviginti in cappellis SSmi Crucifixi, et Sancti Castrensis pro anima quondam Rocci de Fabrizio. . . . . N.° 15

Missae, quae celebrari debent a Parochis.

Pro anima quondam Can. Parochi D. Hiacynthi Gaudesi Missae num. trigintauna celebrandae diebus festi in altari SSmi Sacramenti . . . . . . N.° 31

Pro anima fundatoris, et legatarii Missarum S. Silvestris Missae quinquagintaquatuor celebrandae in altari Sacramenti omnibus diebus Jovis . . . . N.° 54

Pro animabus quondam Rocci, et Margaritae Guarraccio. Missae nonagintaocto, ad rationem duarum qualibet hebdomada . . . . N.° 98

Pro anima quondam Can. Parochi D. Petri dell'Api, Missae num. octuagintatres diebus Veneris cujuslibet hebdomadae . . . . N.° 83

Pro anima quondam Can. Parochi D. Benedicti Grimaldi, Missae numero quinquagintaquinque quolibet anno, nempe vigintiseptem in altari SSmi Sacramenti, et vigintiocto in altari Sancti Castrensis . . . . N.° 55

Alia Onera Missarum Cappellaniis, et Beneficiis particularibus adnexa.

In primis pro anima quondam Marci Moarda Missae duae qualibet hebdomada in cappella Sancti Castrensis . . . . N.° 104

Item pro anima quondam Parochi D. Jacobi Zappina Missae sexdecim quolibet anno in dicta cappella S. Castrensis . . . . N.° 16

Item pro anima quondam Johannis Baptistae Fossides Episcopi Christopolitani Missae duae qualibet hebdomada in altari Sanctae Annae. . . . . N.° 104

Pro anima quondam Crescentiae La Curva Missae viginti quolibet anno. N.° 20

Pro anima quondam Parochi D. Jacobi Zappia Missae quatuor qualibet hebdomada in cappella Sancti Castrensis, ut ex fundatione cappellaniae etc. . . . N.° 208

Item pro beneficio fundato a Prinsivalle Beltri in altari SSmae Trinitatis in Cathedralem Missae duae qualibet hebdomada . . . . N.° 104

Item pro beneficio fundato a Francisca Rappa in altari Sanctae Mariae de Bruna intus Cathedralem Missae tres qualibet hebdomada . . . . . . N.° 156

Item pro cappellania fundata a praedicta de Rappa Missae juxta redditus, celebrandae in dicto altari, ad rationem tareni unius, et granorum decem pro qualibet Missa; ad praesens Missae numero nonagintaseptem . . . . . . N.° 97

Item pro alia cappellania fundata ab eadem de Rappa Missae juxta redditus ad rationem ut supra celebrandae in cappella Sancti Castrensis, ad praesens celebrantur quinquagintanovem . . . . N.° 59

Item pro anima quondam Canonici Parochi D. Jacobi Zappia Missae quatuor qualibet hebdomada celebrandae intus Cathedralem in altari SSmi Sacramenti, sive SSmae Virginis Mariae de Populo, sive in illo Sanctae Mariae de Bruna . N.° 208

Item pro anima quondam Illmi Archiepiscopi D. Johannis Romeo fundatoris cappellae SSmi Crucifixi Missae duae quolibet die celebrandae in dicta cappella ab ejusdem Cappellanis . . . . N.° 732

Item pro anima quondam Can. D. Hyacinthi Gaudesi Missa una quolibet die celebranda intus Cathedralem in altari SSmi Sacramenti . . . . . N.° 366

Quibus omnibus diligenter perlustratis praehabitis, et discussis relationibus, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator Generalis mandavit:

Quod fiat liber in carta regia legatorum, et onerum Missarum omnium, quae in Regia Ecclesia Cathedrali tum a Monachis cum ab alio quopiam celebrari debent quotannis,

descriptis sub certis rubricis legatis, testamentis, ordinationibus, et similibus ea originem trahunt, et ad formam dicti libri in archivio Ecclesiae conservando conficiatur tabella, quae publicè in sacristia propendeat.

Item quod fiant libri satisfactionis dictarum Missarum ad formam Instructionum Sacrae Congregationis, qui prostent in sacristia sub cura Sacristae, seu alterius in curatorem Missarum deputandi ab Archiepiscopo. In his autem libris quilibet manu propria coram Sacrista, aut curatore se celebrasse scribet, eosdemque dominus Vicarius Genlis singulis trimestribus revideri curabit.

Item quod onera Missarum juxta redditus per legitima annui redditus documenta liquidentur.

§ IX.

De Seminario Monregalensi.

Cum Concilium Tridentinum ordinasset Seminaria erigi Clericorum, ac Rex studiose maudasset Regiis Visitatoribus, ut ea in re sollicitè se gerent, Franciscus Puteus in lustro hujus Monregalensis Ecclesiae Ludovicum de Torres tunc Monregalensem Archiepiscopum excitavit, ut illud quantocius aedificaret. Paruit pro more Antistes, et constructionem tam libenter promovit, ut Philippus inde Jordius Regius Visitator splendidè erectum prope Ecclesiam invenerit, ac numerum vigintiquatuor Clericorum insignem. Idem quoque Archiepiscopus pro substentatione adolescentium uberrimos redditus ipsi assignavit super Mensa Archiepiscopali, et aliis Regiis beneficiis, vel abbatiis, tandemque celeberrimam Bibliothecam illo donavit.

Qui ad praesens officiales, et seminaristae existunt, sunt, vid.

Officiales.

Reverendus Can. D. Franciscus Jurdo Rector.
Reverendus D Johannes Pampalone Praefectus studiorum.
Reverendus D. Melchior Zerbo Minister.

Alumni.

Joseph Pappalardo Civitatis Monregalensis.
Franciscus Sanzoplano dictae Civ.
Philippus Iutravaja dictae Civ.
Nicolaus Pensato dictae Civ.
Petrus Minà dictae Civ.
Jacobus Cotrone dictae Civ.
Sebastianus Sfirlazza Civ. Corleonis.
Joseph Toscano dictae Civ.
Benedictus Criscimanna dictae Civ.
Gaspare Ciampallari dictae Civ.
Paulus Mariogo dictae Civ.
Antonius Nicolosio terrae Bisacquini.
Joseph Carlino dictae terrae.
Franciscus Marcianti dictae terrae.
Philippus Lo Voi dictae terrae.
Xaverius Meli terrae Brontis.
Franciscus Cimbali dictae terrae.
Placidus Minisalli dictae terrae.
Damianus Rezza terrae Planae Graecorum.
Georgius Costantino dictae terrae.
Bartholomaeus Giotto terrae Parci.
Nicolaus Antonius Palazzolo terrae Montislebris.
Cajetanus Romano supernumerarius.

Convictores.

Joseph Ragusa Caltabellottae Dioecesis Agrigentinae.
Cosmas Firmatura Corleonis Monregalensis Dioecesis.
Gaspar Simone Calatafimi, Mazariensis.
Melchior Simone Calatafimi, Mazariensis.
Augustinus Tobia Calatafimi, Mazariensis.
Xaverius La Via Monregalensis.

Philippus Tortoricio terrae Bisacquiui, Dioecesis Monregalensis.
Leonardus Boccardi Civitatis Marsalae Dioecesis Mazariensis.
Andreas Oliveri terrae Bisacquini.
Matthaeus Russotto Civ. Alcami.
Johannes Bellitti Caltabellottae Dioecesis Agrigentinae.
Didacus Papotto Brontis, Dioecesis Monregalensis.
Philippus Puma Castri ad Mare, Dioecesis Mazariensis.
Joseph Turtoricio Bisacquini.
Marianus Dimitri Monregalensis.
Liborius Catinella Corleonis.
Joseph Falconeri Corleonis.
Antonius Calanna Bronti.
Dominicus Di Blasi Castriveterani Dioecesis Mazariensis.

Redditus autem, et onera Seminarii, sunt, quae sequuntur:

BONA, ET REDDITUS.

Redditus assignati a quondam Eminentissimo Archiepiscopo D. Ludovico II Cardinale de Torres in fundatione Seminarii.

A Mensa Archiepiscopali Monregalensi unciae 400, quolibet anno.	on7	400	»	»
A praedicta Archiepiscopali Mensa pro censu super loco contiguo Archiepiscopali Palatio, annuae unciae sex.	on7	6	»	»
Ab abbatia sanctae Mariae de Altofonte, seu de Parcu, unciae septuagintaquinque quolibet anno	on7	75	»	»
Ab abbatia Sanctae Mariae de Maniaci, et pro ipsa ab Hospitali Magno, et novo civitatis Panormi, annuae unciae sexaginta	on7	60	»	»
A Societate S. Elenae et Constantini civitatis Corleonis unciae sex quolibet anno	on7	6	»	»
A beneficio Sanctae Mariae de Candelora dictae Civ. annuae unc. 2.	on7	2	»	»

Redditus empti a praedicto Seminario.

A Reverendis duodeviginti Canonicis Cathedralis Ecclesiae super domo spectante ad dictum Seminarium ipsis concessa pro annuo canone tarenorum vigintiquatuor, ut ex contractu rogato per Notarium Johannem Baptistam Seggio die decimaoctava septembris 1715	on7	24	»	»
Item, a praedictis Canonicis pro causa subjugationis super diversis effectibus in summa unciarum quinque rogatae per Notarium Josephum Damiani die trigesima prima januarii 1736, ad praesens in summa unciarum trium, et tarenorum decem, stante revenditione ipsis facta a praedicto Seminario unciae unius, et tarenorum viginti, ut ex actis Notarii Honuphrii Manciapane die 30 januarii 1741	on7	3	10	»
Ab Ecclesia, et Beneficio S. Mariae Gratiarum super loco prope portam Sancti Castrensis annua uncia una, ut ex contractu rogato per Notarium Johannem Baptistam Seggio die 15 januarii Indictione 12 1739, et aliis scripturis	on7	1	»	»
Ab Instituto Rev. Patrum Conviventium super domo loco dicto *della Beveratura*, annuae unciae duae, et tareni duodeviginti, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Damiani die 28 Maii 1729	on7	2	18	»
Ab haeredibus quondam Hieronymi Azzolini pro subjugatione super diversis effectibus annuae unciae decem, ut ex contractu Notarii Alberti Fabrizio die decimaquarta Martii 1730	on7	10	»	»

A Rev. Archipresbytero D. Simeone Petro Vulpio super loco in con-

trata dicta *di Venero*, annuae unciae sex, et tareni viginti, ut ex actu recognitorio per acta Notarii Josephi Magno die decimaquinta decembris 7 Indictione 1728	on7	6	20	»
A Societate Montis Pietatis sub titulo Albornm pro subjugatione super loco magno in territorio Partinici, annuae unciae septem, ut ex contractu rogato per Notarium Josephum Damiani die 5 junii 1731 . .	on7	7	»	»
A Petro Lo Verde, et Philippo Allotta de Parco pro subjugatione super diversis domibus in dicta terra Parci, annuae unciae quatuor, ut ex contractu per acta dicti Notarii Damiani die vigesima septima maii 1729.	on7	4	»	»
A Josepho Lo Biundo pro subjugatione super domibus in dicta terra Parci ipsi concessis annuae unciae duae, et tareni quindecim, ut ex contractu rogato per Notarium Casimirum Seggio die 24 septembris 1731.	on7	2	15	»
A Vincentio de Matthaeo super domo in dicta terra Parci ipsi concessa, annuae unciae duae, tareni quindecim, et grana decem, ut ex contractu emphyteutico rogato per Notarium Josephum Damiani die 1 maii 1738.	on7	2	15	10
A Nuntio, et Laurentio Greco super domo in dicta terra Parci ipsi concessa, annuae unciae duae, et tareni viginti, ut ex contractu per dicta acta Notarii Damiani eodem die	on7	2	20	»
Ab Ignatio Allotta super casaleno in dicta terra Parci ipsi concesso, annui tareni vigintinovem, et grana decem et septem, ut ex contractu per acta Notarii Damiani eodem die	on7	»	29	17
Ab haeredibus quondam Benedictae Gullo, et Mazza pro subjugatione super tenimento domuum in contrata S. Francisci, annuae unciae septem, ut ex contractu rogato per dictum Notarium Damiano die undecima julii 1733, et declaratione per eadem acta die 9 maii 1735 . .	on7	7	»	»
Ab Antonino, et Francisco Gullo, et Mazza pro subjugatione super domo in contrata praedicta, annuae unciae tres, et tareni duodecim, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Magno die 1 februarii 1737 .	on7	3	12	»
A D. Dorothea, et D. Mariano pro subjugatione super magna domo in contrata Plateae, et super aliis effectibus annuae unciae duo, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Damiani die 25 julii 1733. .	on7	2	»	»
A D. Johanne Baptista Salamone, et fratribus pro subjugatione super rure S. Agathae, et aliis effectibus, annuae unciae vigintiduo, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Magno, die 1 septembris 1733 .	on7	22	»	»
A praedictis pro conductione domus spectantis ad dictum Seminarium annua uncia una, et tarenos sex	on7	1	6	»
A civitate Monregulensi annuae unciae trigintasex, pro fructibus unciarum octingentarum capitalis, ad rationem unciarum quatuor, et tarenorum quindecim pro centenario, ut ex duobus contractibus, nempe altero pro summa unciarum quingentum stipulato per acta dicti Notarii Magno die vigesima nona aprilis 1735; altero vero pro summa unciarum tercentum stipulato per Notarium Stephanum d'Urso die 2 junii 1738 .	on7	36	»	»
A Jacobo Bruno terrae Parci super domo in dicta terra ipsi concessa, annui tareni undeviginti, granum unum, et picculi tres, ut ex contractu per acta Notarii Josephi Damiani, die prima maii 1738 . .	on7	»	19	1 3
A Societate Immaculatae Conceptionis pro subjugatione per acta Notarii Josephi Antonii Seggio, die decimanona septembris 1727, unciae quinque quolibet anno.	on7	5	»	»

Quare redditus Seminarii Monregalensis ascendunt ad annuas uncias sexcentum septuaginta, tarenos novem, grana octo, et picc. tres . onz 670 9 8 3

Sed notandum ab haeredibus quondam Canonici Nicolai Mondia deberi dicto Seminario annuas uncias viginti pro subjugatione, quae cum inexigibiles evaserint ex causa hypothecarum anteriorum, devenerunt partes ad transactionem, quae fuit determinatum solvi praedicto Seminario tantum capitale unciarum quatuorcentum exigendarum super aliquibus effectibus dictorum haeredum, ut ex contractu rogato per Notarium Onuphrium Maugiapane die decima maii 1739.

Onera.

Rev. Canonico D. Francisco Jurdo, uti Rectori, et Administratori Seminarii annuae	onz	12	»	»	
Sac. D. Johanni Pampalone, uti studiorum praefecto, annuae unc. 11.	onz	11	»	»	
Sac. D. Melchiori Zerbo uti ministro annuae unciae octo	onz	8	»	»	
Magistro cantus gregoriani annuae unciae sex	onz	6	»	»	
Custudi ostium, sive janitori, annuae unciae 7 et tt. 6.	onz	7	6	»	
Emptori victus unciae septem et tt. 6.	onz	7	6	»	
Promo, vulgo Dispensiere, unciae septem, et tareni sex.	onz	7	6	»	
Coquo, ac coquinae famulo, annuae unciae quatuordecim, et tt. 24	onz	14	24	»	
Lotrici annuae unciae octo, et tar. 24	onz	8	24	»	
Medico Physico annuae sex	onz	6	»	»	
Chirurgo annuae unciae tres.	onz	3	»	»	
Barbitonsori annuae unciae quinque..	onz	5	»	»	
Magistro aquae uncia una, et tar. sex.	onz	1	1	»	
Procuratori ad lites annuae unciae sex.	onz	6	»	»	
Detentori librorum annuae unciae tres.	onz	3	»	»	
Pro celebratione missarum pro anima quondam Illri. Archiepiscopi Hieronymi Venero, annua uncia una	onz	1	»	»	
Unde onera Seminarii Monregalensis ascendunt ad annuas uncias centum et septem, et tarenos duodecim	onz	107	12	»	

Restrictus

Introitus in totum ut supra	onz	670	9	8	3
Exitus ut supra in totum.	onz	107	12	»	
Quare remanet summa limpida unciarum quingentum sexagintaduarum, tarenorum vigintiseptem, granorum octo, et picc. tres	onz	562	27	8	3

His omnibus mature praecognitis, Illmus et Rmus Dnus Visitator ad praedictum Seminarium se contulit, ubi honorifice pro more exceptus, visitavit ecclesiam, aulas, scholas, officinas, nec non regulas, disciplinam, et studiorum gubernium, et administrationis methodum, ac reliqua omnia ad ipsum Seminarium pertinentia. Item visitavit rectorem, lectores, omnesque Seminarii administros, et denique publicum adolescentium examen instituit.

Quibus sic habitis, et discussa relatione per Rectorem praesentata, quam admisit si, et in quantum Illmus et Rmus Dominus Visitator mandavit:

Quod in Seminario augeatur numerus Alumnorum pro numero locorum Dioecesis, atque

pro studio, et amore, quo latina Ecclesia semper Graecos complexa est, duo è Plana Graecorum alumni graecanici ritus in Seminario gratis edoceantur, et erudiantur, ut maior operariorum optime institutorum numerus vineam illam Domini melius excolat ad salutem.

Item curae Archiepiscopali erit, quod impetrata Conventuum parvorum suppressione, aut unione beneficiorum, et per fidelem observantiam decreti superius editi de non ordinandis adolescentibus extra Seminarium, redditus eiusdem augere, locum ad opportunitatem ampliare, aliasque lectiones introducere praesertim Juris Civilis et Canonici, nec non exercitia academica super Historia critica Ecclesiastica, et re liturgica critica, ut pietate simul, optimisque literis ecclesiastici adolescentes instituantur.

Decreta generalia pro conservatione rerum, et bonorum Regii Juris Patronatus.

Quod pro parte Mensae Archiepiscopalis, et a quibusvis aliis qui Ecclesias, Monasteria, et beneficia Regii Juris Patronatus possident, colligantur intra tres menses diplomata, instrumenta, et scripturae omnes ad bona, et jura eorumdem spectantia in proprio archivio diligenter custodienda. Et ad effectum eiusmodi Archivistae, et Custodes omnes publicorum tabulariorum Regni ab ipsis requisiti notitiam infra dictum tempus eisdem communicare omnium monumentorum in propriis archiviis existentium, quae ad Ecclesias singulas pertinent, teneantur.

Quod ex scripturis, ut supra colligendis, aliisque, quibus poterit melius, fiat rollus exactus bonorum, et iurium quaque aetate, et seculo ab Ecclesiis possessorum, nec non eorum quae nunc ab Ecclesia possidentur, adnotatis in fine praetensionibus, inde resultantibus, ac indicatis scripturis, quibus eaedem fulciuntur. Rollus autem eiusmodi intra idem semestre conficiendus, manu duorum publicorum Notariorum subscribatur.

Quod omnes, ut supra, intra alium subsequens semestre exactas plantas geometricas à peritis fieri curent, unam nempe feudorum, et bonorum a propriis Ecclesiis antiquitus posisessorum, et deperditorum, alteram vero eorum, quae modo possidentur cum suis finibus, et limitibus; quas quidem plantas in forma authentica in archivio reservabunt; copiam vero in tabulam reduci facient in Palatio Archiepiscopali publice propensuram.

Si qui fines, et limites amoti, corruptique, aut alias deperditi inveniantur, renovari, instaurari, et reponi additis Ecclesiae insigniis intra idem tempus omnino curabunt.

Quod his omnibus adimpletis statim teneantur sub poena sequestri redditium, in scutatis mille Regio Fisco applicandis, Advocatum Fiscalem Regalis Patrimonii certiorem reddere de implemento, ac praetensionibus omnibus inde resultantibus Ecclesiarum.

Quod singulis trienniis curare teneantur, ut fines, et limites feudorum, et bonorum per peritos recognoscantur, de qua recognitione eumdem Advocatum Fiscalem instruent. Sicut et de statu, et redditibus dictorum bonorum, finium, et limitum, ac de gestis pro vindicatione usurpatorum.

Quod non fiant alienationes, concessiones ad longum tempus, et contractus emphyteutici bonorum Ecclesiarum Regii Patronatus, aut transactiones quaecumque super earumdem rebus, redditibus, juribus etc. nisi praevio regio adsensu effective impetrato, et servatis sollemnitatibus servari solitis in alienationibus bonorum Fiscalium, nec ullatenus contractus eiusmodi celebrentur cum clausula, salvo assensu impetrando; si secus actum fuerit gesta omnia vitio nullitatis subiacebunt, et transgressores, et Notarii ultra poenas contra alienantes bona Ecclesiastica, et Fiscalia mulctam scutatorum mille subieant Regio Ærario irremissibiliter applicandam.

Si quando res postulaverit, ut bona, et feuda Ecclesiarum Regalium locentur iis, qui contermina bona possident, non aliter contractus fieri possit, quam praevia per publicos peritos confinium recognitione, quae in eodem publico instrumento inseratur, et si ad plures annos prorogari locationem contingerit, eiusdem semper recognitionis publicus actus

68

prorogationem praecedat. Quicquid vero secus actum fuerit, ipso jure sit nullum, et Notarii, et partes poenam scutorum mille Ærario Regio insuper luant. Quod de expressis locationibus mandatum est, idem, et de tacitis sancitur. In emphyteusi quoque temporanea, et locatione ad longum tempus annualis haec confinium recognitio omnino fiat sub eisdem poenis nullitatis, et pecuniariis. In contractibus vero iamdiu inchoatis sub poena pecuniaria praedicta idem omnino servetur.

Quod bona Ecclesiarum Regii Patronatus ultra triennium, nec tacite reconduci, nec expresse eidem personae locari possint absque edictis, et caeteris sollemnitatibus servari solitis pro bonis fiscalibus, aliter vero facta reconductio, vel locatio nullius sit roboris, et momenti, et contrafacientes poenam eamdem statim incurrant.

Quod fundi casalenorum, qui ad Ecclesias Regii Patronatus pertinent, non possint a quopiam alienari, et concedi, nisi praevio assensu Regis sub eisdem poenis.

Item quod tempore Sedis vacantis omnes, et singuli contractus locationum, et ingabellationum etiam annualium, aliaeque cuiusvis generis conventiones super bonis Ecclesiarum Regalium non fiant, nisi cum sollemnitatibus in bonis fiscalibus servari solitis: nullatenus vero praedia Ecclesiarum minoribus solito pensionibus locentur, vel de exortis limitum controversiis concordiae inchoantur, aut causae agantur, nisi consulto prius Advocato Fiscali Regalis Patrimonii.

Quoniam plerumque accidit, quod mortuo Praelato Archivia Archiepiscopalia expilentur, et reperta in eiusdem aula, sive secreteria, diplomata, scripturae, aliaque ad Mensam, Ecclesiamque pertinentia facile deperdantur, curae erit administratori Maragmatis deputato ab Advocato Fiscali Regalis Patrimonii, statim, ac Praelati obitus acciderit, Archivia, et armaria omnia scripturarum coram Archidiacono, et Praetore Civitatis claudi, et obsignari sigillis eorumdem, illatis prius diligenter, et fideliter in eodem Archivio scripturis omnibus, et epistolis, quas in aula Praelati, et Secretaria invenerit, a nemine eas legi permittens. Illud vero non resignari, nisi coram novo Praelato; si tamen urgens necessitas aliud non postulaverit, et de his omnibus publicum instrumentum per manus Notarii fieri satagat.

Quod bona, et res Regii Juris Patronatus in emphyteusim perpetuam dari cuiquam possit, coniunctis vero nec in emphyteusim temporaneam, locationemve ad longum tempus sub poena nullitatis.

Quae quidem omnia his ordinationibus perpetuo valituris, Illmus et Rmus Regius Visitator Generalis, sancit, atque decernit, salvo tamen iure addendi, et mutandi, eaque inviolabiliter observari mandat sub poena Regiae indignationis, et sequestri redditum in summa scutatorum mille Regio Ærario irremissibiliter applicanda pro reintegratione expensarum Sanctae Regalis Visitationis.

SANCTA REGALIS VISITATIO

Monasterii, et Abbatiae Sanctae Mariae de Altofonte, sive de Parco, cuius ad praesens Abbas Commendatarius est Episcopus Telectae D. Joseph Barlotta Pnps S. Joseph ex Regia praesentatione et nominatione, ut ex Bullis Pontificiis datis Romae die 17 Decembris 1725. et executoriatis in hoc Regno sub die 19 februarii 1726, habita per Illmum et Rmum Dnum D. Johannem Angelum De Ciocchis Regium Gen. Visitatorem sub die 19 Aprilis 1742.

§ I.

De Visitatione status localis.

Locus, qui, dicitur Parcus novus, a Panormo sexto distans lapide, ac in Dioecesi Monregalensi positus ad occiduam urbis partem exurgit. In eo tamquam qui optima aeris temperie amoenitate situs, et magna aquarum irriguarum copia a natura donatus est. Siculi Reges parcum ferarum extruxerunt, ad levandas inde curas, venationi indulgentes frequentarunt.

Fridericus II Siciliae Rex Petri Regis filius, ubi ex eminenti loco limpidissimus affluenter emanat fons, templum extruxit Beatae Virgini sacrum, cui ab edito fonte *Altifontis* nomen vulgo obveuit; desiderans subinde, ut ibi quotidie Sacra peragerentur, ac Divina Officia noctu, diuque decantarentur, Coenobium etiam adjunxit, Monachisque Cisterciensis Ordinis inhabitandum tradidit, cui peramplam pro sua munificentia dotem constituit, donans inter caetera novum, vetusque Parcum, agrumque Parthenici, eam insuper innumeris privilegiis, exemptionibus, praerogativis cumulavit. Ecclesiam Sancti Georgii de thymnaria extra maenia civitatis Panormi existentem, et Monasterium, quod fuerat Graecorum cum Ecclesia sub titulo Sancti Georgii in Kemonia. in urbe Panormi situm, una cum suis redditibus, et juribus eidem addixit, quae omnia Rex Petrus II confirmavit dato diplomate Messanae die 5 augusti anno 1340.

Ecclesia Sanctae Mariae de Altofonte Abbatialis simul, et Parochialis, olim nimis angusta, et ex mandato Regii Visitatoris de Puteo ampliari jussa, novum pulcrumque templum nunc est, quinque instructum altaribus, nec non Choro, licet non adhuc perfecto, et sacristia, turri campanaria, omnibusq. aliis ad integritatem partibus; Ecclesiae Coenobium adiacet fere renovatum, atque percommodum, intra cuius septa laicorum Confraternitas existit sub titulo S. Michaelis Arcangeli erecta, tempore, quo Monachi a dicta Abbatia abfuerunt, et tum ab ipsis post reditum confirmata, praevio instrumento cum sodalibus inito.

Ad eum itaque Parci pagum, sive oppidum, ejusque Abbatiam, et Ecclesiam Illmus, et Rmus Dominus Visitator Generalis die 19 aprilis 1742, sumptuosa pro dignitate evectione, et Aulicis, Procuratore, sive Agente Dni Abbatis Commendatarii legitime impediti, et Sanctae Regalis Visitationis Officialibus stipatus se contulit, ubi a Priore Monasterii, et Monachis cum mortariorum explosione, sonitu campanarum, ac magna populi laetitia honorificentissime exceptus est; Ecclesiam, omnibus pro more adhibitis solemnitatibus, subiens, ad altare SSmi Sacramenti se contulit, ibique super strato pulvinari, ac faldistorio parato paululum genuflexus, amictu, et pluviali, more Episcopali indutus, praecedentibus omnibus, ad praescriptum Ritualis Romani, caeremoniis, et sollemnitatibus, visitavit SSmum Sacramentum, pixides, tabernaculum interius, exteriusque, cum opportunis interrogationibus super tanti Sacramenti administratione, ritu, et cultu. Perlustravit subinde fontem baptismalem, et olea sacra. nec non sacras reliquias, altaria omnia, chorum,

librosque chorales, pavimentum Ecclesiae, tectum, muros omnes exteriores, fenestras, portas, sacrestiam, turrim campanariam, ac omnes, et singulas Ecclesiae partes; nec non cappellam, seu oratorium Confraternitatis Sancti Pichaelis. De quibus omnibus ad statum materialem pertinentibus post discussas relationes Abbatis Commendatarii, et Monachorum respective praesentatas in officio Sanctae Regalis Visitationis, et admissas, quo ad nullum inferrent Fisco, et tertio praeiudicium, Illmus et Reverendissimus Dominus nonnulla censuit decernenda, prout inferius.

De Monasterio.

Fridericus Rex II extructo templo Beatae Mariae sacro, Coenobium sane peramplum adjunxit, quod Monachis Cistertiensis Ordinis concessit, una cum integra dote, quam ipse dictae Ecclesiae pro sua munificentia constituerat. Tunc Abbas eius Ordinis Monachus erat, qui iis praeerat, sed data postmodum Abbatia in commendam, res aliter se habere coepit, et jus omne Abbatiale in Commendatarios concessit. Subinde cum Monachi Monasterium deseruissent eo acciti rursus fuere; per Regium Visitatorem Puteum, de mandato Catholicae Maiestatis volentis omnes Abbatias Siculi Regni sui juris patronatus ad pristinum restitui statum, ipsemet quoque Visitator cum in suo huius Abbatiae lustro offendisset, antiquum Monasterium in curia vel Monachorum, vel Commendatariorum ex parte penitus collapsum, ex parte vero ruinam minans, quin, et nimis angustum pro habitatione Monachorum, mandavit cellas pro eorum numero ab eo praefixo, de novo extrui, monasterium ampliari, et antiquas fabricas restaurari de redditibus ipsius Abbatiae. Et quoniam ex parte Commendatariorum, vel eorum procuratorum plures irrepserant abusus, qui disciplinam, et libertatem monasticam exturbabant, suis ordinationibus tanto malo occurrere intendens inter caetera Commendatariorum Procuratoribus, qui antea sibi adrogarunt potestatem, ut quos monachorum vellent admitterent, quos nollent a monasterio abjicerent, districte prohibuit, ne id deinceps auderent; sed si quae causa id postularet, recursus haberetur ad eorum superiores. Inhibuit etiam, ne arrendatarii, et inquilini Abbatiae mulieres in monasterium introducerent, et ibi pernoctare facerent; nec ipsi in Monasterii conclavibus commorarentur, sed urgente necessitate adeundi monasterium pro negotiis peragendis in inferiores aulas tantum, et ad breve tempus excipi posse concessit. Ex adverso quamplura etiam edidit decreta ipse Visitator de vita et honestate Monachorum pro regularum monasticarum observantia, ac pro Chori, et Divini Cultus servitiis, his, et aliis ordinationibus Visitator Puteus Monasterium instauravit et ad pristinum reduxit, ac Monachos restituit, adsignata eis certa summa super Abbatiae redditibus, quae, et Monachi victum et vestitum sibi compararent, et aliis Ecclesiae, et Monasterii indigentiis consuleretur.

Nunc vero Monasterium constat duplici conclavi, sive dormitorio, uno prae altero maiori, et recentiori cum cellulis monachorum hinc inde dispositis, variisque officinis: quod quidem dormitorium fuit nuper a moderno Abbate D. Josepho Barlotta Episcopo Telesensi et principe S. Josephi magnificenter, et summo sumptu extructum, qui et pro se, suisque successoribus aulas in eo Abbatis Commendatarii aere suo fabricavit, et pro sua munificentia, splendidissime ornavit.

Explcta itaque Visitatione Ecclesiae, Illmus et Rmus Dnus Regius Visitator eiusmodi perlustravit Monasterium, dormitoria, cellas, officinas, archivium, fabricas omnes interiores, et exteriores, partesque reliqua, et aulas Abbatis Commendatarii, atque super his nonnulla ordinavit, ut inferius:

Decreta super universo statu locali.

Illmus et Rmus Dnus Gen. Visitator decrevit, atque mandavit, quod pixis maior in-

terius inauretur, altare et tabernaculum renoventur, et in elegantiorem formam reducantur, eique comparentur conopei serici colorum pro tempore.

Quod fons Baptismalis ciborio, et conopeo serico albo instruatur, atque Confessionalia reformentur ad formam instructionum S. Caroli, et crate lignea, ultra laminam, fenestella poenitentis muniatur.

Quod chori locus amplietur, et novis pro dignitate sedilibus instruatur, ornato insuper altaribus dorso, cui adjiciatur imago Sancti Bernardi.

Quod organum renovetur, atque supra decentem statuatur orchestum, vel podium.

Quod veteres Monasterii officinae omnes inferiores integre reficiantur, ut quam primum in usum valeant revocari, cellarum omnium portae, fenestrae, et fabricae, ubi opus est, perficiantur cum intelligentia Prioris. Antirefectorii pavimentum renovetur, ac fons aquae salientis, prout olim erat in eo, reintegretur, culina item ad opportunitatem reficiatur, atriumque, et viridarium expurgetur.

Quoniam vero per Abbatem Commendatarium fuerunt in Monasterii dormitorio fabricatae aulae nonnullae pro sua, et successorum habitatione, contra veterem morem, atque exinde conquerantur Monachi, incommoda quamplurima eis obvenire, praesertim ob familiares Abbatis, qui quaque hora, et tempore per dormitorium transeuntes, quietem regularem, et disciplinam monasticam perturbant, Illmus et Rmus Dnus Visitator et si innovata, ad pristinum reduci, vulgata juris censura requirat, tamen ad praetensa Abbatum Commendatariorum jura, et potestatem in Monasteriis Regalibus attendens, nec non insuper considerans modernum Abbatem Commendarium, non dissentientibus Monachis, bona fide, summisque impendiis dictam habitationem sibi parasse. Decrevit Sacram Regiam Maiestatem fore consulendam super enunciato iure Abbatum, ac exceptionibus Monachorum, et interim quod modernus Abbas, attentis sumptibus fabricae, bona fide, et acquiescentibus monachis factae, retinere possit, et valeat aulas pro sua habitatione excitatas, ita tamen, ut nemini illarum usum eo absente permittat; secundo ut nunquam ejus familiaribus per dormitorium pateat aditus, praeterquam in comitatu ipsius, in aliis vero casibus porta dormitorio respondens semper clausa sit, et familiares, alia ex atrio dumtaxat utantur; et tertio quod stabulum equorum subtus cellas positum alibi statim transferatur.

Ad haec mandavit, quod inscriptio ab Abbate in dormitorio posita emenderetur, quodque de caetero, his quae aere maragmatis fiant, nonnisi arma Regia imponantur, nec valeat Abbas arma, literatos lapides, ac statuas in monasterio, aut Ecclesia, eiusque bonis ponere, nisi aere suo quidquam novi, et insignis sumptus, munificenter fecerit.

De caetero vero generaliter Illmus, et Rmus Dnus Visitator sancit, quod in Regali Ecclesia, et Monasterio, nemo arma, inscriptiones, statuasque erigere, nec ius sedilium, et sepulturae acquirere, vel altaria, et beneficia iuris patronatus erigere, aut erecta adipisci, et concedere, aut statum Ecclesiae quoquo modo alterare valeat, sine licentia Regis sub poena nullitatis, et unciarum centum, aliisque contra usurpantes jura Regia praefinitis.

Ad haec cum fuerit Dno Visitatori denunciatum Ordinarium Monregalensem in Regali Ecclesia dictae Abbatiae jus visitandi sibi usurpasse ratione Confraternitatis, illegitime in ea introductae, et ratione curae animarum, in praejudicium regii juris patronatus, Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator ad Sacram Regiam Majestatem rem duxit referendam, Ordinarium praemonens, nec interim jura Regalia, quaeque fuerint, ullo modo laedat, aut violet.

§ II.

De Visitatione status formalis.

Extructo templo in novo Parco per Fridericum Regem, Monachi Cisterciensis Ordinis, qui conditum ibi Coenobium inhabitarunt, Ecclesiae inserviebant, divina officia noctu

diuque decantabant, ac reliqua Ecclesiastica munia obibant sub uno Abbate ejusdem Ordinis Monacho. Commendata subin secularibus Clericis Abbatia, adhuc Monachi perstiterunt, et Coenobium inhabitare ac Ecclesiae inservire sub Priore Monacho. Anno 1552, ut prodit Regius Visitator Jacobus Arnedo in hujus Abbatiae lustro, quinque in Coenobio degebant Monachi Sacerdotes, et unus Sacrista, qui noctu diuque Choro, et Ecclesiae servitia explebant; sed relicto postmodum a Monachis Coenobio, addicti servitio Ecclesiae fuerunt Sacerdotes nonnulli Seculares, quos dictus Regius Visitator Puteus anno 1583 quatuor Presbyteros, et unum Diaconum ibi invenisse testatur. Porro revocatis Monachis, idem Visitator pro sufficienti administrorum Ecclesiae numero ad Chori, et Ecclesiae servitia explenda, octo adsignavit Monachos Sacerdotes, duos Diaconos, et famulum.

Forma vero praesens hujusdem Abbatiae est, ut Abbatem Commendatarium ad Regiam praesentationem obtineat, isque modo est Illmus, et Rmus Dnus D. Joseph Barlotta, et Ferro Princeps Sancti Josephi Episcopus Telectae, qui ad praesentationem Caroli VI Imperatoris et Regis Siciliae, ac vigore Bullarum Apostolicarum Benedicti Papae XIII, datarum Romae die 17 decembris anno 1725 Regio Placeto in Regno vallatarum, possessionem cepit.

Habet in Ministros Divini Cultus Priorem, et Monachos decem, octo nempe Sacerdotes, et duos Diaconos, praeter famulum, sive conversum regularem, qui in Monasterio degunt, regulam, et disciplinam monasticam servant, et Ecclesiae inserviunt.

In eodem Parci oppido, olim Sacramentorum administratio per Archiepiscopum Monregalensem Secularibus Presbyteris committebatur, postquam vero Monachi in Monasterium redierunt, illam iisdem demandavit, quare Ecclesia Abbatiae nunc Parochialis est, et Sacramentorum administratio, et animarum cura penes Monachum Parochum extat.

Hinc Illmus et Rmus Dnus Visitator Genlis, discussis relationibus praesentatis in officio Sanctae Regalis Visitationis ad statum formalem Ecclesiae spectantibus, visitavit servitia Divini Cultus, Priorem, et Monachos, Regulas Cisterciensis Ordinis, earumque observantiam personalem, sive auricularem quoque Monachorum visitationem habuit, quos super idoneitate examinavit, atque singulos secreto audivit super iis, quae ad formalem statum Abbatiae pertinebant. Quibus peractis, decrevit, atque mandavit:

Quod numerus praefinitus Monachorum semper in Monasterio consistat, iique regulam Ordinis Cisterciensis exacte observent; monasticam disciplinam diligenter retineant, Choro, et Divinis quotidie navent. Si defecerint Abbas Commendatarius eos in portione pro ipsorum alimonia assignata per exequutores Sanctae Visitationis mulctari faciat.

Caeterum vero, cum pro parte Monachorum fuerit Illmo, ac Rmo Dno Visitatori expositum, ob necessitatem Divini Cultus numerum ipsorum esse augendum, quemadmodum etiam ad eorum substentationem majorem summam ab Abbate esse contribuendam, idem Dnus Visitator reservavit sibi deliberationem super ejusmodi instantia, postquam eam melius expenderit.

§ III.

De Statu Reali.

Cum hanc Abbatiam de Parco Monachi olim integre possiderent, ejusque dotis fructus administrarent, penes eos quoque insedebat sibi necessaria administrandi cura Ecclesiam jocalibus, et ornamentis instruendi, et fabricas Ecclesiae, et Monasterii reparandi. Redacta postmodum Abbatia in Commendam, sicut Commendatario Abbati omnes redditus, emolumenta, et jura cesserunt, ita omnes gravitiae, et onera ad eum quoque spectarunt. Regii ergo Visitatores id primum satagerunt, ut adsignata certa quantitate Monachis, ipsi ex ea sibi victum, et vestitum compararent, consulere inde volentes fabricis Ecclesiae aliam

certam summam ad hoc addixerunt. Visitator Arnedas mandavit pro fabricis, et jocalibus expendi singulis annis adminus uncias viginti. Visitator inde Puteus inveniens redditus Abbatiae nimis adauctos, adsignavit pro fabricis, et jocalibus summam unciarum octuaginta quolibet anno a Commendatario super Abbatiae redditibus erogandam, et majorem potius, quam minorem, eamque ultra summam decem, et octo unciarum alias adsignatarum pro cera, oleo, hostiis, aliisque ad Divinum Cultum spectantibus: ex summa inde supradicta unciarum octuaginta mandavit quatraginta pro fabricis, et quatraginta pro jocalibus expendi per Deputatos, quos ad ejusmodi administrandum ipse instituit. Si vero aliquando urgeret necessitas, majorem expendi summam, vel pro fabricis, vel pro jocalibus, tunc majorem pro illis summam ab Abbate solvendam declaravit.

Itaque Illmus, et Rmus Dnus Visitator Genlis, examinatis relationibus praesentatis respective ab Abbate Commendatario, et Monachis super omnibus ad statum realem pertinentibus, admissisque, quoad nullum inferrent praejudicium ipsi Abbatiae, Regi, et cuicumque tertio, nec non comparatis aliunde notitiis, ac omni adhibita diligentia, visitavit, atque examinavit omnia bona, et jura Abbatiae, ejusque onera, sive gravitias; perlustravit similiter supellectilia, et jocalia Ecclesiae, massam pro fabricis, et jocalibus, et onera, et celebrationes Missarum, ac omnia ad realem statum pertinentia, cunctaque invenit, prout sequuntur. Admirans in his omnibus summam diligentiam, curam, et studium praesentis Abbatis Commendatarii, eumque proin emeritis laudibus cumulans, praesertim, quod ut nitori Ecclesiae et Monasterii summopere incumbuit, ita de restituendo pristino Abbatialis Mensae statu privilegiis, et juribus, et archivio indesinenter, et summis expensis laborat.

Bona et Redditus Abbatiae.

Bona et Redditus in terra Partinici.

In primis possidet dicta Abbatia ex Regis Friderici donatione nemus, seu forestam Partinici, positam juxta feudum Paternae, territorium Moncilebris, territorium Borghetti, feuda Jardi, Murti, Giancaldarae, Cambucae, territorium Alcami etc. Sunt in dicto nemore, sive foresta feuda numero decem, quorum quinque existentia in contrata dicta *Plana Partinici* nominantur feudum Sancti Leonardi, feudum Communorum, feudum Margi, feudum Buschetti, sive Galeazzi, et feudum Giannellae; alia vero quinque posita in contrata dicta Nemus Partinici nuncupantur feudum Circellae, feudum Falconeriae, feudum Judaei, feudum Cannavatae, et feudum Lavatoris. Reperiuntur omnia dicta feuda ad praesens pene tota concessa ad emphyteusim diversis personis, portiones nempe ad census, dictos *Strasactos perpetuos*, sive immunes a solutione decimarum, et octinarum uvarum et terragiorum in frumentis, et hordeis; portiones vero aliae ad census, qui dicuntur *strasacti temporanei*, sive immunes a solutionibus, ut supra, ad vitam tantum praesentis Abbatis; et portiones tandem aliae concessae ad census dictos *facultativos*, subjectos ad decimas, et octinas uvarum, moscatellorum, et terragiolorum in frumentis, et hordeis juxta tenorem concessionum etc. Qui census reddunt ad praesens quotannis infrascriptus summas. Videlicet:

Census dicti *strasacti perpetui* uncias mille biscentum vigintiseptem, tarenos undecim et gr. 1 . . . . 0n7 1227 11 1

Census dicti *strasacti temporanei*, uncias mille septingentum quatraginta tres, tarenos vigintiseptem, et gr. 10 . . . . 0n7 1743 27 10

Census dicti *facultativi*, uncias mille quingentum et septem, tarenos viginti tres, et grana 8 . . . . 0n7 1507 23 8

Terragiola vero in frumentis, et hordeis fuerunt pro anno 1741 quarta Indictione locata Gaspari Bambina, et Nuntio Minore pro unciis sexaginta

una, tarenis duodeviginti, et granis quindecim, ut ex contractu per acta Notarii Johannis Baptistae Lo Bianco sub die 17 aprilis 1741 . . . . onz. 61 18 15

Item ex decimis uvarum dicti anni uncias septingentum octuaginta sex, tarenos viginti unum, et gr. 19 . . . . onz. 786 21 19

Item ex decimis moscatellorum anni 1741, uncias trigintaduos, tarenos viginti quatuor, et gr. 3. . . . . onz. 32 24 3

Item a D. Francisco Chiarandà pro pensione locationis salmarum 100 circiter terrarum vacantium in dicto feudo Lavatoris unciae centum quinquaginta, ut ex contractu per acta Notarii Bartholomaei Signorino sub die . februarii 1741. . . . . onz. 150 » »

Item possidet praedicta Abbatia feudum dictum *Rabitalà* positum juxta feudum de Sisa, feudum Jardinelli, feudum Curbici, viam publicam etc. Reperitur ad praesens locatum Venerabili Collegio Romano Societatis Jesu pro pensione annuarum unciarum tercentum septnaginta, ut ex contractu per acta Notarii Johannis Baptistae Lo Bianco die decimaoctava februarii 1741. . . . . onz. 370 » »

Item pertinet ad dictam Abbatiam jus privative, quoad alios *Zagati*, sive habendi officinam, et tabernam in dicta terra, et territorio Partinici pro venditione rerum, quae ad cibum, et potum pertinent, juxta mensuras, et pondera civitatis Panormi. Reperitur ad praesens hoc jus locatum D. Aloysio Faci una cum duobus tertiis gabellae vini pro annuis unciis biscentum sexaginta sex, ut ex contractu per acta Notarii Johannis Baptistae Lo Bianco sub die 16 augusti 1741 . . . . onz. 266 » »

Pertinet quoque ad dictam Abbatiam jus privativum, quoad alios vendendi panem in dicta terra, et territorio, qui esse debet ejusdem ponderis, ac qualitatis, prout in civitate Panormi. Reperitur ad praesens hoc jus locatum Onuphrio Florio pro annuis unciis centum nonagintaquatuor, et tareni viginti, ut ex contractu rogato per acta Notarii Joseph de Laurentio de Partinico die 23 julii 1740 . . . . onz. 194 20 »

Item pertinent ad dictam Abbatiam molendina, et spandentia aquarum locata Francisco Carnesi, et sociis pro annuis unciis quadrigentum et una, ut ex contractu stipulato per Notarium Bartholomaeum Signorino sub die prima augusti 1741 . . . . onz. 401 » »

Item pertinet ad dictam Abbatiam jus habendi tabernam, et cauponam privative, quoad alios in dicta terra, et territorio, ad praesens locatas Andreae Dato, pro annuis unciis quinquaginta quinque, ut ex contractu per acta Notarii Joseph de Laurentio die 25 julii 1740 . . . onz. 55 » »

Item pertinet ad dictam Abbatiam jus primativum, quoad alios laniandi et vendendi carnes in dicta terra, et territorio, ad praesens locatum pro unciis centumviginti, ut ex contractu dicti Notarii de Laurentio sub di 20 februarii 1739 . . . . onz. 120 » »

Item pertinet jus errantariae, seu campariae in dicta terra, et territorio ad praesens locatae Philippo Marabetti, et sociis, pro annuis unciis quatragintauna, tarenis quinque, et granis decem et septem, ut ex contractu per eadem acta de Laurentio die 4 julii 1740. . . . . . onz. 41 5 17

Item ex alia tertia parte accordiorum vini locata D. Aloysio Faci, annuas uncias duodecim, ut ex contractu per eadem acta sub die vigintitres junii 1737. . . . . onz. 12 » »

Item ex censibus domuum a quamplurimis possessarum in dicta terra

Partinici, annuas uncias nonaginta, ut ex contractu locationis per acta Notarii Johannis Baptistae Lo Bianco sub die 15 junii 1740.. . . on7 90 » »

Item a Benedicto Barone pro censu super septingentum quatraginta locis domuum aedificatarum in dicta terra Partinici concessis ad rationem granorum quinque pro qualibet, annuas uncias sex, tarenos octo, grana duodecim, et picculos tres on7 6 8 12 3

Item a Venerabili Conventu Zisae Panormi pro censu super diversis domibus in dicta terra, quae olim erant quondam Francisci Manganella, annuam unciam unam, ter. 23, et gr. 10. . . . . . on7 1 23 10

Item ex laudemiis anni 1741 4 Ind. annuas uncias 72. . on7 72 » »

Item a Thoma, et Johanne Valenti pro locatione domus, annuas uncias quatuor, et tarenos quindecim, ut ex contractu per acta Notarii Bartholomaei Signorino sub die 25 augusti 1741. . . . . . on7 4 15 »

Item a Mariano Lombardo pro locatione domus, annuam unciam unam, et tar. 6, ut ex contractu per dicta acta de Signorino die 18 aug. 1741 on7 1 6 »

Item ab Antonio Cntrano pro locatione horrei existentis prope horreum dictum *della Salume*, annuas uncias tres, ut ex contractu per eadem acta eodem die etc. . . . . on7 3 » »

Bona, et redditus in terra Parci

Possidet quoque dicta Abbatia ex ejusdem Regis donatione terram, et territorium Parci novi, quod conterminum habet in omnibus lateribus territorium Montegalense, vid. ex parte Septemtrionis feudum Suvarelli, ex parte Occidentis flumen Latronis, ex parte Meridiei feudum Mogardae, et alia loca ejusdem territorii, et ex parte Orientis rus possessum ab haeredibus Antonini Manno. Percipit quotannis Abbatia ex dicto territorio census quamplurimos super diversis locis, et domibus concessis ad emphyteusim, nec non decimas uvarum, olivarum, et aliorum fructuum, ac terragiola in frumentis, et hordeis, ultra locationem aquae, et juris prohibendi, quoad alios laniandi carnem in eadem terra, et territorio. Quae omnia sub unica massa locata reperiuntur Francisco Chichè pro annuis unciis tercentum sexagintaduabus, et tarenis quindecim, ut ex contractu rogato per Notarium Johannem Baptistam Lo Bianco sub die 8 februarii 1740. . on7 362 15 »

Item possidet dicta Abbatia feudum Parci veteris cum viridario, arboribus olivarum, et nemore glandium, positum in territorio Panormi juxta feudum Buceci, feudum Turdiepi, et feudum Chianetti. Reperitur ad praesens locatum D. Johanni Baptistae Salamone pro annuis unciis biscentum quatraginta, ut ex contractu per acta Notarii Antonini Maurici, et Cirafici sub die 11 martii 1739 . . . . on7 240 » »

Redditus in civitate Panormi

A civitate Panormi super ejus patrimonio, annuas uncias duodeviginti pro pretio novem doliorum thymni debitorum super tymnaria S. Georgi on7 18 » »

A thymnaria Solanti annuas uncias duodecim pro pretio novem doliorum thymni. . . . . on7 12 » »

A D. Francisco Rosselli, et Speziale annuas uncias octo pro censu super domo magna cum viridario existentes in dicta civitate prope Conventum Carmelitarum, et portam S. Agathae . . . . on7 8 » »

Quare redditus supradicti in totum ascendunt ad annuas uncias septem mille septingentum octuagintanovem, tarenos decem, et gr. quindecim, ut fusius ex relatione praesentata et discussa per Illmum et Rmum Dnum Visitatorem, ac in codice monumentorum S. Regalis Visitat. inserta etc. on7 7789 10 15

Onera et Gravitiae

In primis pro fabricis, et jocalibus Monasterii Parci, annuas unc. 80	on7	80	»	»	
Pro victu, et vestitu decem Monachorum, et unius famuli, annuas uncias centum octuagintaseptem.	on7	187	»	»	
Item pro servitio Divini Cultus dicti Monasterii annuas unc. 17	on7	17	»	»	
Seminario civitatis Montis Regalis annuas uncias 75.	on7	75	»	»	
Clarae Legge, et pro ipsa D. Alexandro Filingeri Principi de Cutò, annuas uncias quatuordecim, quae compensantur cum annuo censu debito Abbatiae a praedicto Principe.	on7	14	»	»	
D. Johanni Baptistae Ingoglia, annuas uncias 4	on7	4	»	»	
Cappellae Sanctae Elisabeth intus Ecclesiam Venerabilis Conventus S. Francisci de Assisio civitatis Panormi, annuam unciam unam.	on7	1	»	»	
D. Josepho de Grande Bui Fluminis Magni annuas uncias quatuor, et tarenos quindecim.	on7	4	15	»	
Societati SS. Sacramenti de Partinico annuam unciam unam.	on7	1	»	»	
D. Johanni de Francisco, et D. Agathino Sirignano annuas uncias sex, quae compensantur cum annuo censu debito Abbatiae super locis in territorio Partinici	on7	6	«	»	
Concionatori Quadragesimali in terra Parci, annuas uncias 4	on7	4	»	»	
Regiae Curiae pro tandis, et donativis Ecclesiasticis annuas uncias noningentum et novem, tt. 1, 2, 4.	on7	909	1	2	4
Illri Deputationi Regni pro turribus, pontibus, et regentibus, annuas uncias centum et novem, tarenos undecim, et gr. 14.	on7	109	11	14	
Eidem Illri Deputationi Regni pro donativo extraordinario scutatorum centummille, annuas uncias centumoctuagintanovem, tarenos sex, grana sexdecim et picculos quatuor.	on7	189	6	16	3
Item pro pensionibus impositis Abbatiae favore infrascriptorum annuas uncias bismille septingentum et quinque, et tarenos vigintiquatuor, ex quibus tamen deductis unciis septingentum nonagintaquatuor, tarenos viginti quatuor et grana quatuor debitis a dictis pensionariis, tam pro tandis et donativis Ecclesiasticis, quam pro T. P., et R., nec non donativis extraordinariis, ut fusius in relatione praesentata, et inserta in codice monumentorum Sanctae Regalis Visitationis, remanent tantum favore pensionariorum quotannis unciae millenoningentum et decem, et tareni octo.	on7	1910	8	»	

Pensiones vero, impositae in summa unciarum bismille septingentum, et quinque, et tareni vigintiquatuor, sunt, quae sequuntur.

In primis Comiti D. Ferdinando Octocari Stanibergh unciae 800.	on7	800	»	»
Comiti D. Nicolao Crill unciae quatuorcentum	on7	400	»	»
Comiti D. Johanni Navarro unciae biscentum	on7	200	»	»
Ab. D. Michaeli Manges unciae biscentum	on7	200	»	»
Sac. D. Ignatio de Copons unciae biscentum.	on7	200	»	»
D. Johanni Soler de Corbeillos, unciae centum.	on7	100	»	»
Patri D. Coelestino Lorefice, unciae sexagiuta	on7	60	»	»

D. Iohanni Ludovico Miralles unciae centum sexaginta	on7	160	»	»
Patri D. Sebastiano Angelini unciae quatraginta.	on7	40	»	»
Jexedor unciae quatraginta	on7	40	»	»
Corbò unciae quinquagintaseptem, et tarenos sex.	on7	57	6	»
D. Damiano Gonzales del Quieto unciae octuagintauna, et tar 18	on7	81	18	»
D. Josepho La Novara unciae vigintiquatuor.	on7	24	»	»
Ab. D. Dominico Gassone unciae centum, et octo, et tar. 18	on7	108	18	»
D. Josepho Li Bassi unciae viginti.	on7	20	»	»
D. Francisco del Gado unciae octuaginta.	on7	80	»	»
D. Johanni Biacci unciae octuaginta.	on7	80	»	»
D. Josepho Govascore unciae 54 et tar. 12.	on7	54	12	»

Quare onera dictae Abbatiae in totum ascendunt ad annuas uncias termille, et octingentum, tarenos undecim, et grana 18 . . . on7 3800 11 18

Restrictus.

Introitus in totum ut supra.	on7	7789	10	15
Ex qua summa deductis oneribus in summa ut supra.	on7	3800	11	18

Remanet summa liquida unciarum termille noningentum octuaginta octo, tarenorum vigintiocto, et gr. decem et septem. on7 3988 28 17

Jura, quae Abbas Commendatarius pertinere ad eamdem Abbatiam revelavit.

In urbe Panormi.

Spectat ad Abbatem Commendatarium jus eligendi Judicem Curiae ejusdem Abbatiae jus eligendi Magistrum Notarium Panormi degentem pro Curia Abbatiali.

In terra Parci

Jus eligendi Ministrum vulgo dictum *Castellanum* ad administrandam justitiam in dicta terra.

Jus eligendi Medicum pro servitio naturalium ejusdem terrae, sed de eo mota est quaestio.

Jus eligendi quolibet anno Praedicatorem Quadragesimalem, qui praedicaret in Ecclesia Monasterii Sanctae Mariae de Altofonte in eadem terra.

Item jus laniandi, et vendendi carnes in dicta terra, et hoc privative, quoad alios.

In terra Partinici.

Jus privative, quoad alios habendi officinam et tabernam pro venditione rerum, quae ad cibum et potum pertinent in dicta terra, et territorio ad pondus, et mensuram, ut venduntur in urbe Panormi.

Jus primative, quoad alios vendendi panem in dicta terra, et territorio; panis vero esse debet ejusdem qualitatis, et ponderis, ut in urbe Panormi.

Jus privative, quoad alios laniandi, et vendendi carnes in eadem terra, et territorio.

Venditio vini, olei, et hordei in eadem terra, et territorio, et privative, quoad alios.

Jus errauteriae, sive habendi carcerem animalium errantium, et damnificantium in eadem terra, et territorio.

Jus habendi tabernam, cauponam in dicta terra, et territorio privative, quoad alios.

Jus eligendi Ministrum, vulgo *Castellanum* pro administratione justitiae in eadem terra, et territorio.

Jus eligendi in eadem terra Magistrum Notarium Curiae Abbatialis.

Jus eligendi Archipresbyterum Matricis Ecclesiae ejusdem terrae ob patronatus jus, quod habet Abbatia in dicta Ecclesia.

Jus eligendi quolibet anno Praedicatorem Quadragesimalem, qui praedicaret in Ecclesia Matricem ejusdem terrae.

Jus eligendi Cappellanum pro celebratione Missarum in omnibus diebus festis totius anni in Ecclesia rurali S. Mariae del Ponte, in territorio Partinici.

Jus eligendi duos custodes litorci terrae ejusdem.

Jus eligendi decem officiales cum facultate gestandi arma prohibita in eorumdem custodia, et fundorum Abbatiae.

Haec omnia jura hodie possideri in relatione dicuntur; jura vero amissa sunt, vid.

Jus meri, et mixti imperii in toto Abbatiae territorio, prout in prima Abbatiae fundatione fuit concessum a Friderico II, dato diplomate Drepani die 20 januarii anni 1309, quodque Abbatiam possedisse usque ad annum 1644, traditur.

Denique jus privative, quoad alios vendendi saponem in terra, et territorio Partinici.

De victu, et vestitu Monachorum.

Commendata Abbatia de Altofonte Clericis Secularibus, atque omnibus ejus bonis, et redditibus sub Commendatariorum cura, et administratione deventis, Regii Visitatores maxime studuerunt, ut necessaria ad victum, et vestitum Monachorum, qui Divini Cultus administros agebant per eosdem Commendatarios suppeditarentur ab ipsis Commendatariis, ut huiusmodi praxim invenit anno 1552 Regius Visitator Jacobus Arnedus in suo huius Abbatiae lustro. Verum cum non semper sufficiens victus, et vestitus pro Monachorum numero traderetur, vel saltem retarderetur solutio per Commendatarios, eaque de causa servitium Divini Cultus praetermissum esset, regularum observantia neglecta, et monastica disciplina remissa, Regius Visitator Puteus, ut tanto tandem occurreret malo, constitutionem edidit, qua pro victu, et vestitu decem Monachorum, et unius famuli solvendam a Commendatario quotannis statuit, jussitque summam unciarum centum octuaginta septem, prout ipse eamdem summam adsignavit, et super redditibus Abbatiae perpetuo sequestravit, ut exinde sine ulla difficultate quilibet Monachus suam victus, et vestitus portionem consequeretur. Mandavit insuper, quod Commendatarii, eorumque Vicarii, vel Procuratores invigilarent, et curarent, ut Monachi emerent ad victum necessaria principio cuiuslibet anni, tempore scilicet collectionis vini, frumenti, olei etc. Visitarent consequenter, et recognoscerent pluries intra annum victualia recondita in Monasterio, ne per Monachos ad alios usus distraherentur, tandemque curae Commendatariorum demandavit, ut invigilarent, quod habitum Monachi ad regulae praescriptum, neque lacerum, neque sordidum gererent.

Haec eadem summa in praesentiarum clargitur per Abbatem Commendatarium pro victu, et vestitu decem Monachorum, et famuli unius, qui modo in hoc Monasterio degunt.

De Jocalibus, Supellectilibus, et Ecclesiae mobilibus.

Ex argento, et auro.

Una bussoletta di argento indorata di dentro, per conservare le ostie.
Una pisside grande col suo piede di argento.
Un' altra piccola con piede di rame dorato.
Calici con suoi piedi, e patene di argento numero due.
Un altro calice con suo piede, e patena di argento.
Calici con piedi di rame indorati, e patene.

Incensiere con sua navetta, e cocchiarino di argento.
Una sfera col piede di argento.
Due corone di argento per la Vergine, e Bambino dell'altare maggiore.
Un' aureola, ed un bastone per San Giuseppe di argento.
Due pendaglie con due sottocircelle d'oro, e perle per la Verg. di d. altare maggiore
Due reliquiarii. — Un altro reliquiario.
Tre carte di *Gloria* con cornice di argento, e rame dorato.
Una coronina per la Bambina, ed altre coselle di argento.
Un aspersorio di argento.
Un piede per la Croce, che fu lasciato dall'Eminentissimo Acquaviva.
Tre vasetti piccoli per gli Olii Santi.
Una campanella piccola di argento.
Un altro per l'Olio Santo che si porta agl'infermi.
Un cocchiarino di argento per l'acque del Santo Battesimo.
Una sfera piccola, seu pisside, per condursi il S. Viatico agl'infermi in campagna.
Lampieri di argento numero sette.
Candelieri di argento numero sei, lasciati dall'Eminentissimo Acquaviva.
Una croce col Crocifisso di argento lasciati dal detto Cardinale.
Un' altra croce col suo pomo di argento per le processioni.
Un' altra croce senza piede per l'esposizione del legno della Santa Croce.
Un sicchetto per l'acqua benedetta.
Una chiave d'oro per il tabernacolo.
Incensiere, navetta, e cocchiarino.
Un' altra d' argento indorato.

Supellectilia albi coloris.

In primis una pianeta riccamata d'oro sopra raso bianco con manipolo, e stola lasciata dall'Eminentissimo Acquaviva.

Una pianeta di seta, ed oro leggiera con manipolo, e stola, sopracalice, borsa e palla.

Due pianete di damaschello con manipoli, stole, sopracalici, borse e palle con guarnizioni di seta gialla.

Una pienata di tabì di argento con fascia di tabì ondiato con galloni d'oro, con stola, manipolo e borsa rappezzati.

Due tunicelle di tabì di argento vecchissime con stole, e manipoli.

Un piviale di mezza lama di argento con suoi adornamenti d'oro.

Coloris rubri.

Una pianeta di lama di argento riccamata di argento con stola, e manipolo, vecchia.

Una pianeta di damaschello con suo gallone d'oro, stola, e manipolo guarniti.

Due pianete vecchie di damaschello con gallone di seta, stole, manipoli, sopracalici, borse e palle.

Un piviale di damaschello con galloni di seta.

Coloris viridis.

Una pianeta di broccato di seta con argento, ed oro, con stola, manipolo, e stola lasciata dall'Eminentissimo Acquaviva.

Un'altra di damasco con galloni d'oro con stola, e manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Due pianete di damasco con galloni di seta colle armi del fu Emin. Cardinal D. Francesco Medici, con stole, manipoli, sopracalici, una borsa, e due palle.

Un' altra di damaschello con gallone di seta, con stola, manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Un' altra di damaschello con seta verde, e galloni di seta, con stola, manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Un piviale con suoi adornamenti di oro. — Due tonicelle con drappo giallo.

Coloris nigri.

Una pianeta di damaschello con galloni d'oro, con stola, manipulo, sopracalice, borsa e palla guarnite dello stesso gallone.

Due altre vecchie con stole, e manipoli.

Due altre nuove di tabì con galloni di seta, con sue stole, manipoli, borse e palle colle armi dell'Abbate.

Un piviale vecchio con suoi adornamenti di argento.

Due tunicelle vecchie.

Diversorum colorum

Una pianeta di cannavazzo di seta con galloni d'oro, con stola, manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Un' altra di molla rossa lavorata bianca con galloni d'oro, con stola, e manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Due tunicelle dello stesso drappo colli stessi galloni.

Un piviale dello stesso drappo, e colli stessi galloni, e frinza d'oro.

Una pianeta di molla rossa lavorata bianca con piccioli gallonetti d'oro, con stola, manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Un' altra di damasco rosso lavorata bianca con argento, gallonata d'oro, con fascia nel mezzo di seta, con borsa e palla.

Un' altra di varii fiori con guarnizione d'oro, con stola, manipolo, sopracalice, borsa e palla.

Un' altra di fiammetta con gallonetti di seta bianca, con stola, manipolo, sopracalice borsa e palla.

Due tunicelle dell'istesso drappo, e colli stessi galloni, e frinza di seta.

Due tunicelle di damaschello di più colori vecchi.

Due portieri di molla rossa, lavorata bianca con galloni d'oro.

Due altri portieri di fiammetta con adornamenti fatti di seta.

Altri due portieri di damaschello rosso con galloni di seta.

Altri due violati, e verdi. — Altri due bianchi inservibili.

Una portiera per la sacristia di saia color verde vecchia.

Un' altra di broccato falso vecchia

Altarium Palia.

Cinque palii di molla rossa lavorata bianca con galloni, e frinza d'oro.

Altri cinque di tabì di argento, con galloni, e frinze d'oro, vecchi.

Altri quattro bianchi vecchi.

Altri cinque di damasco vecchio rosso.

Altri cinque violati, e verdi.

Altri cinque verdi, e gialli.

Un altro nero per l' altare maggiore vecchio.

Un altro violato per detto altare vecchio.

Altri due di fiammetta.

Alia Supellectilia.

Un padiglione per il tabernacolo violato.

Un altro di fiammetta.

Tovaglie mediocri, e vecchie numero 21.

Tovaglie rosse per sopra gli altari numero cinque di tela.

Tovaglie per le mani vecchie, ed inservibili.

Due tovaglie di seta di color bianco con piccola guarnizione per le spalle del Sacerdote, quando conduce il SS. Viatico.

Altre tre di seta vecchie.

Cammici giornali, de' quali alcuni inservibili numero dodici.

Cammici mediocri numero quattro.

Cammici per le feste numero tre.
Ammitti mediocri, e giornali num. 12.
Purificatori numero sessanta.
Corporali numero diciotto.
Un baldacchino giornale inservibile.
Un'ombrella giornale inservibile.
Un baldacchino di damasco facciato.
Un'ombrella di alastra violata.
Lanterne con suoi stendardelli num. 10.
Stendardo uno.
Tosellino per condursi in casa degl'infermi num. uno.
Una croce di rame per li defonti
Superpellicei, o cotte, vecchie, numero 6.
Missali dell'Ordine Cisterciense due.
Romano di felba con piange di argento uno.
Un altro Romano mediocre.
Altri quattro Romani vecchi.
Cinque missaletti per li morti.
Campanelle di rame numero cinque.
Bussola di rame per le ostie una.
Un tappeto lacero.
Un ferro per fare le ostie.
Un padiglionetto di damasco, ed un altro di raso rosso riccamato d'oro, e di argento per la Pisside.
Un altro di raso bianco.
Un altro di drappo violato con oro, ed argento.
Un altro di velo bianco.
Un altro di asperion con suoi adornamenti d'oro.
Due candelieri grandi, o splendori per lo altare.
Candelieri, e vasi numero quaranta, e fiori per adornare gli altari vecchi.
Due dischi.
Un organo guasto.
E libri di canto fermo per il coro.

De Oneribus, et celebratione Missarum.

In primis tareni quindecim pro missis decem in perpetuum celebrandis pro quondam Catharina Greco, ab eadem relictis super petio loci in Dioecesi Monteregalensi, et in contrata Mogardae, ut ex actis Notarii Josephi Caldarone sub die 4 martii 1642 . . . . onz » 15 »

Item tareni novem quolibet anno pro numero sex Missis pro anima quoodam Laurae de Matthaeo super horreo in terra Parci, ut ex testamento per acta Notarii Bartholomaei Zamparrone sub die 15 martii 1680. onz » 9 »

Item unciae duae, et tareni duodecim pro missa solemni quolibet mense pro anima quondam Melchioris Mallia, ut ex testamento per acta Notarii Dominici Catania de Panormo die 8 augusti 1719 . . . . onz 2 12 »

Item unciae duae, et tareni duodecim quolibet anno super diversis comprehensoriis domnum pro Missa cantata quolibet mense pro anima quondam Antonioi Maffa, ut ex testamento per acta Notarii Damiani Monregalensis sub die primo octobris 1711 . . . . onz 2 12 »

Item annuae unciae duae, et tareni duodecim super domo in civitate Montis regalis pro Missa cantata quolibet mense pro anima quondam Franciscae de Carlo ut ex actis Notarii Sardi, et Fontana de Panormo die 20 novembris 1720 . . . . onz 2 12 »

Item missa una cantata quolibet anno in die Sanctae Annae pro anima quondam Josephi Giorso.

Item annua uncia, et tareni duodeviginti ex conductione domus pro celebratione tot missarum juxta redditus pro anima quondam Eleonorae Barbera, et Irianni . . . . onz 1 18 »

Item Missa solemnis quolibet anno in die SS. Virginis de Rosario ex legato etc.

Item unciae quatuor, grana septem, et picculi tres super praedio in territorio Monregalensi in contrata *della Moarda* pro celebratione duarum Missarum qualibet hebdomada pro anima quondam Thomae Gubito, ut ex

testamento per acta Notarii Josephi Zamparrone die 14 Nov. anni 1625. on7 4 » 7 3
Item adsunt, et alia legata, quorum vel quia dies non adhuc cesserit, vel quia nulli ad praesens exigantur redditus, Missae non satisfaciuntur.

Decreta.

Illmus et Rmus Dnus Genlis Visitator cum haec omnia supradicta diligenter visitasset, in primis mandavit: quod decreta generalia pro conservatione bonorum Regii Juris Patronatus religiose serventur pro bonis redditibus, et juribus Abbatiae sub poenis in ipsis statutis.

Item quoniam pro rollo bonorum, et jurium injuncto in dictis decretis generalibus, et pro liquidandis dictis bonis, et redditibus plurimum laboravit actualis librorum Abbatiae Detentor Honuphrius Perrone, qui nec labori ulterius parcit favore Regii Juris Patronatus, prout Abbas Dno Visitatori retulit, et ipse Dnus Visitator quoque cognovit proin ad eligend. ad similia caeterorum animos, et praemium eximio labori favore patronatus dandum, idem Dnus Visit. decernit, et mandat, quod ipsemet detentor eo privari munere numquam possit ab Abbate, aliisque in posterum, nisi ex legitimis causis, per exequutores Sanctae Regalis Visitationis recognoscendis; ita tamen, ut ipsemet Perrone in opere incepto diligenter pergere debeat. Contrafacientes, et justam mercedem ei nihilominus pendere teneantur, et poenam unciarum tercentarum incurrent Regio Ærario applicandam.

Item quod quantocius intententur actiones Abbatiae competentes pro vindicatione bonorum, et jurium usurpatorum, prout in revelo existente in officio Sanctae Regalis Visitationis, curetque Abbas, ut causae et lites in Tribunalibus pendentes sollicitè terminentur.

Item confirmans Illmus, et Rmus Dnus Visitator taxactionem unciarum saltem octuaginta pro fabricis et jocalibus super bonis, et redditibus Abbatiae, easque in publica tabula Panormi quotannis tertiatim deponi mandans ab Abbate; declarat eam summam pro ordinariis tantum indigentiis fabricae, et jocalium, ita taxatam fuisse, itaquidem, ut si major aliquo anno necessitas urserit expensis Abbatis eidem prospiciatur juxta dispositionem Juris communis et Capitulorum Regni, quibus per ejusmodi taxactiones non fuit in minimo derogatum, ut declararunt Regius Visitator Jacobus Arnedo, aliique, ne vero ad cludendam ejusmodi dispositionem, et eximendum Abbates a majori contributione constituatur census, aut mutuum majoris summae super annuis unciis octuaginta, aut alias in pignus jocalibus Ecclesiae datis, Illmus Dnus Visitator districtè id fieri vetans, mandavit sub poena nullitatis, et unciarum mille, et Monachorum insuper ejectionis è Monasterio, ne quacumque auctoritate, et permissu similia unquam in posterum attententur, nec census, aut hypothecae imponantur, nec jocalia pignorentur, praeter quam servatis de jure servandis, et ex expressa licentia Sacrae Regiae Majestatis, cui soli facultas inest Pragmaticis dispensandi, et acta Visitatorum derogandi.

Item Illmus, et Rmus Dnus Visitator declarat dictam summam pro fabricis vere, et stricte pro ordinaria reparatione earumdem esse applicandam, non autem pro construendis novis aedificiis, ut Capitula Regni, et primae electivae Visitatorum demonstrant, ac alias declaravit Regius Visitator Jordius.

Quare si novo aedificio aliquando opus fuerit illud expensis titularis fieri debere decernit, nisi Rex dispensaverit. Item implicari non posse pro aliis rebus tendentibus ad commodiorem, et superfluum usum, nec minus pro musica, celebratione festi etc. nisi ex indulto Regis.

Praeterea declarat, quod nomine fabricarum Ecclesiae, et Monasterii non intelligantur eorum domus, apothecae, et aliae fabricae ab illis disjunctae, prout alias declararunt Regii Visitatores Arnedus, et Puteus; nomine autem supellectilium, et jocalium, intelligantur supellectilia, et jocalia Ecclesiae, non supellectilia, et mobilia Monachorum, puta sedes, genuflexoria, lectus etc.

Caeterum ne unquam Deputatio deficiat, Illmus et Rmus Dnus Visitator Deputati munus officiis perpetuis affigens, deputavit in perpetuos Administratores totius Massae unciarum octuaginta pro fabricis, et jocalibus Priorem Monasterii, Cantorem Regiae Cappellae S. Petri, et antiquiorem rationalem Regii Patrimonii pro tempore, qui Notarium Maragmatis sibi probatum eligent, et summam praedictam unciarum octuaginta pro fabricis, et jucalibus cum intelligentia, et beneplacito Abbatis erogabunt, servata forma supradictarum declarationum, et non aliter, sub poena solvendi de proprio, si quid vero supererit in emptionem convertent annuorum reddituum favore ejusdem Maragmatis.

Caeterum si per Abbatem non fuerit stato tempore summa praedicta depositata, Administratores praefati manu Regia eam super redditibus exigent Abbatiae, quos ex nunc pro tunc Illmus, et Rmus Dnus Regius Visit. sequestrat. Omnes autem actus, mandata, etc. ab omnibus Administratoribus fiant per manus Notarii Maragmatis sub poena nullitatis. Ji etiam Administratores tertio quoque mense Deputationem habebunt in Ecclesia S. Georgii Grancia Abbatiae, ibique Archivium Maragmatis constituent. Denique in fine anni, consideratis mandatis, et expensionibus, praesente Abbate, vel ejus Procuratore Genli, de residuis resolutiones capient opportunas.

Jam vero cum in revisione computorum Maragmatis praedicto Illmo, ac Rmo Dno Visitatori constiterit pro fabrica Monasterii fuisse constitutum censum vitalitium super dictis unciis octuaginta pro capitali unciarum sexcentum, ad rationem novem pro centum, et insuper fuisse pignorata jocalia Ecclesiea in Monte Pietatis pro summa unciarum 181, tarenor. 11, denique fuisse pluribus annis indebite solutum dictum censum vitalitium ex annuis unciis octuaginta, ac earum quoque partem erogatam pro musica, festis, sepulcro, aliisque extraneis indigentiis, denique computa praedicta nonnullis expensionibus laborare.

Illmus, et Rmus Dnus Visitator attendens ad replicationes Abbatis, et Administratorum, qui ob lapsum centum quinquagintaocto annorum circiter, quibus visitatio desiit, Decreta, et Constitutiones Visitatorum, vel ex parte ignorasse causantur, ac sibi reservans provisionem faciendam super solutionibus, et expensionibus praeteritis, interim mandavit, quod dictus census vitalitius cedat in damnum Abbatis, qui aere suo teneatur illud extinguere; et praeterea solvere, et depositare quotannis integras uncias octuaginta pro fabricis, et jocalibus Ecclesiae, quae censeantur omnino liberae ab ipsomet censu, et ab actionibus quibuscumque pro eodem etc., citra praejudicium exceptionis fiscalis, circa nullitatem contractus ex defectu solemnitatum juris. Secundo, quod intra sex menses liberare teneatur aere suo argentum Ecclesiae pignoratum pro fabrica. Tertio quod teneatur statim deponere, ac solvere summas residuales praeteritorum annorum, quas ex dictis computis liquet ab ipso adhuc non solutas. Quarto quod teneatur ex propriis redditibus Abbatiae uncias sex quotannis pro festi celebratione, et sepulcro persolvere, et Missas pro Regibus defunctis celebrari facere.

Denique, quod de caetero Abbas non se ingerat in administratione dictae Maragmatis, sed annuam summam debitam unciarum octuaginta fideliter deponat, contentus duntaxat, quod cum intelligentia, et beneplacito suo eaedem, ut supra per Deputatos erogentur.

Porro Illmus, et Rmus Dnus Regius Visitator mandavit quod Prior Monasterii pro tempore sit, et esse debeat Thesaurarius, sive custos sacrarum reliquiarum, supellectilium, et jocalium Ecclesiae, quarum ut primum Prioratus possessionem ceperit, inventarium conficere per manus Notarii Maragmatis, praesente Procuratore Abbatis, teneatur sub obligatione nomine Congregationis Cisterciensis de illis fideliter custodiendis, nec distrahendis, aut alienandis; cujus quidem inventarii, et obligationum copia in archivio Maragmatis custodiatur.

Item mandavit quod supellectilia, et jocaliae praedicta nemini prorsus commodentur, nec ab Ecclesia distrahantur, nec vendantur, aut permutentur, etiam si fuerint inutilia, quam de licentia Proregis. 70

Item mandavit, quod fons sacristiae reaptetur; et quod fiant de novo infrascripta supellectilia, videlicet:

Cortinae variorum colorum pro foribus Sacristae, et Chori.

Item culcitra serica pro sede celebrantis in solemnitatibus, et humeralia serica colorum pro tempore.

Item quinque strata, sive tapeta pro suppedaneis altarium, et totidem palia eorumdem coloris pro tempore.

Item pro expositione SS. Sacramenti novum baldachinum parvum.

Item duae tunicellae, et planeta è serico damasceno albo, et duae planetae albae pro usu quotidiano.

Item duae tunicellae virides, et pluviale, et dalmaticae duae nigrae, ad aequalitatem planetae similis coloris, quae est in Ecclesia.

Item planetae duae violaceae, ex anteriori parte deauratae pro quadragesima, et totidem pro feria sexta in Parasceve.

Item baldacchinum, et umbrella pro uso Parochi cum novis lanternis.

Sequuntur decreta generalia ut supra etc.

FINIS

INDEX

A

B

C

D

E

H